METHODUS UNIVERSI JURIS FEUDALIS SUCCINCTA ET COMPENDIOSA, ...

Johann Rudinger, Giovanni Battista Coccini





NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
14 A
32

METHODUS
UNIVERSI IURIS FEUDALIS SUCCINCTA ET COMPENDIOSA, ordine & utilitate commendabilis.

AUTHORE
JOHANNE RUDINGERO,
J. U. D.


Nunc primum in gratiam juris Feudalis Studiosorum in lucem edita.

Accessit breve Lexicon Feudale ab eodem Authore collectum.





ARGENTORATI,
Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.
Anno M. DC. XII.



NOBILIBVS ET MAGNIFICIS CONSULIBUS
&
SENATUI
SACRI ROMANI IMPERII
Urbis Rotenburgensis ad
Tubarum:

Dominis & Fautoribus meis colendis
JOANNES RUDINGERUS,
J.U.D: Dedico, Consecroq;.



ON ignoro, Viri Nobiles & Magnifici, Senatores amplissimi, quid Poëta Horatius moneat in arte Poëtica:

Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

Nec etiam inficias eo, Materiam feudalem esse subtilem, gravem, & magni ponderis, ac vires ingenij mei tenues & exiguas, meque vix labris primoribus consuetudines Feudorum attigisse. Sed

Grandia conentur grandes; ego parvus obibo
Parva, decet vires noscere, quemq; suas.

Etenim postquam humanum natura omnibus indidit affectum, & Jurisconsulti verbo, cognationem quandam inter omnes constituit, ut naturali impetu homines inter sese alij aliis pro viribus prodesse velint, quod & præclarè admonet Tullius, dum scribit; Non solum nobis nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici, visum est, ex libris Feudorum, qui quidem barbarè conscripti, ac sine ulla methodo Corpori Juris Civilis inserti fuerunt, ea quæ ad quotidianum usum spectant, & longè lateque dispersa, & hinc

hinc inde distracta sunt, colligere, autoritatibus Dd. præsertim recentiorum communire, & in certū compendium quasi conglutinare, ac in lucem emittere.

Quam ob causam in spem venio, neminem hosce labores meos, licet pingui admodum Minerva elaborati fuerint, fore reprehensurum, sed confido, apud non indoctos & æqui ac synceri judicij homines gratiam me initurum. Et quamvis ad perficiendum meum opus lapides & ligna ab aliis receperim, ædificij tamen exstructio & forma tota nostra est; Nec aranearum sanè textus ideò melior, quia ex se fila gignunt; nec noster vilior, quia ex alienis libamus ut apes, prout eleganter Lucianus canit:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Sic nos Autorum decerpimus aurea dicta,
Aurea perpetuâ semper dignissima vitâ.

Quantam autem utilitatem jura militaria habeant, & quibus de causis illa introducta fuerint, id nobis ostendit D. Imperator Lotharius, qui in libro 2. Feudorum, titul. 52. ita inquit: Comperimus milites sua beneficia passim distrahere, ac ita omnibus bonis exhaustis suorum seniorum subterfugere servitia: per quod vires Imperij maximè attenuatas cognovimus, dum Proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos ad nostri numinis expeditionem nullo modo transducere valeant. Feuda ergò, quorum materia frequentissima est, maximè apud Germanos, Italos, & Gallos, uti attestatur Jurisconsultus Arius Pinellus, & quotidiana docet experientia: ideò instituta esse videmus, ut semper esset certus Equitum numerus ad dubia Reipublicæ tempora paratus. Et quia is non ita facilè haberi potest, aut gratis aut repentè, ideò Principes feuda instituerunt, ut Vasallos devinctissimos haberent, donatis

natis illis fundis, quos in feudum recognoſcerent. Hinc & illud Friderici Imperatoris in titulo 55. libro 2. Feud.
„Accepimus querelas, quod fideles Regni beneficia eorum & feuda, quæ retinebant, ſine dominorum licentia pignori obligaverant, & quadam colluſione nomine libelli vendiderant. Unde debita ſervitia amittebant, & honor Imperij, & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur.„
Sed jam plus ſatis de meo opere, quod veſtro nomini inſcribendum eſſe cenſui; quoniam video, inclytæ Reipublicæ veſtræ laudem virtutis finibus terminari, ſiquidem illa habet certum ordinem in jubendo & parendo, cuius tanta vis ſive neceſſitas potiùs, ut hoc unum fulcrum ſit rerum humanarum. Sine imperio enim, ut literis prodidit Tullius, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt: Senatores vobis ſunt ætate grandes, quibus cor-

pus annis infirmum, ingenium ſapientiâ validum eſt : Illorum ergò conſilia haſtæ juvenum ſunt, ut habet vetus verbum apud Plutarchum : Et cum Magiſtratui adjutoribus, qui linguâ & mente imprimis juvant, opus ſit, elegiſtis vobis fidos & eruditos Conſiliarios & Advocatos, qui rerum hominumque periti ſalutaria ſuggerunt, quique morum animorumque Provinciæ veſtræ gnari ſunt. In rebus Eccleſiaſticis vera Relligio, quæ teſtimonio Philoſophi caput in Republica, maximæ vobis curæ eſt, eamque ſummâ vi defenditis, & eſtis Cuſtodes atque Patroni Scholarum, omniumque bonarum artium, virtutum & diſciplinarum. Et ſanè non immeritò, quia Relligio & timor Dei ſolus eſt, qui cuſtodit hominum inter ſe ſocietatem. Quod ſi hoc vinculum tollamus, vita hominum ſtulticiâ, ſcelere, immanitate complebitur, prout verè aſſerit Lactantius. Quid dicam de magna veſtra Prudentia in rebus humanis, ſine

quâ


quâ impoſſibile eſt imperare? Illa in vobis abundat. Namquè ſubditis & extraneis juſtitiam æqualiter adminiſtratis, temperanter, & ſine cumulo legum, remoto etiam Litium ſtudio: Bonos & malos diſtinguitis, memores eius, quod pulchrè Poeta dicit:

Hâc unâ Reges olim ſunt fine creati,
Dicere jus populis, injuſtaq; tollere facta.

Et quid Antiſthenes reſponderit, cum aliquando rogatus fuiſſet, Quæ res in civitatibus portenderet exitium? cum in his, inquit bonorum & malorum non ſit diſcrimen: Tùm commoda civium & ſubjectorum veſtrorum, quod proprium eſt magiſtratus, inveſtigatis, & eorum calamitatibus diligenti cura medemini.

DEUS Optimus Maxim. vos

porrò regat, & cum universâ Republicâ in pace quàm diutissimè incolumes tueatur. Cittingæ 19. Calend. August. Anno XII. post mille sexcentos.



QVI

Nomina Interpretum

QVI PRAETER ALIOS IN HOC LIBELLO ALLEgatos in ipsum jus feudale commentati & ab Auctore citati sunt.

Amedæi à Ponte Quæstio quis sit Judex in causa feudali.
Andreas de Isernia.
Baldus.
Carolus Molinæus in consuetudines Parisienses.
Equinarius Baro in usus Feudorum.
Francisci Curtii Junioris tractatus Feudalis.
Francisci Duareni commentarius ad consuetudines Feudorum.
Francisci Hottomanni disputationes Feudales & commentar. in usus Feudor.
Francisci Sonsbeccii commentar. Feudalis.
Fridericus Schenk in usus feudorum.
Guerrini Pisonis soacii præludia in usus Feudorum.
Georgii Obrechti tractatus de feudis.

Hart-

Hartmanni Pistoris à Seuselitz Quæstiones Feudales.

Henrici à Rosenthal tractatus feudalis.

Hermanni Vultei Commentarius Feudalis.

Hieronymi Garzonii tract. de fæminis ad Feuda recipiendis vel non.

Jacobus Alvarotus.

Jacobi de Ardizone Veronensis summa juris Feudalis.

Jacobus de Belvise in usus Feudorum.

Jacobi Cujacii tract. de feudis.

Jacobini de Sancto Georgio tractatus feudalis.

Jasonis præludia Feudorum,

Johannis Blanci de Marsilio Epitome Feudor.

Johannis Borcholten commentarius in usus feudorum.

Johannis Ferrarii Montani Collectanea Feudorum.

Johannis Gemmelii compendium juris Feudalis.

Joannis Nielli disputationes Feudales

Johannis Schneidevvini Epitome in usus Feudorum.

Julius Clarus.

Laurentii Sylvani tractatus de feudi recognitione.

Liberii

Liberii Hattyseri Analysis juris feudalis.
Ludolphi Schraderi tract. de feudis.
Martini Laudensis.
Matthæi Wesembecii tract. de feudis.
Matthæus de Afflictis.
Petri de Bella-pertica tractatio feudalis.
Petrus de Gregorio de concessione feudi.
Petrus Rebuffus.
Udalrici Zasii Epitome in usus Feudorum.

ELEN-

ELENCHVS CAPITUM, QUÆ IN HISCE duobus libris continentur.

Capita Libri I.

Ad

Capita Libri II.

De

IVRIS

METHODUS.

IURIS FEUDALIS UNIVERSI PARVA.

AUTHORE

IOHANNE RUDINGERO J. U. D.

De Origine & Caussis Feudorum.

CAP. I.



Uia de feudis, ut de re multiplici, varia, & copiosa, nec minus forensibus usibus accommodata tractaturi sumus videamus primùm, unde jura Feudalia originem traxerint. Namque in omni doctrinâ rectè tradéda scitè sumitur à caussa & origine exordium. *L. 1. π. de orig. jur. l. qui id quod. 33. π. de donat. L. in ratione. 11. §. si filio. 6. π. ad L. Falcid* † Et 1
quidem origo Feudorum Nobilis est, & sancta fidei caussa, fructuosissima & pernecessaria, ita ut nervus publicæ utilitatis in ingenio potissimum Romano-Germanico, ac unicum contra injustas cupiditates præsidium non immeritò habeatur. † Ani- 2
madvertuntur autem de Origine Feudorum variæ Feudistarum opiniones, *pront*

videre licet apud Guerrin. Pison. Soac. in prælud. Feud. cap. 4. Francisc. Hottoman. in disput. feud. cap. 2. Johan. Garſ. in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 12. & alios. Illas breviter hîc enumerabimus. † I. Sunt, qui

3. *Prima opinio.* feudorum originem deducunt à Nimbrodo conſtituente imperium Babylonicum vivo adhuc Noah. *Joan Niell. in diſput. Feud. 1. poſit. 1.*

4. *Secunda opinio.* II. † Alii feuda ad clientelas Romanorum referunt. *Budæus in l. Herennius. ff. de evection. Vdalr. Zaſ. in l. 2. ff. de orig. jur. & in Epit. Feud. part. 1. num. 1. & part. ult. num. 22. Oldendorp. in claß. 5. act. tit. de benef. action.* quarum ſæpiſſimè mentio fit in jure civili *ut in l. ſi verò 5. § ſi quis 1. ff. de his qui effud. vel dejec. l. non dubito 7. §. liber. 1. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. L. ſi libertus. 89. π. de furt. l. qui penum. 3. §. ſed quod 3. π. de pen. leg. l. rem non novam 14. ſ. patroni 1. C. de judic. & paſſim.* Plerumquè enim † Vaſalli

5. dicuntur Clientuli, *ut in c. 1. ibi per religionem clientuli. de content. int. dom. & fidel. de inveſt. feud. 1. F. 10. c. ſi clientulus. de alienat. feud. 1. F. 13.*

6. *Tertia opinio.* III. † Quidam feuda derivant à prædiis ſtipendiariis, quæ dabantur militibus, ut bello adeſſent, cum opus eſſet, per §. *per tradi-*

traditionem 40. Inst. de rer. divis. Lucas de Penna in l. quicunq; 3. C. de omni agr. desert. lib. 10. Oldend. in tabul. Action. verb. feudum à princ.

IV † Nonnulli jura Feudalia referunt ad agros Imperii extremos, quos solebant Imperatores militib. adsignare, ut inde sese sustentarent. *Lael. Taurell. in libello suo quẽ de militiis inscripsit. confer. Matth. Wesenbec. de feud. cap. 3. num. 1.* 7. *Quarta opinio.*

V. † Aliqui arbitrantur, feuda suum ortum ducere à Romanis militiis, quarum in Novell. & Constitut. crebrò fit mentio. *Haloand. in Novell. 53. & 97.* & *Vigl. Zuich. ad rubr. Instit. de milit. Testam. num. 22. Naturam* illarum militiarum explicat *Andreas Alciatus lib. 1. praetermiss. verb. militia.* 8. *Quinta opinio.*

VI. † Non desunt, qui referunt feuda ad ea, quae de hominibus in jure nostro passim traduntur. *Cuiac. in prolegom. Feud. & lib. 8. observat. cap. 14. quem sequitur Borchold. de feud. cap. 2. num. 12.* 9. *Sexta opinio.*

VII. † Alii reperiuntur, qui à primis Gallis originem Feudorum deducunt, & inde ad Germanos, Italos, Hispanos, aliosque Europae populos fluxisse autumant. *Francisc. Connan. lib. 2. comment. jur. civil. auctoritate Iulii Caesaris, lib. 3. de bell. Gall. u-* 10. *Septima opinio.*

bi ita ſcribit: qui opibus inter eos valerent, multos habuiſſe devotos, quos ſecum in bellum ducerent & Soldurior appellabant, quorum hæc erat conditio, ut omnibus in vita commodis, una cum his fruerentur, quorum ſe amicitiæ dediſſent; quod ſi quid iis per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſciſcerent.

11. *Octava opinio.* IIX. † Sunt, qui cenſent Carolum M. primum in Italia Feudorum fuiſſe autorem *Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 1. cap. 1.* Thom. *Franz. in defenſ. pro Carolo M.* vid. *Vult. lib. 1. Feud. cap. 1. num. 14.*

12. *Nona opinio.* IX. † Alii exiſtimant, conceſſionem Feudorum originem habuiſſe à jure civili non ſcripto per moderniores Imperatores ſucceſſivè introducto. *Petr. de Gregor. de cōceß. feud. part. 1. quæſt. 1. num. 2.*

13. *Decima opinio.* X. †. Credunt nonnulli feuda quoad nomen & formam fuiſſe inventa à Gothis; ad æmulationem tamen & exemplum eorum, qui & clientelas & militias inſtituerunt, à quibus omnibus feuda aliquid acceperunt. *Guerrin. Piſon. Soac. in prælud. Feudor. cap. 4. num. 21.*

14. *Vndecima opinio.* XI. Juxta *Johan. Garſ. tract. de expenſ. & meliorat. cap. 12. num. 19.* ſunt, qui dicūt, jura feudalia eſſe referenda ad conſuetudinem

nem deportandi facinorosos ad extremos Imperii limites.

XII. † Deniquè quidam sentiunt jura Feudorum à Longobardis in Italiam domo esse importata. *Mart. in Lauden. in c. 1. à princ. num. 24. de his qui feud. dar. poss. 1. F1. Duar. de feud, c. 3. num. ult. Wesemb. in proœm. Feud. num. 1. & cap. 3. num. 1.* Quorum opinio probabilior & receptior est, quoniam in usibus Feudorum frequenter fit mentio Legum Longobardicarum, ex quibus istæ consuetudines transscriptæ sunt, ut in *c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. ibi; Legibus Longobardorum. & in c. 1. de content. inter. dom. & fidel. in fine 1. F. 10. in c. 1. § quod autem & § si instrumentum. de not. Feud. 2. F. 58. & similibus. 44. hanc opinionem communiter ab interpretibus fuisse receptam attestatur Iulius clarus lib. 5. sent. § feudum quæst. 1. & Mart. Laud. loco supra citato.* 15. *Duodecima opinio.*

† Longobardi, qui insubriam occupârunt, quin Saxones fuerint, dubium non esse scribit Matth. Wesemb. *in d. c. 3. num. 2.* Illorum sedes primò fuit à confluente flumine Albis & Salę in ripa Albis occidentali, quæ nunc est regio Magdeburgensis & Halberstadiensis. Postea relictâ patriâ eam Pannoniæ oram quæ Italiæ propior est, in- 16.

habitare ceperunt cum ſuis familiis, ubi manſerunt annos 42. Gothis ex Italia à Narſete ope & auxilio Longobardorum
17. expulſis Longobardi † Italiam ultrò ingreſſi ſunt circiter annum Chriſti 568. cũ Imperator eſſet Juſtinus II. & occuparũt eam Italiæ partem, quæ appellatur Longobardia, ibique peculiare regnum ad exemplum Romanorum inſtituerunt, novas leges componendo, quas Longobardicas appellarunt, novas dignitates reſtituẽdo ſub nomine Ducatus, Marchionatus, Comitatus. *Chron. Car. lib. 3. tit. de Longobard.* Tenuerunt Longobardi regnum in Italia annos ducentos & quatuor & incidit finis illius regni in annum Chriſti ſeptingenteſimum & ſeptuageſimum tertium. Et Reges quos habuerunt in Italia, ordine recẽſet Philip Melanch. *lib. 3. Chron. Car.* Et ergò ex Italia jura Feudorum in univerſam Europam fluxerunt, prout etiam teſtatur Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.*

Cauſa Feudorum.

CÆterùm jus hoc feudorum novũ planè eſt, hoc eſt, Romanis, eorumq; Legislatoribus ignotum, Illius cauſa efficiens quæ ſit, hoc eſt, à quibus jus Feudale ſit collectum,

lectum, inter sese interpretes non conveniunt? † Communis Feudistarum schola *testimonio Franc. Duare. in tract. feud. cap. 1. num. 4.* nominat Gerhardum Nigrum & obertum de orto, qui ex usu Mediolanensium, & aliis consuetudinibus hasce feudales consuetudines in scripturam redegerunt *per princ. tit. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiss. reprob. 1. F. 27. c. 1. à princ. de feud. fœmin. 2. F. 30. c. 1. qui test. sint necess. ad non invest. prob. 2. F. 32. c. 1. §. similiter de L. Corrad. 2. F. 34. quibus in locis oberti & Gerhardi mentio fit. Zas. in Epist. dedicat. & in ingress. feud. num. 1. & seq. Hartm. Pist. qu. feud. 19. num. 30. Gemmel. in procem. Feud.* † Probabilior est opinio eorum, *uti censuit Duar. de feud. cap. 1. num. 4. & Hottoman in præfat. comment. feud.* qui ex variis scriptis ab incerto aliquo auctore jus feudale compilatum esse sibi persuasum habent. Nam quemadmodum in Digestis multa ex Ulpiano, Paulo, Modestino, & aliis I.ctis referuntur, qui tamen non sunt authores Digestorum; Ita in usibus Feudorum quædam ex scriptis Oberti & Gerhardi desumta & huc translata sunt, ut capita allegata, quæ ideo non arguunt eos esse autores librorum Feudalium. Est ergò liber

18. *Compilatores Feudorum.*

19.

Feudorum rapſodia quædam ex multis variorum Ictorum in foro Mediolanenſi verſantium reſponſis congeſta.

Uterq; verò Gerhardus Niger & Obertus de Ortho conſul fuit Mediolanenſis. *Otho Friſing. in lib. 2. de reb. geſt. Frider. cap. 13. Marant. in pract. part. 3. num. 84.* & uterque ſapiens appellatur *in c. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliq. interpell. fuer. 2. F. 25.* Obertum de orto poſt tempora Lotharii II. Saxonis vixiſſe vult Weſemb. *in proœm. Feud. num. 2.* cum eum citet hac adjecta clauſula BONÆ MEMORIÆ &c. qua oſtendit, nuper admodum defunctum tum temporis fuiſſe *c. 1. §. fin. qu. fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24. & c. 1. §. ſed etiam per quos fiat inveſt. 2. F. 3.* Ac floruerũt Obertus & Gerhardus juxta Weſemb. ſub Imp. Friderico I. Barbaroſſa, qui Conrado III ſucceſſit circiter annũ Chriſti 1154. Sic enim inquit textus *in c. 1. §. in quibus. de conſuet. rect. feud. 2. F. 32.* quod nuper Rex Fridericus in Romandiola id eſt territorio Romano conſtituit, quod & teſtatur Franciſc. Hottom. *in præfat. com Feud.* Gerhardi ædes ob rem cum Friderico non benè geſtam Mediolanenſes ſolo æquaſſe refert ex Gunthero Jacobus Cuiacius *lib. 1. F. tit. 12.*

† Contin-

† Continentur in libris Feudorum mores & instituta Mediolanensiũ de beneficiis militaribus & feudis. Item Constitutiões quædam Imperatorum, ut Conradi, Lotharii. Friderici, & aliorum. Sed ratione eorum, quæ in usibus Feudorum scripta reperiuntur, anxiè semper scrutari non expedit, sed ut dicit textus *in c. 1. de feud. cognit.* sufficit consuetudo. Quod optimè probatur *in c. 1. §. filij nati. ibi quamvis ratione improbetur, ex usu tamẽ admittitur. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. Vasal. 2. F. 26. & in c. 1. ibi Mediolanenses verò irrationabiliter considerantes. de feud. alienat. 1. F. 13. Hartm. Pistor. quæst. feud. 2. num. 26.* Etenim ut in jure civili multa contra rationem disputandi pro utilitate cõmuni recepta sunt. *L. ita vulneratus 51. §. fin. π. ad L. Aquil.* ita plurima in consuetudinibus Feudorũ sunt recepta, quorum certa ratio reddi nequit, atque eo solo sunt subnixa, quod nimirum ita consuetudine sint recepta. *Baro à Tautemb. in c. 1. à princ. num. 20. hic fin. lex incip. deind. consuet. 2. F. 28. ubi ita ait: supervacua angitur sollicitudine, qui in re feudali sic cuncta ad vivum pergat resecare. Idem in c. 1. an apud jud. vel cur. quæst. feud. term. in fin. asserit. In feudalibus quid obtineat, non cur obti-* 20. *Materia Feudorum.*

neat, quærendum est, Borchold. de feud. cap. 7. mod. 2 in fin. Vult. lib. 1. Feud cap. 7. n. 28.

21. *Ordo libri Feudorum.* † Justæ Ordinationis series in usibus Feudorum desideratur; sępiùs enim eadem res vel intempestivè repetitur, vel contrariis scitis oppugnatur, ut sine divinatione impertinenti, contrarium à contrario defendi sæpè non potuerit, quemadmodum benè ostendit Hottoman. *in præfat disputat. feudal.*

22. *Finis.* † Instituta autem sunt feuda publicæ utilitatis gratia, ut nempè Reipublicæ suæ copiæ constarent, hoc est, ut certus esset equitum numerus semper ad dubia Reipublicæ tempora paratus, & quia is non ita facilè haberi potest, aut gratis aut repente, ideò Principes feuda instituerunt, ut Vasallos devinctissimos haberent, donatis illis fundis, quos in feudum recognoscerent. *Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 1. qu. 1. num. 7. & sequ. Francisc. Hottoman. disp. feud. cap. 4. Dan. Moller. lib. 1. Sem. est cap. 11. num. 6* Hinc illud Imperatoris Lotharii *in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. F. 52. Comperimus milites sua beneficia passim distrahere, ac ita bonis omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere, per quod vires Imperii maximè attenuatas cognovimus &c.* Hinc & illud Friderici *in cap. 1.*

de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55. Beneficia eorum & feuda, quæ Vasalli à Principibus Italicis retinebant, sine Dominorum licentia pignori obligaverant, & quadam collusione nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebant & honor imperii minuebatur &c.

† Feuda ergò Vasallis dantur propter servitia militaria, id est, ut juvent Dominum in præliis. Quæ est causa potissima per *d. c. 1. ibi unde debita servitia. 2. F. 55. c. 1. in fin. an mut. surd. vel al. imperf. 2. F. 36. Sichard. in l. 1. num. 7. C. quæ sit long. consuet. Garz. tract. de expens. & meliorat. cap. 12. num. 24. in f. Hartm. Pistor qui feud. 33. num. 26.* 23

Quamvis autem istę consuetudines Feudorum à studioso quodam, qui nullam habuit autoritatem legis condendæ, in scripturam redactæ sint, jus tamen non scriptum esse non desierunt. *Iacob. de Ardiz. in Epit. jur. feud. cap. 2. Oldendorp. in claß. 5. act. tit. de benefic. act. fol. mihi 739. Duar. de feud. cap. 1. num 3.* quippe consuetudo in scriptis redacta nihilominus manet consuetudo, *ut attestatur Bart. in l. de quibus π de legib. & Wesemb. in procem. Feud. num 6. & cap. 3. num. 2.* 24

† Scriptura etenim est saltem accidens juris scripti & rebus per se contrarijs inesse potest, & ideò accessit, ut memoria Cõsuetudinem 25

tudinum feudalium esset expeditior *per L. contrahitur 4. π de pignorib. & l. cum te 5. C. de transact. quibus in textibus dicitur: scripturam saltem probationem rei gestæ continere. Schneid. de feud. part. 1. num. 8.*

26 Illud quoq; meminisse oportet, † quod jura Feudalia alio nomine appellētur Consuetudines, ut ex rubrica apparet, quæ sonat hoc modo: *Incipiunt consuetudines Feudorum.* Vocantur etiam usus Feudi. *c. 1, § filij nati: si de feud. defunct. cont. int. dom. & agn. vas. 2. F. 26. c. de negocio tit. extraord. 101.* Usus regni *c. 1. an marit. succed. uxor. 1. F. 15.* Usus curiarum *d. c. de negocio. & mulier. tit. extraordin. 103*, mos rectus *c. 1. § præterea. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.* mores Curiarum *c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1.* ab antiquis sapientibus constituti *c. 1. § . hoc quoque de his qui feud, dar. poss. 1. F. 1.* iusti & veri *c. 1. de alienat. feud. 1. F. 13.* rationabiles *d. c. 1. de alien. feud.* antiqui & rationabiles *c. 1. de nat. feud. 1. F. 7.* comprobati *tit. extraordin. 82.* Item feudum alij vocāt beneficium militare. Ius militiarum, στρατείας uocat Justinianus, *prout inquit oldendorp. in tabul. action. verb. feudum. á princ.*

DE AV-

DE AVTORITATE JURIS Feudalis.

CAP. II.

VT Jura Feudorum describerentur legibus, & inter decreta Impp. Codici inserta referrentur, Fridericum II. Imperatorem primum jussisse, scriptum reliquit. *Iohan. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 1. cap. 2. Peucer. lib. 5. chron. Car. circa finem tit. Frider.* II. *& Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 1. quæst. 1. num. 2.* Et primò quidem hoc jus Consuetudinarium in universitate Bononiensi, quæ sita est in Italia, ex jussu Imperatoris Friderici publicè prælectum fuit, quod laboris Hugotinum præcipuæ autoritatis à reliquis Octis in æde D. Petri deliberato suscepisse, memoriæ tradidit idem Ferrarius *in loco citato.* Postmodum hæ consuetudines in Sacro Romano Imperio receptæ & approbatæ fuerunt ab Imperatoribus & principibus, ut ostendunt tituli lib. 2. F. *de L. Corrad. de capit Corrad. de prohibit. feud. alien. per Lothar. & per Frideric.* & longo tempore, quod excedit hominum memoriam in scholis scientibus ac non contradicentibus Imperatorib. publicè lectæ, & in judiciis ad decisiones 1.

nes causarum feudalium allegatæ sunt, ut
2. ita neutiquam dubitandum sit, † quin liber Feudorum summam & fidem & autoritatem in feudorum causis habeat, *per l. de quib. 32. π, de legib, auth. jubemus C. de judic L. hoc jure 3. § ductus aquæ. π. de aqu. quotid. & æstiu. c. super quibusdam 26. §. præterea. de verb. signif. Jacob. de Beluis. in c. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. Pison. Soac. in prælud. Feud. cap. 1. Zas. in ingress. Feud. nu. 3. Quam conclusionem commune asserit Eman. Soarez in thesaur. recept. sentent. lit. F. num. 89. & Robert. Marant. in pract. part. 3. num. 84. & omnes Doctores ita tenere tam ultra montes, quam citra montes refert Clarus in §. feudum. quæst. 3.* Sic & Schrad. *vol. 1. consil. 3. num. 111.* dicit à Dd. communiter traditũ esse, quod Liber Feudorum sit Authenticus quodque cõtentè in libro Feudorũ sint jura & communia, & generalia & Imperialia & Civilia & perinde, ut reliqua jura civilia, communia & omnes omninò ligent, & pro decisionibus causarum allegari possint, nec nõ & secundum illas causæ feudales decidi debeant. Non tamen istæ Consuetudines eandem autoritatem in aliis causis præter feuda, habẽt, ut adfirmat receptum Eman. Soarez *loco dicto.*

† Multæ Pontificum quoq; Decretales sequuntur decisiones Feudales, quæ habentur in usibus Feudorum, ut passim videre est in *c. cæterum. c. novit. de judic. C. quæ in Ecclesiarum. de const. tut. c. ad aures. c. cum quibusdam de pœn. & c. gravem. de sentent. ex commun. c. ex transmissa. c. verum. de for. compet. cum simılib. quib. in locis expreßè constitutum est à Pontifice, ut clerici propter feuda, quæ possident, coram Domino seculari conveniantur.* Et ergò clerici habentes feuda à secularibus Principibus, coram illis quoqúe de re feudali conveniri debebũt, ut alii vasalli contra præscriptum *c. si diligenti* & quę ibi notant CC. *de for. compet.* Ita vult *Alvar. in c. 1. §. qui clericus. si de feud. defun. cõt. int. dom. & agn. defun. 2. F. 26. Bald. in c. 1. de controv. invest. apud Par. termin. Innoc. in c. cæterum de judic.* & ibi *Panorm.* ubi notabiliter asserit, quod quando per legem civilem attribuitur universaliter jurisdictio alicui certæ personæ prætextu certæ qualitatis, talis lex comprehendat clericos tàm activè quàm passivè, quibus talis qualitas competit. *Mynsing. cent. 1. obs. 22. num. 5. Gail. 1. obs. 30. nu. 20. & obs. 32 nu. 3. Schrad. vol. 1. cons. 3. num. 209. Quod commune ait Soarez lit. F. num. 91.* Ratio hæc est! Quia 3.
† natura causæ trahit ad se personam, non 4.
persona

persona naturam causæ. *Bald. in dict. tit. de controv. apud Par. termin. Gail. 1. obs. 37. num. 3. Schrad d. cons. 3. nu. 209. vers. & natura.* Et notum est, quod quando duæ causæ concurrunt, naturalis una, accidentalis altera, prævaleat naturalis. si non alteretur ab accidétali *per text. in l. qui habet 3. à princ. ff. de tutel. & ibi Bart. Cagnol. in repet. L. dif. famari. num. 9. C. de ingen. manumis.* Ex quo fit, ut deficiente statuto, vel locali cõsuetudine non solum in Germania, verum etiam in Italia, in regno Siciliæ. *Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 4. quæst. 1. num. 1. & 3.* in Gallia. *Duar. c. 1. de feud. in fin.* in Burgundia *Guid Pap. decis. 180.* in quæstionibus feudalibus secundum hasce consuetudines Feudorum judicetur. *Wesemb. in procem Feud. num. 5.*
5. † Et quamvis Legum Romanarum non sit vilis autoritas, non adeò tamen vim suam extendunt, ut usum vincant aut mores, quia in iis, quæ legibus definita non sunt, plus momenti consuetudo, quàm lex habet. *Text. in c. 1. §. Legum. de feud. cognit. 2. F. 1. L. de quibus 32. ff. de legib.* Quocirca si casus emerserit, qui feudi consuetudine nõ comprehensus fuerit, Ictus absque calumnia poterit uti lege scripta. *d. c. 1. §. strenuus.* tàm civili quàm Canoni-

Canonica: *Wesemb. d. tract. cap. 17. num. 14.* Jus Canonicum à jure civili si discrepet unumquodque in suo foro, & in suis caussis servari debet. *Rosenth. in com. Feud. cap. 1. concl. 19.* Quoties ergò de materia peccatũ concernente, & quæstionibus ex contractibus jurejurando confirmatis descẽdentibus agitur, toties sequendum est jus Canonicum *c. novit. vers. non enim intendimus. de judic. c. ult. de for. compet. in 6. Schneidewein. de feud. part. 1. num. 8. Gœdd. de sequestrat. cap. 1. num. 38.*

† De Autoritate titulorum extraordinariorum scito, quod illi, ut Authentici allegari possint, quoad cum Ordinariis titulis juris Feudalis conveniunt, & tunc testimonio eorum uti, iisdemque ea, quæ nõ sunt satis explicata manifestius declarare licet, ad exemplum Novellarum Leonis, quarum insertio Corpori juris facta est ad interpretationem in iis rebus, in quib. cõveniunt. In casibus autem decisis eam autoritatem tenent, ut si contrarii sint, juri civili & Canonico præferantur. *c. 1. de feud. cognit. Hartm. Pistor. quæst. feud. 13. num. 50. Vult. lib. 1. Feud. cap. 7. num. 91. & cap. 9 n. 41.* 6.

† Pro cõplemento hujus Capitis noveris, quod olim hæ Cõsuetudines Feudales 7.

in illis tantùm locis vim obtinuerunt, in
8. quibus sunt introductæ † cum consuetudo ubi locum viget, regulariter nō egrediatur. *L. an in totum 3. C. de ædific. privat. L. fin. C. de testam.* & primò quidem istæ Consuetudines ad forum Mediolanense pertinuerunt & ex ejus usu desumtæ sunt, *prout tradit Wesembec. in d. proœm. num. 3.* Inde consequens est, Feudorum consuetudines neque partem juris Romani esse, neq; ab eo defluxisse, sed tantum ab initio fuisse consuetudines, ut inscriptio libri Feudorum luculenter indicat, *(incipiunt Consuetudines Feudorum) Clar. quæst. 1. & 6. num. 2. latè Niell. in disp. feud. 1. in coroll.*

DE DEFINITIONE ET notatione Feudi.

CAP. III.

INterpretes feudum diversimode definiunt quemadmodum apud *Jacobum de Belviso in prælud. Feud. Johann Blancum in Epit. feud. lib. 1. c. 1.* & alios videre est. Communiter attestante Jacobino de S. Georg. *in sua investit. in gloss. feudum num. 1.* in definitionem, vel potiùs descriptionem, quam Obertus de Orto *in c. 1. § imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* tradidit, itum est, & est de-

est definitio talis: † *Feudum est beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat: Ususfructus autem illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesq; suos masculos sive fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat: ad hoc, ut ille & sui hæredes fideliter domino serviant: sive servitium illud nominatim, quale esse debeat, sit expressum sive indeterminatè sit promissum.* Hanc feudi definitionem probat *Jacobus de Ardizone in sum. jur. Feud. c. 3. Blanc. in d. cap. 1. num. 1. Borch. de feud. c. 1. num. 10. Schurpff. cent. 1. consil. 98. num. 4. Jacob. Alvar. in præfat. com. feud.* 1.

Et constat illa ex suis causis: † Nam causa efficiens impulsiva est benevolentia seu voluntas propensa Domini benè merita, amor & honor Vasalli erga Dominum *Text in c. 1. ibi. Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est. de feud. dat. in vic. Leg. Commiss. 1. F. 27.* Et hæc eò pertinent, ut feudum beneficiū esse clariùs ostendatur, non etiam ut negetur, interventu pecuniæ feudum acquiri quandoque posse. Beneficium namq; esse potest, licet non sit omninò gratuitum *L. Titius. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst. Borch. d. c. 1. n. 12.* 2.

3. † Causa materialis est res immobilis cõsistit namque feudum tantùm in immobilibus, aut ut idem Obertus ait, in rebus soli, aut solo cohærentibus vel iis, quæ aliàs inter immobilia connumerentur *c. 1. in fin. de feud. cognit. Duar. de feud. cap. 2. num. 2.*

4. † Forma est, ut proprietas rei feudalis penes dominũ remaneat; usus fructus verò illius rei ad accipientem transeat, & consistit in illis verbis: *ut proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat. Usus fructus verò illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum heredesq; suos masculos sive fœminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum*

5. *pertineat* † Vasallus igitur proprietarius non est, sed instar usufructuarii. *Fichard. vol 1. consil. 5. num. 1. Gars. tract. de expens. & meliorat cap. 12. num. 48.* non habet dominium rei infeudatæ, sed saltem usumfructum seu utile dominium, uti vulgò vocant, *d. c. 1. §. imprimis in quib. caus. feud. amit. c. 1. §. rei autem de invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* Jus tamen Vasalli multò plenius est & potentius jure Fructuarii: Quod vel inde apparet, quod feudũ ad heredes transmittitur *c. 1. à princ. de succes. fratr. d. c. 1. §. imprimis.* sed non usus fructus, qui morte fructuarii statim finitur. *§. finitur 3. Instit. de usufr.*

usufr. L. corruptionem 16. C. eod. Fichard. vol. 1. consil. 4. num. 1.

† Finis est, ut Vasallus fideliter Domino serviat, qui consistit in illis verbis: *ad hoc ut ille & sui heredes fideliter domino serviant, facit c. 1. vers. quidam an mut. surd. vel al. imperf. 2. F. 36.* Datur quippe feudum Vasallo, ut domino tempore belli præsto sit, & à domino injuriam propulset, eumq; in bello juvet & defendat. *c. 1. de nov. form. fidel. 1. F. 7. c. 1. hic finit. lex. 2. F. 28. Jacobin. de S. Georg in sua invest. in gl. & promiserunt eidem domino. num. 1. Wesemb. de feud. cap. 9. num. 1.* 6.

Breviter feudũ definire placet, † quod sit beneficium fidelitatis. Quæ definitio & suo genere & forma essentiali constat. Genus est beneficium, & quod feudum beneficium sit probatur per *c. 1. §. 1. §. cum verò 2. & §. hoc quoq; de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. fin. de feud. Marchiæ 1. F. 14. c. 1. an marit. succed. uxor. in benef. 1. F. 15. c. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiss. 1. F. 27. c. 1. de feud. dat. à minim. Valvas. 1. F. 16. & passim.* Forma est fidelitas seu fides *c. 1. in f. per quos fiat investit. 2. F. 3. c. 1. §. inprimis ibi: ut fideliter serviant. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 23. c. 1. de nov. form. fidel.* In fidelitate enim seu fide, tanquam in forma essentiali seu substantia- 7.



li consistit feudum. *Zas. de feud part. 1. num. 2. Wesemb. de feud. cap. 1. num. 1.* Hinc scribit Ictus, ita transire usumfructum in accipientem, ut domino fideliter serviat. *d. c. 1. § imprimis.* Per fidelitatem ergò vasalli perficitur totum opus feudi quod ideo meritò fidelitatem pro forma agnoscit *d. c. 1. § fin. de nou. form. fidel.*

Vnde dicatur Feudum.

CIrca notationem feudi non minus etiam variæ animadvertuntur Feudistarum opiniones, *pro ut videre est apud Guerr. Pison. Soac. in prælud. Feud. cap. 9. Wesemb. de feud. cap. 1. num. 1. & Borch. de feud. cap. 1.*
8. *num. 1.* † Iuxta Obertum de Orto nomen feudi à fide seu fidelitate (quæ Longobardis & Italis fede dicitur) deductum est. *c. 1. § fin. ibi: cum à fidelitate feudum dicatur, vel à fide, per quos fiat invest. 2. F. 3. Alvar in præf. com. Feud. Duar. de feud. cap. 2. num. 3.* Et sanè rectè, si rei ipsius formam contemplemur, quia feudum datur sub conditione fidei seu fidelitatis, quæ feudi constituendi est finis, constituti verò est forma. *Carol. Tap in repet. L. ult. ff. de Constit. princ. part. 1. cap. 1. num. 28. Baro à Tautemb. in c. 1. § est & alia. num. 6. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Schneid.*

24. *Schneid. de feud. part. 1. num. 8. Duaren. d. cap. 2. num. 3. Jacob. de Ardiz. in sum. jur. Feud. c. 4.* † Hinc Vasalli à fide κατ᾽ ἐξοχὴν 9.
fideles dicuntur *in c. 1. §. & quia vidimus. 1. F. 1. c. 1. de content. int. dom. & fidel. 1. F. 10. c. 1. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. & passim in usibus Feudorum.*

Illis enim à quibus feuda acceperunt, fideles esse debent, *c. 1. qual. Vasal. jurar. deb. dom. fidel. cum 2. seqq.* Hinc obtinet, ut Domini Vasallis suis scribendo eos suos fideles appellent, nostrâ linguâ, Getrewen prout Principes & Comites scribunt, Unsern lieben getrewen. Adeò verò fidelitas necessaria est, ut pacto remitti nequeat. *arg. L. si unus 27. §. illud 3. & §. pacta 4. ff. de pact.* licet juramentum fidelitatis pacto remittatur. *c. 1. in fin. per quos fiat investit. 2. F. 3. c. 1. §. est & alia. qu. fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. fac. c. veritatis 14. de jurejur.*

Feudum ab allodio quid differat.

† Feudum verò ab allodio hoc modo 10.
differt: Feudum dicitur, quod ab alio recognoscitur, in quo quis habet utile dominiũ & dominus concedens directum. Allodiũ est quædam proprietas, quæ à nullo Domino recognoscitur, id est, cum nemo possit

contendere, se dominum esse. *c.1.de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contr. 2.F. 29. Bald. in c.1.§.inter filiam. si de feud. defunct. cont. int. dom. & agnat. def. 2. F. 26. Schneid.de feud. part. 1.num. 69. Oldend. claß. 5. act. tit. de benef. act. & in tab. act. gl. feudum. Jacob. Alvar. in præf. com. Feud. vers. Quinta decima.* Et si cui reditus debeantur, nō ideò minus dicitur allodium: sed oportet, ut recognoscat possessor ab alio tanquam Domino, ut allodium dici non possit. *Duar. de feud. cap. 21. num. 9. & sequ.* Et agitur de allodio in usibus Feudorum *tit. 54. lib. 2.*

11. † In dubio autem præsumitur regulariter quælibet res alodialis & hereditaria, nō verò feudalis. *per text. in d.c.1. §. inter filiam. cap. 1. vers. si inter. de controvers. int. masc. & fœm. 2. F. 41.* donec adversarius probet, res ipsas feudales esse, & non alodiales. *Andr. Alciat in tract. præsumt. in reg. 2. præsumt. 3. Jacobin. de S. Georg. in sua invest. in gl. dicti q. Vasalli promiserunt. num. 7. Fichard. vol. 2. consil. 24. num. 4. Commune ait Eman. Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. F. num. 55.* Fallit tamen ista conclusio, in pluribus casibus, quos collectos habet. *Anton. Gabriel. Rom. com. conclus. tit. de feud. lib. 3. conclus. 3. & Mynsing. cent. 5. obs. 25.* ad quos lectorem remitto.

DE

DE SVBSTANTIALIBVS, NATURALIBUS, ET ACCIDENTALIBUS FEUDORUM.
CAP. IV.

FEudorum requisita quædam sunt substantialia, ut in cõtractu emtionis precium *L. pacta conventa 72. π. de contrah. emt.* quædam naturalia, ut clausula evictionis in eod. contractu. *L. non dubitatur 6. C. de evict.* quædam accidentalia, quæ extrinsecus per pacta apponuntur *d. l. pacta conventa.* † Substantialia sunt, sine quibus feudum subsistere nequit, & traduntur duo: I. *Substantialia.* Unum est fidelitas. *text. in c. 1. ʃ. fin. per quos fiat investet. 2. F. 3.* Alterum est res immobilis vel æquipollens, cujus proprietas penes dantem remanet *c. 1. §. sciendum est. de feudi cognit. 2. F. 1. c. 1. §. imprimis. in quib. cauʃ. feud. amit. 2 F. 23. & c. 1. §. quamvis de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. Equin. Baro in c. 1. §. sed etiam per quos fiat invest. 2. F. 3. Ferrar. Montan. in collectan. Feudor. lib. 1. cap. 5. Car. Tap. in repetit. L. ult. ff. de constitut. princip. part. 1. cap. 1. num. 27. Duar. de feud. cap. 2. num. 2.* Pactum ergò, quo Vasallo fidelitas seu fides remittitur, nullius momenti est. *per text. in d. c. 1. ʃ. ult. 2. F. 3. Wesemb. de feud. cap. 1. nu. 12.* Etsi fidelitas non debetur, feudum est

2. nullum † deficiente enim forma substantiali, res ipsa deficit. *L. Julianus 9. §. sed si quis rem 3. π. ad exhibend. L. inde etiam 3 §. 13. π de itin. act. priv. Tyraquell. in repetit. L. si unquam gl. revertatur. num. 64. C. de revoc. donat. Coras. lib. 3. miscel. cap. 10. num. 1.* Nec enim ulla pactione effici potest, ut dolus de futuro remittatur *L. si unus 27. § illud 3. ff. de pact. Schneid. de feud. part. 1. num. 20. Gail. lib. 2 observ. 145. num. 3.* Sic si evenerit ut res mobilis in feudum concederetur, negociũ in aliud genus contractus transit. *L. Insulam 6. π. de præscript. verb. L pen. C. de rer. permutat. Jacobin. de S. Georg. in verb. investivi talem. num. 10. Duar. de feud. cap. 5. num. 1.*

3. *Naturalia.* † NATURALIA feudi sunt, sine quibus feudum consistere potest, attamen feudo simpliciter concesso semper inesse videntur, ac tacitè intelliguntur, nisi per pactum improprietur. *c. 1. §. præterea quid sit investit. 2. F. 2. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. 2. F. 48. L. pacta conventa 72. π. de contrah. emt. l. cum quid. 3. & ibi* Dd. *π. si cert. petat. Bald. in proœm. Feud. num. 46. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 1. c. 5. Schrad. vol. 1. consil. 6. num. 17. Coras. lib. 3. miscel. cap. 10. num. 3. Schneid. in Epit. Feud. part. 5. num. 92. Gemmel. in compend. feud. part. 2. vers. Tertium ge-*

tium genus. Sunt autem naturalia hæc!

I. Ut feudum detur gratis, hoc est, ex amore & honore Domini. *c. 1. de feud. dat. in vic. L. Commiß. reprob. 1. F. 27. Duar. de feud. cap. 2. num. 4. & seq. Zas. de feud. part. ult. num. 21.* quod quidem intelligi debet quoad originē feudi non quoad effectum. Origine feudum dicitur esse gratuitum, effectu gratuitū non manet: cum Vasallus pro collato beneficio servitia Domino præstare teneatur *c. 1. §. imprim. in quib. caus. F. amit. 2. F. 23. c. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. an mut. F. vel ab imperf. 2. F. 36* Attentis igitur oneribus & servitiis, pro feudo debitis Vasalli tenent feuda titulo oneroso, *prout tradit Anton. Tessaur. deciß. Pedem. 177. num 11. & decis. 266. num. 5.* II. Ut feudum in descendentes masculos perpetuò transeat. *Text. in d. c. 1 §. imprimis & in c. 1. de nat. succeß. feud. 2. F. 50. Fichard. vol. 1. consil. 19. num. 1. & vol. 2. consil. 10. num. 2. Duar. d. cap. 2. num. 8. vers. sextum.* III Ut juramentum fidelitatis Domino à Vasallo præstetur. *c. 1. §. ult. per quos fiat. investit. 2. F. 3. c. 1. quid proced. deb. invest. ubi Bald. & Laudens.* IV. Ut servitia sint incerta *d. c 1. §. imprimis. Zas. de feud. part. ult. num. 13. Duaren. d. cap. 2. num. 8. vers. septimū* V. Ut feudum sub pœna privationis sine consen-

consensu domini non alienetur *Tex. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Frider. 2. F. 52. & 55. Jacobin. de S. Georg. in sua investit. glos. in feudum num. 13. Duar. d. cap. 2. nu. 8. vers. quartum est.* VI. Ne sine culpa feudum amittatur *c. 1. & t. t. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. c. 1. à princ. de nat. feud. 1. F. 7. Fichard. vol. 1. cons. 18. num. 9. & vol. 2. cons. 13. num. 5. Quod commune asserit Emanuel Soarez in thesaur. recept. sent. lit. F. num. 66.*

4. Est autem de qualitatibus naturalibus Feudorum ista regula notanda † quod omnia naturalia Feudorum pactis immutari possint salvo feudo, licet improprio, ita ut si feudum in uno alteretur, in reliquis tamen vel capitulis vel placitis, quæ non sunt alterata, nihilominus recti & veri feudi naturam obtinet. *Alvar. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat. Fichard. vol. 2. cons. 19. nu. 3. Schneid. de feud. part. 1. num. 16. in fin. Zas. d. part. ult. num. 3.*

5. Hinc dicendum est † pacto fieri posse, ut feudum acquiratur interveniente pecunia. *Textus est in c. 1. ibi: nisi à domino redemerit, quemad. feud. ad fil. pertin. 1. F. 24. in c. 1. à princ. ibi cui dominus accepta pecunia partem feudi dedit. de investit. in marit. fact. 2. F. 15. in c. 1. ibi: vel nisi emerit feudum de nat. feud. 1.*

F. 7.

F.7. Ex quibus textibus apertè apparet in acquirendo feudo pecuniam intervenire posse salvo feudo licet improprio. *Baro à Tautemb. in c.1. à princ. num.3. de feud. dat. in vic. L. Commiss. reprob. 1. F. 27. Frider. Martin tract. de jur. cens. cap. 1. num. 185. Schneid. de feud. part. 4. num. 54. Gemmel. in compend. feud. part. 1. Quod obtinuit ex communi Doctorum sententia juxta Julium Clarum in §. feudum quæst. 16. Eman. Soarez, in d. tract. lit. F. num. 54. & Udal'r. Zas. in Epit. feud. part. ult. num. 19.* Et sic feudum pecunia comparatum, quoad pecuniam censetur improprium, non etiam quoad alia capitula, in quibus retinet rectam & simplicem suam naturam arg. *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud, 2. feud. 48.* Quod dicitur *in d. tit. de feud dat. in vic. L. Commiß.* nihil nos movere debet: Loquitur enim de mutua pecunia, nō de quolibet precio. *Sub prætextu pecuniæ,* id est, pecuniæ creditæ, de qua prius locutus fuerat. Lex commissoria est prohibita in pignoribus. *L. ult. C. de pact, pignor.* Feudū non sub prætextu pecuniæ scilicet mutuæ sed amore domini acquirendum est. Quare si pecunia intervenerit, manebit quidem feudum: sed si ob pecuniam receptam feudum tibi pignori dedero Lege Commissoria: ut

ria: ut nisi ad tempus solvam, fundus tibi cedat in feudum: non valebit pactio eadẽ ratione, qua in pignoribus est prohibita. *Zas. d. part. ult. num. 22. Duar. d. cap. 2. n 5.*

Sic per pactum contra feudi consuetudinem fieri potest, ut filiæ quoque in feudis succedant *c. 1. §. præterea. vers. item si Vasallus: quid sit investit. 2. feud. 2. c. 1. §. filia verò de succeß. feud. 1. feud. 8. c. 1. à princ. de nat. succeß. feud. 2. F. 50. c. 1. §. imprimis in quib. caus. feud. amit. 2. feud. 23.* Sic conveniri potest, ne fidelitatis juramentum Vasallus domino præstet, nulloquè jurejurando adstringatur ad illam fidelitatem *c. 1. §. ult. per quos fiat invest. 2. F. 3. c. 1. §. sed nõ est alia q. fuit prim. caus. benefic. amittatur 2. F. 24. c. 1. à princ. de capit. Corrad. 2. F. 40.* Fides quidẽ est de substantia, sed non juramentum *dictis jurib. Zas. d. part. ult. num. 34. Duar. de feud. cap. 2. num. 3. & num. 7. à princ. & cap. 13. num. 1.* Remisso tamen juramento Vasallus nihilominus ad omnia ea quæ in juramento fidelitatis continentur, Domino obligatus est *d. §. sed non est alia.* Sic Vasallus cum Domino pacisci poterit, ut contra naturam feudi tantum ad certum ac specificum servitium teneatur *c. 1. §. fin. de capit. qui Cur. vend. Baro à Tautenb. in c. 1. §. imprimis nu. 12. in quib. caus. feud. amit. vel* ut nihil ser-

vitii pro collato beneficio domino exhibeatur *arg. l. in tradendis 7. ff. comm. præd. Borch. de feud. cap. 4. num. 20. Pison. Soac. in prælud. feud. cap. 4. nu. 32.* Sic feudum ea Lege alicui dari potest, ut ipse & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant *c. 1. §. feudum ea lege si de feud. defunct. contr. fuer. int. dom. & agn. def. 2. feud. 26. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. 2. feud. 48. Jacobin. de Sancto Georgio in sua invest. gloss. & quibuscunque num. 5. & gl. in feudum num. 13.* Sic pacto conveniri potest, ut quando dominus vellet, posset rem in feudum à se datam auferre *arg. c. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1.*

† Si quid ergò contra naturam feudi cõvenerit, illud servandum est *L. 1. §. si convenerit π. depos. Cagnol. in l. contractus 23. nu. 70. π. de reg. jur.* sin autem quid convenerit cõtra substantiam feudi, illud servandum nõ est. *arg. L. Julianus 9. §. sed si quis rem 3. ff. ad exhibend. l. inde etiam 3. §. 13. π. de itin. act. privat.* Quare semper investitura inspicienda est, i. e. instrumentum investituræ, an & quid convenerit inter dominum & vasallum *c. 1. §. præterea quid sit invest. 2. feud. 2. & c. 1. de duob. fratr. à Capitan. invest. 2. feud. 18.* 6.

† ACCIDENTALIA feudi sunt, quæcunque feudo accedere possunt ultra substantiam 7. Accidentalia.

ſtantiam & naturam feudi *Coras. lib. 3. miſcel. cap. 10. num. 5.* Ut caveri poteſt pacto, ne feudum deficientibus deſcendentibus maſculis ad dominum revertatur, ſed ut ad Collaterales tranſmittatur; licet novum ſit *c. 1. de benef. fratr. c. 1. de duob. fratr. de nov. benef. inveſt. & ibi* Dd. *Bald. in proœm. feud. num. 6. Æquin. Baro in c. 1. §. ſed etiam per quos fiat inveſtit.* Qua in re monito Zaſij in *tract. feud. part. 1. in fin.* meminiſſe debemus multa eſſe naturalia in feudis pro Germanor. moribus, quæ ſecundum uſus Feudorum ſcriptos accidentalia fortaſſe cenſerentur.

DE DIVISIONIBVS Feudorum.

CAP. V.

CIrca diviſiones non minus, quàm in aliis Feudorum partibus Feudiſtæ inter ſe maximè diſſentiunt, ita ut Franciſco Curtio teſte tot ex varietatibus quædam fermè generari videatur confuſio. Quare cum Curtio ſummam diſtributionem dico quod feudum aliud ſit proprium, aliud improprium *c. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poſſ. 1. feud. 1. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48.* Ja-

48. Jacobin. de S.Georg. gl. in feudum, n.13. Alvar. in præf. com. feud. verſ. Tertia diviſio.

Prima diviſio.

FEudum proprium eſt, quod perpetuam naturam & propriam feudi retinet, cũ nec conventio, nec Lex, vel pactio ulla eſt expreſſa, per quam ſit mutata feudi natura propria *c.1. §. præterea, quid ſit inveſtit 2. F. 2. c. 1. de nat. feud. 1. F. 7. Zas. in Epit. F. part. 2. num. 6. Duaren. in tract. feud. cap. 4. num. 1.* Alii ita definiunt: propriè feudum eſt, quod ſimpliciter purè, directè conceditur, nulla temporis, aut ſervitiorum determinatione facta. *c.1. §. per. & ult. quid ſit. inveſt. 2. feud. 2. c.1. de conſuet. rect. feud. Oldend. claß. 5. tit. de benef. actionib.* veluti, ut feudum gratuitò ex re, quæ ſoli eſt, datũ ſit. *c.1. de feud. dat. in vic. L. Commiß. 1. feud. 27.* ut in perpetuũ ſoli maſculi deſcendentes ſuccedant *c. 1. §. imprimis in quib. cauſ. feud. amit. 2. feud. 23. c. 1. de nat. ſucceß. feud. 2. feud. 50.* ut Vaſallus ad fidelitatis *c. 1. §. fin. per quos fiat inveſtit. 2. feud. 3.* ſervitiorumque præſtationem ejus gratia obligetur *d. c. 1. §. imprimis c. 1. de form. fidel. 2. feud. 2.* ut abſq; conſenſu domini nõ alienetur *c. 1. de prohit. feud. alien. per Lothar. & Frider. 2. feud. 52. & 55.* neque ſine culpa

amittatur *c.1.& t.t. de feud.sin.culp.non amit. 2.feud. 21. cap. 1. à princ. de nat.feud.1.feud.7. Schneid.in Epit.feud.part.1.num.14. Garz.in tract. de expens.& melior. c. 12.n.45. Fichard. vol.1.cons.13.num.1. Wesemb. de feud. c.2. nu.2.*
2. † Et hæc Feudorum natura sive qualitas feudis cognata, in dubio semper inest feudo nisi per pacta improprietur. *Alvar. in prælud.feud.divis.3. qui allegat c.1.de feud.nõ hab. propr.nat.c.1.§.ult. quid sit investit.* Consequens ergò est. † quod in dubio semper
3. sit præsumendum, feudum secundum rectam eius naturam concessum esse, hoc est, secundum communes regulas & consuetudines Feudales, quod vulgò dicitur zu rechtem Lehen/nisi aliter se rem habere dilucide probatũ fuerit *c.1. §. præterea & ibi Baro à Tautemb. quid sit investit. 2 feud. 2.c.1. §. Item si vasallus, si de investit.feud. controv. 1. feud. 4. Petr. de Ferrar. form. libel. quo agit. ad revoc.feud. gl. ac nomine num.8. Ferrar. Montan in collectan.feud.1.cap.6. Zas.in Epit.Feud. part.12.num.31. Schneid. in Epit. Feud. part.5. n.91. Hart. Hart. pract. obs. tit. 54. de feud. obs. 10.nu. 4. Aluar. in præf.feud. Fichard. vol. 1. consil.18.num. 2.*

Feudum improprium est, quod non retinet perpetuam & propriam feudi naturam, sed de-

ſed degenerat à recta ratione feudi: vel improprium feudum cenſetur, quod conditionibus vel obſequiis nominatim definitis eſt alligatum *c.1.de not.feud.2.feud.48.& c.1.§.fin.de capit.qui Cur.vend.2.feud.51.* de quo in cap. ſequ. dicemus.

Secunda diviſio.

II. Feudum aliud eſt maſculinum, aliud fæmineum. *c.1.de feud.fœmin.2.feud.30.c.1.de nat.ſucceſſ.feud.2.feud.50.P.de Ferrar.in d.gl.ac nomine num.4.Zas.de feud.part.2.n.7.Alvar.in præf.com.feud.verſ.ſeptima diviſio* Maſculinum eſt, quod à maſculo primũ acquiſitum! Fœmineum, quod à fœmina primum acquiſitum fuit. *c.1.an marit.ſucced.ux.1.feud.15.Weſemb.d.c.2.num.5.Zas.d.tract.part.3.num.3.* Et feudum à fœmina originem adeptum fœmineum dici commune pronunciat *Eman.Soar.in theſaur.recept.ſent.lit.F.num.65.* Natura feudi fæminei ejuſmodi eſt, ut ſi mulier, quæ feudum acquiſivit, decedat ſuperſtitibus ſibi filiis maſculis & fœminis, maſculi ipſis fœminis excluſis in feudi materni ſucceſſione præferantur *ut eſt textus in c.1.de feud.fœmin.2.feud.30.* quod notandum eſſe monet *Petr.de Ferrar.in d.gl.ac nomine recti num.4.Weſ.* 4.

d.c.2.num.5. Et dicitur fœmineum feudum interdum etiam maternũ, quod eſt acquiſitum à ſuperiori fœmina, quæ eſt communis agnationis vel cognationis, ut *in d.c. an marit. ſucced. ux.* Illud feudum, quod à maſculo accipitur eo pacto, ut ad fœminas tráſeat, propriè fœmineum non dicitur, ſed potius inſpecta origine feudum paternum appellatur. *Arg.c.1.de ſucceſſ. fratr. 2.feud.11. & c.1.de nat. ſucceß. feud. 2.feud. 50. Hartm. Piſtor. quæſt. feud.34. num.13.* licet à quibuſdam verè fœmineum dicatur. *Fichard. vol. 2. conſil. 7.n.4. & conſil.9. num. 5. vel eod.* In dubio quodlibet feudum cenſetur maſculinum nec fœminæ ſuccedunt, nec eorum maſculi. *Curt. de feud. part.3.num.1. Mynſing. decad.3.reſp.22.num.10.*

Tertia diviſio.

5. III. Feudum aliud eſt novum, aliud antiquum ſeu paternum *c.1. à princ. per quos fiat inveſt. 2.feud. 3. c.1. qui teſt. ſint neceſſar. 2. feud.32. c.1. de inveſtit. vet. & nov. benefic. Alvar. in præfat. com. feud. verſ. ſexta diviſio Clar. §. feudum quæſt.8. Zas. vol.2. conſil.22.nu.1. & in Epit. Feud. part. 2.n.7. Jacobin. de S. Georg. de feud. gl. in feudum n.8.*

Novum eſt, quod alicui à Domino de

novo

novo concessum, & non successione à superioribus ad eum devolutum est, ein New Lehen/ *Text. in d. c. 1. §. novam qui test. sint necessar. c. 1. de fratrib. de nov benef. invest. 2. feud. 12.* In quo feudo etiam filiis jus quæritur, licet expressè illorum mentio facta nõ fuerit, ut quando feudum fuit concessum simpliciter hoc modo: Titio concedo prædiũ Mævianum in feudum. Ratio hujus est, quòd in dubio unusquisque videtur prospexisse sibi & heredibus suis *c. 1. de duob. fratr. à Capitan. investit. 2. feud. 18. L. si pactũ 9. π. de probation. Clar. §. feudum quæst. 9. num. 6. Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 6. cap. 1. Everhard. in Topic. loc. à feud. ad Emphyt. num. 6.*

Hoc feudum novum postmodum in descendentibus fit paternum & antiquum temporis & successionum progressu *c. 1. de Vasall. decrep. ætat. 2. feud. 14. Wesemb. de F. cap. 2. num. 6.* Dicitur & feudum novum, quod prius erat antiquum postquam ad dominum rediit, & novis pactis, ac alia investitura iterum conceditur *d. c. 1. Vasall. de decrep. ætat. ubi Andr. de Isern. Ferrar. Montan. in collectan. feud. lib. 1. cap. 6. Fichard. vol. 2. consil. 9. num. 11.* Sed & feudum novum esse vult Zasius *in Epit. feud. part. 3. num. 8. in*

fin. cum Nobiles bona allodiala curent infeudari, & inseri feudo antiquo. Imò etiã nova aliqua forma aut qualitas adjecta investituræ sive feudo antiquo reddit illud novum. *Cravet. de antiq. temp. part. 5. §. jam vidimus num. 23. Matth. de Adflict. decis. 112. num. 5. & decis. 248. n. 8. Fichard. vol. 1. cons. 1. num. 5. & vol. 2. cons. 9. num. 11. Schrad. vol. 1. cons. 1. n. 590.*

6. † Feudum novum posse concedi ut feudum antiquum ex communi Doctorum sententia conclusum est testimonio *Iulii Clari in §. feudum quæst. 8. n. 2. & Anton. Gabriel. Roman. lib. 3. com. conclus. tit. de feud. concl. 1. num. 1.* Ratio adfertur ista Quia quilibet, qui rerum suarum moderator & arbiter est. legem quam velit, rebus suis imponere sibique præjudicare potest *L. in re mandata 21. C. mandat.* Ex tali siquidem concessione, ex qua novum feudum efficitur antiquum, resultat solum præjudicium Domino concedenti, quo feudum ipsi minus aperiatur, quam feudum novum, quod de jure communi Feudorũ regulariter non habet agnatos seu Collaterales qui succedunt in illud *c. 1. § his verò deficientibus de success. fratr. 2. feud. 11. c. 1. §. cũ verò. vers. sin autem 1. feud. 1. Petr. de Gregor.*

de con-

de conceß. feud. part. 5. quæst. 4. ubi enumerat effectus, qui resultant ex concessione feudi novi facta sub jure antiqui.

Feudum paternum vel antiquum dicitur illud, quod fuit illius, vel quod descendit ab illo, qui communis parens fuit agnationis, ut communiter declarant Feudistæ *in c. 1. §. his verò deficientibus de succeß. fratr. 2. feud. 11. Fichard. vol. 2. consil. 5. n. 2. Schurpff. cent. 1. consil. 45. nu. 2. Mynſ. decad. 5. conſ. 44. num. 17.* Propriè Antiquum dicitur, quod ab aliquo communi parente ultra quartũ gradum descendit *Text. in c. 1. §. hoc quoq; de succeß. feud. 1. F. 8.* Vulgò dicitur. Ein alt Stammlehen/ *Zas. d. part. 3. num. 1.* Hoc quandoque vocatur paternum, *ut in c. 1. §. his verò deficientib. 2. feud. 11. Duar. de feud. c. 4. num. 9.* Non tamen omne paternum dicitur antiquum, sed distinguitur inter antiquum, & quod simpliciter paternum est.

Paternum propriè est, quod à superioribus & ascendentibus usque ad quartum gradum quæsitum est, nempe avo, proavo, abavo, atavo *c. 1. §. hoc quoq; de succeß. feud. 1. feud. 8. Jacobin. de S. Georg. de feud. in gl. in feudum num. 8. Baro à Tautemb. in d. c. 1. §. hoc quoq; num. ult. Mynſ. d. conſ. 44. num. 18. Petr. de Gregor. d. part. 5. quæst. 3. num. 3.* Vulgò di-

citur Ein alt Vätterlich Stamm Lehen/Mēte verò tenebis, quod feudum antiquum & paternum effectu non differant, sed sub antiquo feudo plures continentur personæ, quàm sub feudo paterno *c. 1. § hoc quoq; ubi Bald. de success. feud. c.1. §. 1. ubi gl. de grad. success. 2. feud. 11. Wesemb. de feud. cap. 2. num. 6.*

7. Et differunt feuda nova ab antiquis hoc modo. † I. In feudo novo succedunt solum descendentes, non etiam Collaterales *d. c. 1. §. his verò deficientib. c. 1. §. fin. de success. Feud. 1. F. 8.* In antiquo seu paterno etiam Agnati & collaterales *c. 1. § si duo fratres de feud. March. 1. feud. 14. Wesemb. d. cap. 2. nu. 7. Zas. de feud. part. ult. num. 42.* II. Antiqua & Paterna feuda successores sine ulla traditione & investiturâ mediante successione consequuntur *d. c. 1. §. 1. de feud. March. c. 1. §. sciendum de feud. cognit. Gail. 2. obs. 152.* quamvis renovationem investituræ intra annum & diem petere teneantur *c. 1. à princ. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. feud. 24. c. 1. à pr. de L. Corrad. 2. feud. 40. c. 1. § fin. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. feud. 52. c. 1. §. præterea si quis de prohib. feud. alien. per Frider. 2. feud. 55.* At in feudo novo secus est, ubi investitura & alia multa requirũtur *c. 1. quib. mod. feud. const. poss. 1. feud. 25. Curt. de feud. part. 1. qu. 8. n. 8.*

III. Ad

III. Ad feudum novum probandum Pares tantum Curiæ, hoc eſt Convaſalli teſtes ſunt idonei *c.1.quid ſit inveſt.2.feud.2. c.1.qui teſt.ſint neceſ.ad prob. nov.inv. 2.F.32. c.1.de feud. Guard.1.F.2.c.1.qui ſucceſſor.feud. dar.ten.1.F.3. c.1.quod autem de not. Feud.2. F.58.* Hinc in fine literarum Inveſtituræ poni ſolet! vnd ſein bey ſolcher belehnung geweſen vnſere auch liebe getrewe vñ Lehensleut N. vnd N. &c. In feudo antiquo probando teſtes etiam extranei admittuntur *c.1. §.1.ſi de inveſt.int.dom.& Vaſal.1.F.26.c.1.verſ. de veteri qui teſt.ſint neceſſar. c.1. quid.ſit inveſt. Gail.2.obſ.50.num.5.Weſemb.d.cap.2.num.7.* Diverſitatis ratio ſumitur ex *cap.1.§.idcirco de not. Feud.2.Feud.58. ubi hæc habentur verba Idcirco Pares neceſſarii ſunt in inſtrumento inveſtituræ, & non alii, ne quid excogitetur falſitatis in perniciem domini, aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia vel odio, vel gratia, quæ non ſunt ſuſpicanda in Paribus:* At in antiquo feudo, cum notorium ſit, & antiquitus conſtitutum jus feudi, probatio non tàm exacta & idonea reperitur, quippe non tàm eſt inveſtitura nova, quàm prioris & antiquæ redintegratio ac conformatio. *Hartm.Hartm.pract.obſerv.t.54.de feud. obſerv.9.n.1.*

IV. Moribus receptum eſt, quod feudum novum jure antiqui concedi poſſit, hoc eſt, effectus feudi antiqui ſortiatur, ut ſupra dictum. At è diverſo feudum antiquum jure novi concedi nequit, niſi aſſenſu eorum, quorum intereſt, accedente. *Clar. §. feudum quæſt. 8. num. 5. Gail. 2. obſ. 49. ubi ita in Camera Imperiali deciſum fuiſſe ſcribit.*

8. Illud hîc notandum venit † quod feudum in dubio præſumatur paternum potius, aut antiquum eſſe, quàm novum *c. 1. §. ſi verò dominus de ſucceſ. fratr. 2. F. 11. ubi incumbit probatio ei qui feudum novum eſſe dicit. c. 1. à princ. ſi de feud. def. cont. fuer. int. dom. & agn. def. 2. feud. 26. ubi agnati in poſſeſſione feudi, de quo quæritur conſtituendi ſunt c. 1. §. item placet, de inveſt. int. mar. fact. 2. F. 15. Zas. de feud. part. 11. num. 31. Borch. in com. feud. cap. 4 nu. 3.* præſertim accedente diutina poſſeſſione. *Weſemb. de feud. cap. 2. nu. 8. quod commune effert Eman. Soar. in theſaur. recept. ſent. lit. F. nu. 56.* Ratio eſt, quia novum feudum dependet à conſtitutione nova, & à contractu ſeu conceſſione, quæ cũ ſit facti *L. conſilio 7. in fin. ff. de curat. fur.* probari debent *L. aſſeveratio 10. C. de nõ numer. pecun.* Eamque ob cauſam onus probandi incumbit domino, qui feudum novum eſſe dicit,

dicit *Iaſ. in procem. feud. num. 97. Teſſaur deciſ. Pedem 227. nu. 8.* Ille enim probare debet qualitatem, qui in ea fundamentũ facit *L. habebat 13. π. de inſtit. act. L. denunciaſſe 17. §. 1. π. ad L. Jul. de adulter. Piſon. Soac. de F. cap. 45. num. 22. Zas. de feud. part. 11. num. 32.* Et quod in dubio feudum præſumatur antiquum, illud in eo caſu intelligendum eſt, quo Vaſallus in poſſeſſione feudi in totum vel pro parte longiſſimo tempore fuit, & poſtea ita apparet.

Nam propter longum tempus & nactam poſſeſſionem pro Vaſallo, quod ejuſmodi feudum ut paternũ in præſens uſq; tempus poſſedit, præſumitur. & domin⁹ feudi contrariũ, nempe quod feudum fuerit novum probare tenetur *Soac. d. c. 45. nu. 22. Zas. d. part. 11. num. 33. Fichard. vol. 2. conſ. 3. num. 1.* Quinimò & neutro ex litigantibus poſſidente feudum potius paternum, quam novum præſumi innuit *text. in c. 1. de grad. ſucceſ. verſ. 5. verò dominus 2. F. 11. & ibi Alvar.* niſi pro altera parte eſſet major præſumtio quod boni judicis officio committendum eſt *Zas. d. tract. part. 3. num. 7.*

Quarta diviſio. 9.

IV. Feudum aliud eſt Nobile, aliud ignobile *per text. in c. 1. quis dic. dux March. 2. F. 10. ibi plebei nihilominus ſunt, & ibi : nullum*

Quinta divisio.

V. Nobile feudum rursus est Regale vel non regale *cap.1.de feud.March.Duc.à princ. 1.F.14. cap.1.de L. Corrad.2.feud.34.c.1.§. præterea Ducatus de prohib.feud.alien.per frider.2.F.55. Iacob. Aluar in præf.com F. verſ. prima diviſio Iacobin.de S.G.de feud.gl. in F. num.5. Oldendorp.claſſ.5 act.tit.de benef.act.* Schneid.*de feud.1.part.1.n.30.Weſſemb.c.2. feud num.4.* 10.

Regale feudum eſt, quod ſupremi Principis autoritate conceſſum eſt cum dignitate Regali, cuiuſmodi eſt feudum Ducatus Marchionatus, Comitatus & ſimilis vel maioris dignitatis *c.1.quis dic. dux March.* vulgò vocantur Fahnen lehen/ darumb daß Käyſerliche Mayeſtät den weltlichen Fürſten ſolche Lehen mit fahnen leihet: den Geiſtlichen Fürſten mit einem Scepter. *Schneid.d.n.30. Duar.cap.4.F.num.7. Garſ.tract.de expenſ. & mel.cap.12.num.32.& num.36.* Talia feuda Regalia olim erant ſeptem in Saxonia prout dicit Gregor. in *addit.ad Compend. Lag.part.2.cap.*8. Inter feuda Regalia etiam referri Baronias expreſsè tradit *Henning. Gred. conſil.1.num.6. Sub. rubr. de aur. & arg.fod. Iacobin. de S.G.in gl. Dux verſ. quid ſi rex n.10. Schrad.vel.1.conſil.1.n.250.*

Et quod

Et quod apud Germanos Baro idē ſit, quod Comes, nullaque inter eos differentia ſcribit *Baro à Tautemb. in c. 1. quis dic. dux March Mozz. de feud. cap. de his qui feud. dant. n. 14. verſ. Capitanei ſunt Barones.* Nomen accepit feudum Regale ab Imperatore, hoc eſt, Rege *cap. 1. § his enim non cogentibus. ſi de inveſt. int. dom. & vaſal. lis. oriat. 1. F. 26.* ibi: *ad Imperatorem & rurſus ibidem ad Regem c. 1. de pac. tem. 2. F. 27. ubi* Fridericus Imp. ab initio quidem ſe Imperatorem uocat, ſed in illis quod ſubiciuntur, ſuum ſolium nuncupat. Regiæ Maieſtatis ſolium, ſuum Imperium, regnum & regiam ditionem, & poſteà in § *ſi verò temerarius,* apertè ſe appellat regem. Sic Imper. Iuſtinianus *in l. fin. à prin. C. de legib.* cenſum Imperialem uocat cenſum Regalem

Ad hoc autem, ut feudum dicatur Regale, duo concurrant neceſſe eſt. I. Ut aliqua dignitas, ut Ducatus, Marchionatus, in feudum concedatur. II. Ut talis dignitas ab Imperatore vel Rege concedatur *c. 1. cum not. ibi de feud. March.* Nam illæ dignitates dicuntur Regales quaſi procedentes ex regali munificentia, & omnes fluunt ab imperatore tanquam fonte. *L. ſacrilegij 5. C. de diuerſ. reſcript. Schneid. in d. part. 1. n. 30. &*

in §.

in §. quædam num. 35. tit. famil. Erciſc. Inſt. de action. Ita Doctores communiter declarare ait Clarus in §. feudum quæſt. 10.

*N*on Regale feudum dicitur, quod ab inferioribus cōceditur, vel à ſupremo quidem aliquo at ſine dignitate veluti, quando aliquod caſtrum vel prædium infeudatur. *Martin Laudenſ. ad tit. 1. lib. 1. Feud. num. 30. Weſemb. d. cap. 2. num. 4. Oldend. in d. claſſ. 5. act. tit. de benefic. action.*

Sexta diviſio.

VI. Feudum aliud eſt Ligium aliud non Ligium *Bald. in prælud. F. diviſ. 8. Iacobin. de Sancto Georgio in ſua inueſtit. gl. in feudum. n. 19. & in tract. de Homag. num. 5. Saiſon. in conſuetud. Turon. tit. 12. cap. 8. art. 1. Gemmel. de feud. part. 2. diuiſ. 8. Schneid. part. 1. feud. n. 42. Weſeb. de feud. cap. 2. num. 8. Aluar. in præf. com. feud. uerſ. Tredecima diviſio.* II.

Feudum Ligium voco illud quod ab Imperatore vel Rege ſuperiorem non recognoſcente conceſſum eſt, præſtita fidelitate abſolutè & nullius alterius fidelitate excepta, das ſich der Lehenman will gebrauchen laſſen wider menniglichen niemand außgeſchloſſen. *Guer. piſ. Soac. in prælud. Feud. cap. 43. num. 1. Weſemb. de feud. cap. 2. num. 8. ver. ſi deinde*

deinde. Schneid. in compend. Feud. part. 1. n. 42. De quo feudo Ligio in usibus Feudorum ullam fieri mentionem non memini, quod & testatur *Duar. de feud. cap. 4. n. 1.* at clementia eius mentionem facit, cum ait Pontifex: *Regem Siciliæ suum hominem Ligium fuisse clem. pastoralis. § rursus de sent. & re judic.* & huius quoque fit mentio in *c. si quis investitus tit. extraord. 99.* Requisita huius feudi Ligij Feudistæ ponunt tria. I Quod vasallus juret fidelitatem, nullius alterius fidelitate reservata *per text. in d. clem. pastoralis. § rursus* II. Quod disertis verbis in cõcessione feudi exprimatur, quod feudum sit Ligium. III. Quod vasallus principaliter personam suam, & in consequentiam etiam bona non feudalia subijciat potestati domini. *Arg. auth. ingressi C. de S. S. Eccles, Curt. Iun. de feud. part. 1. qu. 8. num. 22. Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 5. quæst. 8. n. 1. Borch. de feud. cap. 4. num. 22. Duar. de feud. cap. 4. num. 5.* Hæc tria requisita communiter requiri asserit *Clarus* in *§ feudum quæst 11. num. 1. & Schneid. d. part. 1. num. 45.* Et dicitur Feudum Ligium eò, quod Vasallum liget & obstringat Imperatori adversus omnes homines. *Saison. de cap. 8. Borch. d. n. 22.* Consequens ergò est, quod quis duorum

rum Dominorum Vasallus Ligius esse non possit. *d. c. si quis investitus Clar. d. quæst. 11. num. 2. Gars. in tract. de expens. & meliorat. cap. 12. num. 33. Commune ait Gail. in tracta. de Arrest. cap. 6. num. 29.* Impossibile enim est, duos esse in solidum dominos eodem jure. *L. si ut certos, §. ult. ff. commod.* nisi hoc contingat ratione successionis: quo casu Vasallus duos Ligios Dominos habere potest ex eodem stipite natos *Bald. in c. cæterũ de judic. Duar. d. cap. 4. num. 4.* Nec potest quis esse unius Ligius Vasallus, alterius verò subditus, utriq; enim fidelitatem æquè debet & fidelitas, quam Vasallus debet vix est alia à fidelitate, quam præstat subditus. Ita fit, ut vasallum Ligium non habeat, nisi Imperator vel Rex, superiorem non recognoscens *Sonsbecc. de feud. part. 3. num. 20. Duaren. d. cap. 4. num. 3.*

Feudum non Ligium appello, quando Vasallus in juramento fidelitatis excipit priorem seu antiquiorem dominum *c. 1. hic fin. lex. 2. F. 28. c. Imperialem §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. Wesemb. d. cap. 2. num. 8. Jacobin de S. Georg. in d. gl. in feudũ num. 19.* & istud conceditur & suscipitur etiam ab eo qui superiorem recognoscit. *Soac. d. cap. 45. num. 1. Borch. d. cap. 4. nu. 22.*

In hoc feudo non Ligio quis esse potest Vasallus duorum vel plurium *Saison in d. tit. 12. art. 1. cap. 8. Duaren. d. cap. 4. num. 4.*

Septima divisio.

12. VII. Feudum quoddam est Hæreditarium, quoddã non hereditariũ seu ex pacto & providẽtia. *Andr. de Isern. in c. 1. an agnat. vel fil. Hackelm. in addit. ad Schneid. de F. part. 1. lit. ult. prolixè Hartm. Pistor. ICtus Nobilissimus in quæst. F. 1.* Feudum hereditarium ab interpretibus non uno modo definiri solet, sed juxta *Marant. consil. 79. num. 11. & Borch. de feud. cap. 4. num. 16* communis Dd assertio est quod illud dicatur, quando facta est cõcessio feudi pro se & suis heredibus Germanice dicitur Ein Erblehen/ vel Erbschafftlehen/ *Marant. in repet. L. is potest n. 38. π. de acquir. hered. Mynsing. cent. 4. obs. 2. num. 1. & Gail. lib. 2. obs. 154. num. 8.*

Feudum ex pacto & providentia vocatur quando concessio facta est pro se & filiis vel liberis (Als ihme vnnd seinen Söhnen oder Kindern) nulla investitura heredũ facta mentione & dicitur vulgò ein Stamlehen/ *Marant. in d. l. is potest, num. 38. Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. com. concl. tit. de verb. signif. conclus. 3. num. 22. Borch. d. cap. 4. num. 16.* Quæ

16. Quæ diviſio juris Feudalis diſpoſitione ſuffulta non eſt, † Etenim de jure Feudorum vocabulum (Hæres) ſignificat ſaltem deſcendentes maſculos Mannliche leibs Lehens Erben / ut filios, nepotes pronepotes, & ulteriores in gradu, qui ex ſanguine deſcendunt *Tex. in c. 1. §. etſi clientulus de alien. feud. 1. F. 13. & ibi com. FF. cap. 1. §. Titius ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. & agn. def. 2. F. 26. c. 1. §. ſimiliter de L. Corrad. 2. F. 34. & paſſim.* ſed illa à Dd. confecta eſt, & quidem *ut tradit Hartm. Piſtor. in d. qu. feud. 1. nu. 1.* eam diviſionem primò invexerunt *Pileus & Bulgarus, antiqui Gloſſatores*, quos plurimi ſecuti ſunt, ut illos citat Piſtor *loco citato.* In Germania atteſtante Piſtor. *in qu. F. 3. num. 59.* circa fin. feuda plerumque conceduntur heredibus maſculis ex corpore legitimè deſcendentibus: für ſich vnd ſeine Männliche leibs Erben: vel für ſeine Männliche eheliche geborne Leibs erben. † In dubio autem feudum præſumitur eſſe potius ex pacto & providentia quàm hereditariũ. *Clar. §. feudum quæſt. 9. num. 6. Weſemb. de feud. cap. 12. num. 1. Et ita in Conſiſtorio ſummi Principis deciſum fuiſſe ſcriptum reliquit Mynſing. in d. obſ. 2. num. 5.* & hoc ea ratione Nam quod feudum cenſeri debeat here-

13.

14.

ditarium, hoc jure nõ reperitur expressum sed ex juris interpretatione. sic existimandum, non autem transmissione in heredem Ergò si nõ exprimitur de herede. & in dubio prę sumitur pro se & heredibus juris autoritate, & jus intelligit verbũ (*heredis*) de filio *d.c.1. § etsi clientulus d.c.1. § similiter* & verbũ (*filius*) est ex pacto & ꝓvidentia: cõsequitur feudũ in dubio nõ hereditariũ, sed ex pacto & providẽtia concessum esse *Hæc Mynsing.*

Octava divisio.

15. VIII. Feudum aliud est Ecclesiasticum aliud seculare *Petr. de Ferrar. form. ad revocat. feud. gl. ac nomine num. 2. Jacob. Alvar. in præf. com. Feud. vers. Quinta divisio Sonsbec. de feud. part. 3. num. 5. & sequ. Gemmel. in compend. feud. part. 2. divis. 5.*

Illud dupliciter dicitur I. vel quod ab Ecclesia, vel Episcopatu, vel Abbatia vel similib. de bonis Ecclesiasticis datur & suscipitur *c. 2. de feud.* Welches man nennet Lehen von einem krummen Stabe. feudum curvi baculi *Fichard. vol. 2. consil. 15. num. 7.* II. Quod datur vel recipitur à Clerico vel Ecclesiastica persona, non tanquam ab Ecclesia, sed de suis propriis patrimonialibus bonis, quod tamen seculare magis dici potest *c. 1. de cler. qui invest. fac. 2. F. 35. Zas. de F. part.*

part. 2. num 7. Schneid. de feud. part. 1. num. 50. † Quia clerici in bonis propriis, quæ possident, pro Laicis habentur *L. de his clericis 3. C. de Episc. & cleric. & ibi Azo in sum. num. 19. Hottoman. in c. 1. verb si verò qui success. feud. dar. ten.* Illius feudi Ecclesiastici singularia hæc ferè sunt I. Quod Episcopus vel Abbas, qui dat investituram, non possit gravare successorem, ut post mortem possidentis alteri det in feudum, nisi ille qui investituram acceperit nomine ejus in possessionem feudi missus sit, eo consentiente, qui detinet *Tex. in c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3.* II. Alterum singulare est, quod ad probandam investituram feudi Ecclesiastici, & Pares Curiæ, & extranei adhiberi possunt, ut infra cap. 11. dicetur. 16.

Seculare feudum dicitur, quod à seculari Principe vel Domino accipitur, nec refert an accipiens sit Laica vel Ecclesiastica persona *c. ex transmissa de for. compet.* Hæc feudum recipit vel pro se *d. c. ex transmissa c. verum eod.* vel respectu Ecclesiæ, Abbatia vel Prælaturæ *c. 1. §. Item si clericus de capit Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. verum quando de stat. regul. in 6. Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 23. Jacobin de S. G. in sua investit in gl. in feudum num. 36.*

Nona divisio.

17. IX. Feudum aliud est dividuũ aliud individuum *c.1.§ præterea Ducatus de prohib.F. alien.per Frider.2.F.55.Iac.Aluar. in præf.com. Feud.vers. Nona est divisio. Petr.de Ferrar.in form. libel. quo agit ad revo. F.gl. ac nomine.n. 10. Iacobin. de S.G. in d. gl. in feudum.n.30.* Feuda Regalia vel dignitatem habentia ut sunt Ducatus, Marchia, Comitatus, quæ vulgò dicuntur Fahnen Lehen/ quod nobilitent, & cõferant dignitatem, de jure Feudorum dividi non possunt, sed heredes omnes consortes communem Ducatum habent, & in ea communione coguntur manere contra rationem juris Romani *L. si non sortem 25.§ si centum.π de condict. indeb.* qua nemo cogitur, ut in communione maneat. *Textus est in d. c.1.§ præterea Ducatus & ibi FF. omnes. Fichard. vol 1. cons. 12. n.1.* Quamvis verò hæc prohibito divisionis justissimam habeat causam, ne scilicet per divisionem feuda regalia redigantur tandẽ in nihilum & patria ac territoria subvertantur. *Sonsbec.in tract.F.part.4.n.23.* Hodie tamen vi Consuetudinis tũ apud exteros, tũ pręcipuè apud Germanos receptę feuda Regalia vel dignitatẽ maiorũ dividũtur. *Testes sunt Andr.Gail.lib.2.obs.153.n.2. Fichard.vol.2*

cons.

conf. 135. n. 7. & sequ. Schneid. in § quædã actiones tit. famil. Erciſc. num. 38. & ibi Weſemb. in addit Inst. de action. Borch. de feud. cap. 7. mod. 2. num. 41. Quæ conſuetudo defenditur, quia Imperatoribus ſcientibus dicitur introducta. *Iacobin. de S. Georg. de feud. in gl. Carolus Dux. verſ. ulterius quæro. num. 2. & in gl. Marchio in Italia num. 7. Fichard. d. loco.* Excipe tamen dignitatẽ Electoralem, quæ eſt individua & in qua jus primogenituræ locum habere voluit D. Imper. Carolus V. uti videre eſt in Aurea Bulla, Rubr. Von der Ertzbiſchoffen ſegen § wiewol Auch.

Alia feuda inferiora, quę dignitatem annexam non habent, dividua eſſe, conſtat *ex d. § præterea & c. 1. & omnes filij. Si de feud. defun. cont. fuer. int. dom. & Vaſal. def. 2. F. 26. Hartm. Hartm. tit. 54. de F. obſerv. 19. Duar. de feud. cap. 12. num. 19.* Et hæc diviſio Feudorum inſtitui irrequiſito Domino à Vaſallis poteſt. *Clar. § feudum quæſt. 44. Schurpf. cent. 1. conſil. 17.* † Nam etſi diviſio videatur 18.
eſſe ſpecies alienationis *text. in l. 1. & ibi Sichard. C. com. utr. judic. L. filia 28. § ſi pater 3. π famil. Erciſc.* feuda verò in totum & pro parte alienari prohibentur *c. 1. de prohib. F. alien. per Lothar. & Frider. 2. F. 52. & 55.*

Tamen diviſio Feudorum nihil alienat

extra familiam Vasallorum, eoque domino non præjudicat. Ergò velut invicem alienare Vasalli possunt. *c.1. de al. en. F. à princ. c.1. à princ. de eo qui fin. fec. 2. feud. 40.* ita multò magis dividere. *Wesemb. de feud. cap. II. num. 8.* Imò Domini Superioris interest, habere plures subditos & vasallos, qui tenentur ipsi præstare fidelitatem *d. cap. 1. § omnes filij & d. c. 1. § prætereà.* Quod si feudum ex divisione ad unum pervenerit, is solus renovationem investituræ, & juramentum fidelitatis ac debita servitia pro eo domino præstare tenetur *d. § omnes filij ibi: quod si F. ex divisione ad unum pervenerit ille tantum faciet fidelitatem. Jacobin. de S. G. in verb. qui quidem investiti. n. 22. Fichard. vol. 2. consil. 8. n. 12. H. Pistor. qu. F 20. n. 33.*
39. † Nec qualitas feudi per divisionem heredum factam alteratur. *c. 1. § satis benè de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. feud. 52. Fichard. d. cons. 8. n. 18. & vol. 2. consil. 10. num. 7. Zas. de feud. part. 7. num. 24. Schrad. vol. 1. cons. 3. num. 331.* Cæterum unus Vasallorum ad divisionẽ feudi provocans, ceteros etiã invitos cogere potest, prout tenet *Schrad. de F. part. 1. qu. 4. n. 9. Duar. de feud. c. 12. num. ult.* Vulgati enim juris est, quod nemo in communione, quæ discordias alit *L. si non sortem 25. § si centum 6. π de*

6. π de condict. indeb. invitus manere teneatur *L. si cum pater 77. § dulciss. 20. π de legat. 2. Ita in Camera Imperiali observatum fuisse refert. Gail. in d. observ. 153. n. ult.*

Iura incorporalia, & jurisdictiones quæ in feudum concessę sunt, licet in substantia non dividantur (quod enim non est corpus aut actu vel habitu, id individuum est *L. ult. π de jur. patr.*) tamen adjudicatione, aut alterno usu aut per pensiones, aut per territoria dividuntur cum cautione, ne alter alterum impediat *L. communi dividundo 7. π com. judic. L. quoties 34. à princ. π de usufr. Alvar. in c. 1. § præterea Ducatus. & ibi Baro à Tautemberg. num 7. de prohib. feud. alien. per Frider. Duar. in com. Feud. cap. 12. num. 19.* Quod etiam hodie in Germania in feudis dignitatum usurpatum esse, consentientibus tamen Imperatoribus & Regibus, asserit *Gemmel in compend. F. part. 9. in fin.*

Decima divisio.

X Feudum aliud est oblatum, aliud directum. *Gemmel. in d. tract. part. 1. à princ.* Directum est quando Dominus bona sua in vasallum transfert, retento dominio directo, vulgò dicitur Ein Angesetztes Lehen: oblatum feudum est, quando quis 20.

bona sua allodialia facit feudalia, & Domino dat in feudum retento dominio utili, So Jemand seine eygene freye gütter zu Lehen machet / vnd einem Herren zu Lehen aufftraget. vulgo dicitur Ein Aufgetragenes Lehen. Et quemlibet posse generaliter rem propriam facere beneficiariam hoc est, dare domino in feudum, indubitati juris est, cum quilibet sit arbiter & moderator rerū suarum. *L. in re mandata 23. C. mandat. L. nemo exterus 9. C. de Iudæis c. de his 4. de sepult. H. Hartm. pract. obs. tit. 38. obs. 8. Fichard. vol. 2. consil. 19. num. 2.* Et hoc solent plerique facere pro defensione & tutela rerum suarum, ut à Domino feudi contra adversarios assistentia habeant. *Gaill. lib. 2. observat. 158. num. 1.*

Vndecima divisio.

21. XI. Feudum aliud est Reale, aliud personale *Aluar. in præfat. com. Feud. vers. decima divisio. Oldendorp. in class. 5. act. tit. benefic. act. Schneid. de feud. part. 1. num. 51. Gemmel. in compend. Feud. part. 2. vers. Feud. reale.* Reale feudum est perpetuum & transitorium ad heredes tam respectu Domini, quam Vasalli *c. 1. § cum vero Conradus de his qui feud. dar. poss. 1. feud. 1. c. 1. de duob. fratr.*

à Capitan.

à Capitan. invest. 2. F. 18. nam quilibet censetur suis heredib. prospexisse *d. c. 1. de duob. fratrib. L. si. pactum 9. π de probat. Everh. loc. à feud. ad Emphyt. num. 6.* & hoc habet propriam naturam feudi. *Duar. de feud. cap. 9. num. 13. Schneid. d. num. 51.* Personale cum persona extinguitur, nec transit ad heredes accipientis, ut est feudum Guardiæ, Castaldiæ, Habitationum *c. 1. de feud. Guard. 1. F. 2. c. 1. de feud. habitat. tit. extraord. 105.*

Duodecima divisio.

XII. Feudum aliud dicitur in Curte vel Curia Domini & aliud extra Curiam seu Curtem. *Text. in c. 1. § Item si quis quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. Alvar. in præf. com. F. vers. Decima quarta. Schneid. in Epit. Feud. part. 1. num. 60. Gemmel. in d. tract. cap. 11. à princ.* 22.
Feudum de Curte domini est quod constat ex re pertinente ad Curiam sive Castrum Domini infeudantis, & qui eiusmodi feudũ habet propriè Par Curiæ dicitur † Hinc 23.
Pares Curiæ dicuntur Vasalli eiusdem Domini, qui in eodem territorio, & in eadem Curia tenent feuda. *Jacobin. de S. Georg. in sua invest. in gl. & dicti Vasalli pro dictis reb. n. 15. Mynsing. cent. 4. obs. 89. n. 12.*

Feudum extra Curtem vocãt illud quod

Dominus

Dominus ex alijs bonis, quam quæ ad Caſtrum ipſius pertinent, in feudum conceſſit. *Zas de feud. part. 11. n. 1. & 2 quem vide. Obrecht. de F. cap. 5. num. 1. & 2.*

DE FEVDIS IMPROPRIIS
CAPUT. VI.

Feuda impropria ſunt, quæ propriam naturam feudi non retinent, ſed in feudi naturalibus mutata vel alterata ſunt *c. 1. de feud non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. c. 1. § fin. de his qui Feud. dar. poſſ. Weſemb. de feud. c. 2.*
1. *num. 10.* † Et mutantur vel alterantur naturales Feudorum propriorum Qualitates. I. Juris Feudalis diſpoſitione *c. 1. de F. Guar. et Caſtald. 1. F. 2. c. 1. § Soldata quis dic. Dux March. 1. feud. 14 c. 1. de feud. habitat. tit extraord. 104.* quia feudalis conſuetudo, quædam feuda perpetua eſſe noluit, ut ſunt feuda Guardiæ, Caſtaldiæ Cameræ, Cavenę & ſimilia. II. Mutantur naturalia Feudorum pacto & conventione. Et efficitur feudum improprium, ſi vel ab uno ex propriorum Feudorum naturalibus, quæ in genere habent diſceſſum fuerit. Sed illud ſciendum
2. eſt † Feudum in aliquo alteratum, in reliquis vel capitulis vel placitis, quæ alterata non

non ſunt rectam & ſimplicem naturam ſuam retinere. *Vdalr. Zaſ. de feud. part. ult. n. 3. per text. elegantem in d. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48.* qui in effectu vult, quod feudum in ſolis alteratis, quoad propriam naturam feudi, deficiat: in alijs verò ſemper retineat propriam naturam feudi & *c. 1. § feudum. S. de feud. defun. cont. ſit int. dom. & agn. def. 2. F. 26. Sonsbecc. de F. part. 4. n. 32. & part. 5. n. 6.* Sunt autem feuda impropria multiplicia de quib. ordine.

Feudum Cameræ

Primò ſeſe offert feudum de Camera, cuius fit mentio *in c. 1. § ſciendum eſt de F. cognit. 2. feud. 1. in c. 1. à princ. de not. feud. 2. F. 58. in c. 1. § ſi vero Vaſallus quid ſit inveſtit.* quod dicitur, quando certa ſumma vel quantitas pecuniæ annuatim ex Camera, hoc eſt ærario Principis ſolvenda alicui conceditur. vulgò eiuſmodi feudum dicitur Lehengeld/ Mangeld/oder CammerLehē/ wann ein Fürſt einem Jährlich etliche Gülden aus der Cammer zu reichen zu einem rechten Mannlehen verſchreibet. *Martin. Laudenſ. in d. c. 1. § ſciendum eſt num. 10. Zas. part. ult. Feud. num. 31. Schneid. in Epit. feud. part. 1. num. 61. & part. 2. num. 24.* 3.

Camera

Camera *juxta Zasium in part. 4. feud. n. 7.* appellatur locus, in quem Thesaurus recolligitur. Longobardorum lingua Camera est conclave, in quo pecunia servatur; & ita vocari Hispanis asserit *Johan. Garf. in tr. de expens. & meliorat. cap. 12. num. 46.* sæpè enim applicatur pecunia Cameræ Regis Vnde feudū de Camera pro stipendio quod Vasallo datur à Domino. Et dicitur feudum de Camera ut & feudum de Cavena esse in curte Domini *c. 1. in fin. quib. mod. F. amit. 1. feud. 5.* quia manet Domini *Schneid. de feud. part. 1. num. 60.* & peti atque exigi potest quando Camera idonea est, hoc est, ex ea solvi potest, quod si evacuata sit Camera sine culpa promissoris expectandum est, donec iterum de Camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. *Tex. in c. 1. à princ. de not. Feud. 2 feud. 58. Zas. d. part. ult. num. 31.* Si tamen ad pinguiorem fortunam Dominus pervenerit, præteritorum annorum etiam quantitas solvenda erit. *Schrad. in com. Feud. part. 2. cap. 3. num. 85. Fichard. vol. 2. conf. 13. num. 11.* Regulariter hoc feudum ad heredes accipientis non transit *secundum Alvarot. in prælud. feud. num. 3. & Petr. de Ferrar. form. lib. quo agit. ad revocat. feud.*

feud. verb. ac nomine recti. num. 8. nisi nominatim dictum sit, vel consueverit dari, ut ad heredes transeat, de quo *Matth. Afflict. ind. cap. 1. § sciendum.* Vnde hoc feudum Cameræ improprium dicitur, quoad naturam successoriam feudi, & quoad ea, in quibus degenerat. In alijs autem retinet naturam feudi Recti scilicet in servitijs præstandis in danda & petēda investitura, in sacramento fidelitatis, in non alienando.

Feudum Cavenæ.

II. Feudum de Cavena cuius fit mentio in *c. 1. § sciendum. de feud. cognit. c. 1. § si verò Vasallus quid sit investit. c. 1. à princ. de not. F. 2. feud. 58.* Et dicitur feudū Cavenæ, quando Princeps aliquot modios frumenti aut amphoras vini ex Cavena annuatim præstandas nomine feudi alteri concedit. *Garss. in d. cap. 12. num. 46. Schneid. part. 1. Feud. num. 62. Borch. cap. 4. feud. num. 29. in fin.* Cavena est locus sive cella, in qua frumentum vinum, oleum, & huiusmodi cetera reservantur. *Zas. de feud. part. 4. n. 8.* Estque hoc feudum eiusdem naturæ, cuius est feudum Cameræ *per d. § sciendum & d. § si verò Vasallus.* Dicitur autem Vasallus esse in possessione feudi Cameræ vel Cavenæ, si 4

ea, quæ

ea, quæ ex Camera vel Cavena præstantur, bis vel ter soluta fuerint *Zas. d. part: ult: nu: 31. in fine.*

Feudum Soldatæ.

5. III. Est feudum Soldatæ, cujus fit mentio in *c. 1. vers. Soldata quis dic. dux. March. 2. F. 10. Alvar. in præf. com. feud. vers. Decima octava.* Soldata est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte transit in heredem, morte enim dantis vel accipientis interveniente finitur: ut si alicui Nobili de annua pro alimentis præstatione sub titulo feudali (vulgò einer pfründ oder leibgeding) provisio fiat *arg. L. stipulatio ista 38. §. si quis ista 10. π. de verb: oblig: L: ut pomum 8. π: de servitut.* (quod ut refert *Zasius in Epit: Feud. part. ult. num. 32.* fit, quandoque nobilitate ad inopiam redacta) non tamen ex Camera vel Cavena aut vectigalibus præstaretur, hoc dicitur feudum Soldatæ *Oldendorp. in claß. 5. action. tit. de benefic. act. Baro à Trautemb. in d. c. 1. vers. porrò quis dic: dux March. Gemmel. in Compend. Feud. part: 12.* Soldata verò dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque autem in vino & annona. *Ita est textus in d: c. 1. vers. Soldata 2. F. 10. Ardiz. in sum: iur. F: cap. 29.*

cap. 29. Blanc. in Epit. Feud. lib. 1. c. 1. n. 16. Ex quib. apparet, feudum Soldatæ, cum vel dantis vel accipientis morte finiatur, non habere propriam feudi naturam, & ideò quoque à Dd. nominatur feudum personalissimum *Sonsb. de feud. part. 5. num. 10. Zas. d. part. ult. num. 32. Schneid. part. 1. F. num. 51.*

Feudum hoc Soldatæ ad Romanorum veteres militias refert *Garſ. in ſuo tract. de expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 46. & cap. 4. num. 16.* Differentiam inter feudum Soldatæ, & feudum de Camera ac Cavena, licet illa inter se nihil distare velit *Borchol. de F. cap. 4. num. 30.* ponit *Martin. Laudenſis in c. 1. §. ſciendum num. 10. de feud. cognit.* hanc! Quia feudum Soldatæ conceditur gratis non ob servitium *d. cap. 1. in fin. quis dic. dux 2. F. 10.* Sed feudum de Camera vel Cavena est aliquod servitium, non autem gratuitũ Unde verò vox Soldatæ profluxerit, notat *Oldend. in d. tit. de beneſ. act. fol. mihi 742. & Baro à Tautemb. loco ſupra citato.*

Feudum Guardiæ.

IV. Est feudum Guardiæ, quod arcis tuendæ aut territorii custodiendi gratia concedebatur de quo in *c. 1. de F. Guard. & Caſtald. 1. F. 2. & ibi Baro à, Tautemb. num. 3.* 6.

E

& in cap. 1. §. in super de pign. dat. feud. 1. F. 11. Oldend. *claß. 5. action. tit. de benefi. act. Schneid. de feud. part. 1. num. 58.* Dicitur Guardia Custodia. & Guardiani custodes, ut cum castra & Territoria custodienda tradantur *Zas. de feud. part. ult. num. 6.* Quod feudum post annum finitum per dominum auferri potest, etiam precio, quod in eam rem datum est non restituto, nisi ad certum tempus datum sit *d. c. 1. de feud. Guard. cap. 1. §. insuper de pign. feud. dat. quid jur. 1. F. 11. Jacob. de Ardiz. in sum jur. feud. cap. 30. Zas. d. part. ult. num. 4.*

Feudum Castaldiæ.

7. V. Est feudum Castaldiæ, de quo fit mētio in *c. 1. de feud. Quard. 1. feud. 2. & in cap. 1. §. insuper de pign. dat. feud. 1. feud. 11.* quod concedebatur ratione administrationis bonorum & possessionum dominicarum *Baro à Tautemb. in d. c. 1. n. 2. 1. feud. 2. Schneid. de feud. part. 1. num. 59.* Castaldia dicitur gubernatio, qua Domini res gubernantur: & Castaldi gubernatores vel vice domini *L. fin. & ibi not. C. quod cum eo qui in alien. potest. Equin. Baro in c. 1. de cont. inter dom. & fidel. 1. feud. 10. Schneid. in §. pœna autem nu. 13. Inst. de injur. Zas. d. part. ult. num. 7.* ut si

Castal-

Caſtaldum ſeu rerum gubernatorem Dominus eligat, eamque in rem feudum annexuerit, Caſtaldıæ nuncupatur. Hoc feudum exacto anno, ſicuti feudum Quardiæ per dominum auferri poteſt, etiam precio, quod in eam rem datum eſt, non reſtituto *d. cap. 1. de feud. Guard. & Caſtald. d. c. 1. §. inſuper. & ibi Baro à Tautemb. Ardiz. d. cap 30.* Hæc duo genera Feudorum, nempe Guardiæ & Caſtaldiæ ideò impropria feuda dicuntur, quoniam ad cuſtodiam dabantur, & curam non perpetuò *Garz. de expenſ. & melior. cap. 12. num. 46.* & ideò anno revocari poſſunt, quia & Guardia & Caſtaldia eo tempore finiuntur niſi dominus ultrò latius tempus præſtiterit. *Zas. d. part. ult. num. 9. ubi ait, hunc eſſe verum intellectum cap. 1. de feud. Guard. & Caſtald. 1. F. 2.*

Feudum Mercedis.

VI. Eſt feudum, quod pro mercede officii, Procurationis Advocatiæ, ſeu etiam Cancellariatus conſtitutum eſt, de quo fit mentio in *c. 1. de feud. quard.* Quod feudum contra communem Feudorum naturam tranſacto anno à Domino ſola voluntate revocari poteſt *c. 1. de feud. Guard. 1. feud. 2. Martin. Laud. ibid. num. 10. & Baro à Tau-* 8.

temb.num.4. Zas.part. ult. feud. num. 10. Alvar. in præf. com. feud. verſ. decima octava.

Feudum Caſtrenſe.

9. VII. Eſt feudum Caſtrenſe. In quo definiendo ſibi autores non conſtant. *Schneid. de F. part. 1. n. 34. Zaſ. part. ult. n. 10. Vult. 1. F. c. 8. n. 29.* A Ludolpho Schradero definitur illud, quod Dominus feudi eo pacto alteri concedit, ut is ratione feudi ad defendendum atq; tuendum certum ſuum caſtrum ſive oppidum tempore belli, vel alterius imminentis periculi ſuccurrere ipſi teneatur: quo caſu is, qui ejuſmodi feudum habet, tantum hoc caſtrum vel oppidum defendere obligatus, nec ad ulla alia ſervitia Domino exhibenda ſive præſtanda obſtrictus eſt *Schrad. in com. feud. part. 2. cap. 4. num. 17.* Quod feudum etiam appellatur Burgenſe Burglehen/ cujusmodi eſſe Kayſerlicher Mayeſtat/ vnd deß Heyligen Reichs Burg Fridberg/ in vedera via, ait *Ferrar Montan. in collectan. feud. lib. 1. cap. 6. verſ. Septimo.*

Feudum Conditionatum.

10. VIII. Eſt feudum conditionatũ, quod certum ſervitium adjunctum habet *c. 1. §. fin. ubi gl. & Alvar. de capit. qui Cur. vend. 2. 2. feud.*

2.feud.51.cap.1.in fin.in quib.cauſ.feud.amit. 2.feud.23. videlicet, ut Vaſallus in menſa ſerviat, uxorem domini in templum deducat, eam expectet, illi ſerviat, & ſimiles operas præſtet. *Schneïd. part.1.feud. num.40. Zas. de feud.part.fin.num. 13.* qui ait, Ejuſmodi feudum conditionatum habere Nobiles de Maßmünſter, ut hoſtilitatis tempore claves ad oppidum Enßheim / tanquam ad Cameram Archiducalem in exterioribus Provinciis retineant, portas claudant & aperiant. Dicitur à nonnullis Seßlehen / Et qui tale feudum poſſidet, non tenetur, niſi ad ea, quæ in pactionibus expreſſa ſunt *per l.1.§.ſi convenit 6.π. depoſ.& L. in traditionibus 48.π. de pact.* Nihilominus tamen eſt attendenda Conſuetudo Patriæ *Jacobin de S.G. in ſua inveſtit.gl. in feudum num. 6.* Et cum feudum conditionatum ad certum tantum ſervitium detur, impropriam feudi naturam in eo habere dignoſcitur *ut per Alvarot in c.1.in fin. de Capitan.qui cur vend. Schurpff. cent.2. conſ. 23. Weſemb. de feud. c. 2.num.10.*

Feudum Pignoraticium.

IX. Eſt feudum pignoraticium (Pfandlehen) quod eo modo conſtituitur, ſi domi- 11.

nus in investitura confiteatur, se hoc feudum Vasallo pro certa pecuniæ summâ cōcessisse, ita ut sibi liberum sit resoluta pecunia redimere. Hoc feudum non esse rectum vel proprium ex iis patet tū quia non gratuitū, tū quia pecunia redimi potest: In aliis autē capitulis naturam feudi sequitur *Zas de F. part. ult. n. 23.* Pro illo igitur & fidelitas prestatur, & servitiū domino exhibetur, iisdēq; culpis, quib. alia feuda admittitur, & eadem successionis naturâ regulatur, h. est, ut masculis solis deferatur *Fichard. vol. 2. consil. 7. num. 5.*

Feudum non Jurabile.

12. X. Est feudum non Jurabile, quando feudum conceditur eo pacto, ut fidelitas non juratur *c. 1. in fin. per quos fiat invest. 2. F. 3. c. 1. à princ. de capit. Corrad. 2. F. 40. c. 1. §. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Jacobin. de S. Georg. de feud. gl. in feudum num. 29.* Et quamvis fides Vasallo neq; directò neque obliq; possit remitti, remitti tamen potest juramentū fidelitatis *Mart. Laud. in c. 1. num. 15. in quib. caus. feud. amit.* Solet autē juramentum fidelitatis plerumq; remitti in feudis modicis. Remisso juramento Vasallus de feudo investitus, licet à præstatione

tione juraméti fidelitatis liberetur, ab ipsa tamen fidelitate non est solutus, quæ cum sit de substantia feudi, remitti nequit. Ideò ergo hoc feudũ degenerans seu impropriũ vocatur, quia fidelitatis juramentum in eo remittitur: obligatur tamen Vasallus nihilominus ad omnia ea, quæ in fidelitatis juramento continentur, licet non jurarit, quia fides ut modò dictum, remitti nequit *Zas feud. part. ult. num. 34. Schrad. vol. 1. consil. 13. num. 55. & ibi alii.*

Feudum Francum.

XI. Est Feudum Francum, quod ita datũ est Vasallo, ut ab omnibus servitiis immunis sit *c. si cui militi tit. extraord. 104. Argum. l. in tradendis 7. π. com prædior. Baro à Tautemb. in c. 1. §. imprimis num. 13. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. Zas. part. ult. feud. num. 36. Borch. in com. feud. cap. 4. num. 20. Schrad. vol. 1. consil. 13. num. 78.* Præsertim si Dominus dixerit: concedimus in feudum liberum zu einem freien Lehen / *Jacobin. de S. G. in tract. feud. verb. & promiserunt eidem domino num. 2. Gemmel. in compend. jur. feud. part. 2. divis. 9. Pet. de Gregor. de conceß. feud. part. 1. quæst. 9. num. 3.* Appellatur autem juxta Borcholten feudum Francũ à Franc quod liberum significat, & Monito Gem- 13.

melii ejusmodi feuda Franca sunt Curiæ Nobilium in Francia Orientali freye Ritter lehen vnd Höff/ Sed ut Feudum francum dici possit, necesse est, ut verbum hoc Francum in concessione exprimatur *Tap. in l. fin. part. 1. cap. 1. num. 34. ff. de constit. princ.* Et ideo investituræ plerumque hæc clausula inseri solet. vnd dörffen vns davon keine Dienst leisten / & si feudum est antiquum; wie dann jhre Eltern darvon vnsern Vorfahren auch keine dienst gethan noch geleistet haben/ Licet autem Vasallus feudum Francũ possidens, ab omnibus servitiis sit liber. tamen à denunciatione maleficiorum, & quę sunt in fraudem domini instructa, non liberatur *Bald. in proœm. feud. Pison. Soac. in prælud. feud. cap. 40. num. 31. Sonsbec. de feud. part. 4. num. 32.* Est verò hoc feudum in eo improprium, quia Vasallus nullo servitiorum onere est obstrictus; in reliquis capitulis non alteratis, rectam feudi naturam retinet. *Baro à Tautemb. in c. 1. §. imprimis num. 13. in quib. caus. feud. amit.* Et ergò fidelitatem servare tenebitur Vasallus, & alia omnia facere, quæ in rectis feudis reperiuntur. *Petr. de Gregor. de conceß. feud. part. 3. qu. 1. 13. Schrad. d. cons. 13. num. 78. Sonsbec. part. 4. Feudor. num. 32. Schneid. in compend.*

Feud.

feud. part. 1. num. 54. Car. Tap. in repet. L. ult. π. de constitut. Princ. part. 1. cap. 1. num. 33.

Feudum Habitationum.

XII. Est feudum Habitationum, ut quando alicui habitatio domus vel castri conceditur in feudum. Quod feudum ad heredes, nisi specialiter cautum sit, non transit *c. feuda habitationum tit. extraordin. 105. Sonsb. part. 5. num. 11. Zas. part. ult. feud. num. 30.* 14.

Feudum alienabile.

XIII. Feudum quod Uasallus à Domino accepit, ut ipse & sui hæredes & quibus dederit, illud habeant, improprium est. *Carol. Tap. in repetit. L. ult. π de constit. Princ. part. 1. c. 1. n. 36.* Unde illud Vasallus vendere vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, sine voluntate Domini alienare poterit *Text. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. in c. 1. § feudum ea lege si de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. 2. F. 26. Jacobin. de S. Georg. in verb. & quibuscumq; heredibus n. 3. & in verb. in feudum num. 13. Zas. de feud. part. ult. n. 25. & sequ. & ita Dd. communiter concludere refert. Petr. de Gregor. part. 6. de conceß. F. quæst. 8. num. 2.* Ratio est, quia illa verba (*& qui-* 15.

bus dederit) alias supervacua essent, nec aliquid operarentur, & tamen aliquid operari debent. *Bald. in rubr. C. de contrah. emt. Carol. Tap. in repet. d. l. ult. part. 1. cap. 1. num. 36. π de constit. Princ.*

Feudum Emptum.

16. XIV. Feudum pecunia comparatum, est improprium in eo tamen, quod non sit gratuitum, sed pecunia comparatum *Clarus § feudum quæst. 16. num. 2. Ludov. Vital. lib. 2. var. lect. cap. 30. num. 1.* In reliquis vero Capitibus hoc feudum, & regulatur secundum omnes leges & consuetudines feudor. *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. feud. 48 Zas. in Epit. Feud. part. ult. num. 19. & sequ. Fichard. vol. 1. cons. 10. n. 3. & vol. 2. cons. 2. n. 4. Borch. de feud. cap. 4. n. 26.* Et feudum hoc esse improprium, communis interpretum schola adfirmat *juxta Anton. Gabriel. Roman. in com. concl. lib. 3. tit. de feud. conclus. 2.* Nam cum feuda ex benevolentia concedẽtis pendeant, ut scriptum est *in c. 1. § imprimis in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* si precio à Vasallo compatentur propriè feuda non appellari poterunt. *Oldend. claß. 5. act. tit. de benef. action.*

Feudum Pensionis.

17. XV. Feudum, pro quo annua pensio, ut vini

vini, frumenti, pecuniæ Domino ſolvitur improprium eſt, cõmunem naturã Feudorum non retinens. Nam feudum propriè eſt donatio, & penſio annua, quæ ratione feudi præſtatur, feudum à donatione degenerare facit. *Zas. part. ult. Feud. num. 32. verſ. Decima concluſio. Vult. lib. 1. Feud. cap. 8. n. 47. Frider. Martin. in tract. de jur. cenſ. cap 8. n. ult.* Et hoc feudum potius Emphyteuſi æquiparatur *juxta Baldum in c. quæ in Eccleſiarum num. 13. de conſtitut. Jacobin. de S. Georg. in tract. feud. gl. & cum pacto, quod dicti Vaſalli num 5. Baro à Tautemb. in c. 1. § imprimis. num. 4. 2. F. 23.*

Feudum in quo fœminæ ſuccedunt.

XVI. Feuda denique, quæ ad fœminas extenduntur, degenerare, & propriam naturam quoad ſucceſſionis cauſam non habere, dubium eſt nullum, quoniam fœminę regulariter â ſucceſſione feudali arcentur *cap. 1. de feud. fœmin. 2. Feud. 30. cap. 1. de benefic. fratr. 2. Feud. 11.* Niſi ſint nominatæ in inveſtiturâ *cap. 1. §. imprimis in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8.* Sed in alijs hujusmodi feuda remanent feuda propria, et communes Feudorum leges ac conſuetudines ſequuntur *cap. 1. de feud.* 18.

feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. Zaſ. in Epit. Feud. part. ult. n. 29. Weſemb. in tract. feud. cap. 2. num. 10.

DE HIS QVI FEVDVM DARE POSSUNT.

CAP. VII.

PErſonę quę feudum conferunt aut ſunt Eccleſiaſticæ, aut Seculares: Illæ ſunt
1. *Eccleſiaſticæ perſonæ.* Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, qui feudum dare poſſunt, ſi antiquitus eorum conſuetudo fuerit *text. in c. 1. à princ. de his qui feud. dar. poſs. 1. feud. 1. & in c. 1. Epiſc. vel. Abbat. 1. feud. 6.* Et quamquam prædictæ perſonæ in dignitate conſtitutæ ſolùm in textibus allatis enumerentur, poteſt tamen illud extendi ad omnes alios Eccleſiarum Prælatos, dummodò titulum beneficij habeant, & ad omnes alias perſonas Eccleſiaſticas, ubi eſt antiqua conſuetudo infeudandi *per text. & Dd. in d. c. 1. Epiſc. vel. Abbat. c. ad noſtram de reb. Eccleſ. alien. c. 1. & 2. ext. de feud. c. ceterum de judic. Clar. § feudum quæſt. 13. num. 1. Jacobin. de S. Georg. in gl. in feudum. num. 11. Weſemb. de feud. cap. 7. num. 5. Sonsbec. part. 6. feud. n. 2.* Papa etiam regna infeudare poteſt. *ut eſt. textus in c. ad Apoſtolicæ. § præter hæc de ſent.*

de sent. & re judic. licet textus *in d. c. 1. de his qui feud. dar. poss.* de eo mentionem non faciat. Nam si inferiores Prælati infeudare possunt, multò magis Papa hoc facere potest, qui dicitur summus Pontifex *Schneid. in Epit. Feud. part. 3. num. 6.* Possunt verò Ecclesiasticæ personæ non solum de bonis Ecclesiæ quando illa antiquitus infeudari solita sunt, infeudare: sed & de bonis suis proprijs & patrimonialibus. *Text. & ibi gl. & Dd. in c. 1. de cler. qui invest. fac. 2. F. 35.* quia in rebus proprijs pro Laicis habentur. *L. de his clericis 3. C. de Episc. & cler. Iacob. de Ardiz. in sum. jur. Feud. cap. 8. Franc. Hottom. in c. 1. verb. si verò qui success. F. dar. ten. Duar. de feud. cap. 6. num. 6.* Et si clericus facit investituram de feudo aliquo & non apparet, an sit feudum patrimoniale vel Ecclesię, cuius ipse est Prælatus, tunc in dubio præsumendum est, factam esse infeudationem de bonis Ecclesiæ, nō ipsius Clerici. *Ita Alvar. & Afflict. quos refert. & sequitur. Schneid. in d. tract. part. 3. num. 24.*

† Rem Ecclesiasticam infeudari solitam Episcopus vel Prælatus Ecclesię absq; consensu Capitali in feudum concedere potest. 2.
Textus est manifestus in c. ex parte. de feudis. qui docet Prælatum feudum ad Ecclesiam reversum

libere

libere, hoc est, absq; consensu Capituli infeudare posse. fac. c. 1. § hæc omnia si de invest. int. dom & Vasal. lis oriat. 1. feud. 26. dummodo talẽ Vasallum eligat, qui Ecclesiæ tempore necessitatis utiliter inservire valeat. *Bart. in auth. qui rem C. de S. S. Eccles. Laud. in c. 1 n. 17. qui success. feud. dar. ten. Gail. lib. 2. obs. 161. num. 3. Et ita de consuetudine Germaniæ servari testatur Zas. in tract. feud. part. 5. n. 47. & Mynsing. cent. 5. obs. 47. n. 5.* Non tamen Prælatus in Reinfeudatione antiquas feudi consuetudines mutare potest, ut uno ore Doctores sentiunt, veluti si esset consuetudo Ecclesiæ infeudandi masculos, vel usque ad tertiam generationem, non posset Prælatus masculis & fœminis feudum concedere, neque ad quartam generationem *Arg. c. 1. § similiter. vers. profecto de L. Corrad. 2. feud. 34. Iacobin. de S. G. in sua invest. gl. in feudum. num. 38. Clar. in d. quæst. 13. num. 7. Baro à Tautemb. à princ. num. 21. l. F. 1.* siquidem constat, quod Prælatus conditionem Ecclesiæ meliorem, non autem deteriorem facere possit. *l. jubemus nulli. 14. C. de SS. Eccles. c. fraternitatem de donat. c. 1. de in integr. restit.*

3. Monachus. † MONACHI, qui monasteria ingressi votum religionis assumserunt, cum inter clericos

clericos non numerentur. *L. generaliter 52. ibi monachos licet nõ sunt clerici. L. si quis presbyter 20. C. de Episc. & cler L. addictos 7. C. de Episcop. audient. ubi monachi & clerici opponuntur* feuda dare nequeunt. *Herm. Vult. 1. Feud. cap. 4. num. 12.* Etenim postquam se suaque bona DEO consecrârunt, & rerum propriarum administratione abdicarunt, *Azo in sum. C. de Episc. & cler. n. 19.* non mirum est, milites Christi non implicari negotijs secularibus *cap. 1. de milit. Vasall. qui arm. bell depos. 1. feud. 21. c. placuit 12. q. 3. Fernand. Vasqu. in præfat. illust. controu. n. 95.*

Inter seculares personas, quæ constituendi feuda potestatem habent, primarium locum obtinet Imperator Romanus, licet textus in *c. 1. 1. F. 1.* de eo mentionem non faciat. Quia si inferiores Domini, ut Duces, Marchiones, Comites, Barones, feuda dare possunt, multò magis hoc est Imperatori ut Principi summo permissum. *Alvar. in c. 1. à princ. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1.* Et imperatori non solum patrimonialia & propria sed etiam Fiscalia & Imperij bona in feudũ cõcedendi sola electione legitimè facta, potestas competit. *cap. 1. de nat. Feud. 1. feud. 7. c. 1. à princ. de feud. March. 1. F. 14. cap. 1. quis dic. dux March. 2. F. 10. arg. L. prohibere 3. § planè* 4. *Imperatori.*

planè 4. verſ. ſed & ſi. ff. quod vi aut. clam. Laudenſ. in cap. 1. à princ. de his qui feud. dar. poſſ. Etſi enim propriè bonorũ fiſcalium & Imperij proprietas ad imperatorem jure patrimonij non pertinet, & in ijs regula de administratoribus lata qua illis administratio non utiq; alienandi poteſtas permiſſa traditur *L. contra 28. π de pact.* potiſſimum conſiderari debet. *Hottom. in quæſt. illuſt. 1.* Tamen quia quatenus illis ad ſuam & imperij Maieſtatem augendam utitur. *arg. L. tutor 27. π de admin. tut. L. qui feudum. 7. § ſi tutor 3. π pro emt.* pro eorum domino habetur *L. benè à Leone 3. C. de quadrien. præſcriptio.* bona quoque imperi in feudum rectè concedit. *c. 1. de feud. March. 1. feud. 14. c. 1. quis dic. dux 2. F. 10.* cum illud potius hominum adiectione quam pecuniarum copia ampliari debeat. *L. cum ratio 7. § ſi plures 3. π de bon. damn. L. 1. π ſolut. matr.* modò inveſtitura de his rebus facta in detrimentum Imperij non vergat. *Soac in prælud. Feud. cap. 42 in. 9. Hottom. in d. quæſt. 1. Zas de feud. part. 5. n. 15. Schneid. part. 1. feud. num. 32.* Principatus enim & Imperia inventa ſunt ad publicam ipſorum ſubditorum, non regentium utilitatem. *Tull. lib. 1. offic. Fernand. Vaſqu. in præfat. illuſt. controv. num. 102.* Quò pertinet, quod

quod Reges in coronatione jurare soleant se jura Regni illibata servaturos esse *c. intellecto jam dudum 33. de jurejur.* & ad huc hodie Imperatores hoc titulo utuntur Allzeit mehrer des Reichs. *Schneid. in procem. Instit.* Neque verò Imperator Romanus tantum post Coronationem, verum etiam ante feudum alteri de bonis Imperij concedere potest. *Abbas in c. venerabilem n. 26 de election. Schrad. in comment. feud. par. 4. num. 10. c. 1. Schneid. d. part 3. num. 66. Commune effert. Eman. Soar. in thesaur. recepti sentent. lit. I. num. 17.* Namque ex sola Septem virorum Germaniæ nostræ quos Electores & nostro idiomate Churfürsten appellamus, electione fit Imperator *per. d. c. venerabilem Wesemb. in addit. ad Schneid. in procem. Instit. ibiq; & Mynsing. in gl. Imperator. num. 2.* Nec verò Pontifices Romani licere putant Imperatoribus cuiquam imperare, ni suo beneficio Imperialem coronam accipiant. Et quidem *testimonio Ioan. Bodini lib. 1. de Republ. cap. 9. fol. mihi 154.* Pius V. Pontifex Ferdinandum Imperatorem per legatos acerbè increpuit, quod imperialem Coronam à se non haberet, quam antea Carolus frater accipere non dubitarat, ac jam illum interdictionis sacrorum metu ad id coegisset, nisi

F

Philippi Regis Hispaniæ & Caroli Francorum Regis precibus placaretur.
5. † Confert autem Imperator Romanus solus feuda Regalia, ut sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus *c.1.de.feud.March.1.F.14. à princ.ubi hæc extant verba: De Marchia vel Ducatu, vel aliqua Regali dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere c.1. de feud. March.2. F.10. ibi: qui à principe aliquo investitus est, Dux solito more vocatur.* Ex quibus locis manifestum est, maiores dignitates & Feuda Regalia immediatè conferri ab Imperatore. Quibus annumeramus & Baroniam seu Baronatum. Multi enim Doctores tradunt quod etiam Baroniæ dignitatem Regalem annexam habeant, & inter feuda Regalia numerentur, quodq; de his idem jus, quod de feudis regalibus statuatur. *Baro à Tautemb.in c.1.quis dicat.dux, March.* ubi scribit, *Germaniæ moribus Comiti Baronem prorsus æquiparari, nullamque esse inter eos vel dignitatis vel præeminentiæ discrimen, nisi quod de Comitatu non sit investitus Baro Jacobin de S. Georg. in gl. Dux. vers. quid si rex n.10. Zas. part.5. Feud. num.29. Oldend.claß.act.5.tit. de benefic. act. Schrad. vol.1.cons.1.num.250.* Et Vasalli hujusmodi dignitatum dicuntur

Duces

Duces, Marchiones, Comites, Barones. *c. 1 quis dic. dux. 2. F. 10.* Item illi ſecundum placita feudalia Capitanei Regni propriè nominantur. *c. 1. § Dux Marchio de his qui feud. dar. poſſ. 1. F 1. d. c. 1. 2. Feud. 10. cap. 1. de nat. feud. 1 F 7. Zas part. 5. Feud. n. 2. & ſequ.* Et licet Imperatori ſit ea poteſtas, Duces, Comites &c investiendi: verum tamen eſt quemlibet Regem ſuperioré non recognoſcentem in ſuo regno dignitates hujuſmodi Regales conferre poſſe. Siquidem Rex in regno ſuo plus juris habet, quàm Imperator in imperio: Ille enim regnum ad heredes proprios tranſmittit, huic verò in imperio, non niſi electione ſucceditur. *cap. per Venerabilem de elect.* quod etiam nomé alludit: Nam Regales nuncupari ſolent dignitates *c. 1. de feud. March. 1. F. 14. Alvar. in c. 1. à princ. 1. F. 1. Zas d. part. 5. n. 5. Schneid. part. 3. Feud. num. 64. Borch. cap. 4 de feud. num. 2.*

† Non verò Imperator vel Rex ſuperiorem non recognoſcens de plenitudine poteſtatis rem alienam Dominis & poſſeſſoribus invitis ſine culpa auferre, alijsq; feudum concedere poteſt. *Textus eſt elegans in l. nec avus. 3. C. de emanc. lib. ubi Imper Diocletianus ſanctè dicit, in cujusquam injuriam beneficia tribuere, non eſt moris noſtri. L. inter-* 6.

dum 2. in fin. π de natal. restit. Fernand. Vasqu. lib. 1. illustr. controv. cap. 5. Tessaur. decis. Pedemont. 91. Hottom qu. ill. 1. Nisi ex causa publicę utilitatis hoc suscipiatur, ut pacis defensionis civitatis, & alijs, quæ publicam respiciant utilitatem. *Carol. Tap. in rubr. π de constit. Princip. cap. 1. num. 57. & ibi plurimi* quo casu justum precium refundi debet per *text. in L. item si verberatum 15. § 2. π de Rei Vind. arg. L. quod semel. 5. π de decur. ab ord. fac. L. venditor 13. § π commun. præd. Covarru. lib. 3. var. resolut. cap. 6. Pruckm. in tract. de Regal. §. soluta potestas cap. 4. effect. 5. num. 4. quod commune Doctorum calculo comprobatũ esse asserit Gail. lib 2. obs. 56. num. 1.*

7. *Princeps.* Dux Marchio, Comes similiter feudum dare possunt & qui ab istis feuda accipiunt propriè Regis vel regni Valvasores dicuntur, sed hodie Capitanei appellantur, qui & ipsi feuda dare possunt. Ipsi verò qui ab eis accipiunt feudum, minores Valvasores dicuntur *c. 1. § Dux Marchio. 1. F. 1. c. 1. de nat. feud. 1. F 7. c. 1. de feud. dat. à min. Valuas. 1. F. 16.* In summa omnes qui liberam suorum bonorum administrationem habent, bona sua propria in feudum concedere possunt *cap. 1. vers. novi verò per quos fiat. invest. 2. Feud. 3.* etiamsi humilis sit conditionis,

veluti

veluti Rusticus. *Petr. de Ferrar. form. libel. quo agit. ad revoc. feud. gl. ac nomine recti n. 5. Alvar. in c. 1. à princ. qui feud. dar. poss. 1. F. 1. Baro à Tautemb in d. c. 1. § Dux Marchio. n. 4. Zas. part. 5. Feud. num. 31. Schneid. de feud. part. 2. num. 69.* Nec distinguitur an conferens feudum sit masculus vel fœmina † Etenim fœminam quoque novi feudi investituram facere, pleriq; consentiunt *textus est in c. 1. § fœminam per quos fiat invest. 2. feud. 3. & ibi Dd. commun. cap. 1. à princ. ibi Abbatissa 1. Feud. 1. & c. 1. à princ. qui success. feud. dar. ten.* 8. *Fœmina.*

Tandem & universitas feudum dare potest, at Vasallus ipsi universitati, non singulis personis obligatus est: Vnde singulas personas offendere impunè posset excepto administratore, cui ad servitia tenetur. *Argum. L. sed si hac lege 10. § qui manumittitur 4. π de in jus voc. arg. c. in quibusdam de pœn.* Et sufficeret si ab eo investituram petat. *arg. L. prohibere 3. § 3. ff quod vi aut clam. H. Hartm. tit. 54. de feud. obser. 3. num. 4. Zas. de feud part. 7 num. 53.* 9. *Vniversitas.*

Tutores & Curatores, qui tantum Dominorum loco habentur. *L. tutor. 27. ff de admin. & peric. tut. L. interdum 56. § pen. π de furt. L. qui fundum 7. § 7. π pro emt.* de ijs re- 10. *Curator.*

bus quarum administratio ipsis commissa est, investituram facere, ac feudum novũ alicui tribuere prohibentur. Nam feudi cõcessio est gratuita & donatio quædam, quæ nomine administrationis illis personis permissæ non continetur. *L. pactum Curatoris 22. C. de pact. L. Lucius Titius 46. § fin. π de donation. c. 2. extr. eod. Wesemb. de feud. c. 4. num. 6.* Attamen renovationem feudi antiqui benè facere possunt, nihil enim per hoc alienatur, sed quod alienatum familięque erat renovatur, atq; ex debito confirmatur *Arg. L. 1. l. magis 5. § si fundus 3. & § si pupillus 5. π de reb. eor. qui sub. tut. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 2. cap. 1. Zas. part. 5. num. 40. Schneid. in Epit. Feud. part. 3. num. 86.*

II. *Minores.* Minores & pupillos de novo beneficio quem investire non posse, juris est indubitati *Text. in c. 1. vers. novi verò & ibi FF. com. per quos fiat invest. 2. F. 3. Duar. de feud. cap. 6. num. 10. Schneid. in Epit. Feud. par. 2. num. 14. & part. 3. num. 79. Zas. d. part. 5. num. 41.* Novi enim investitura non ab alio rectè fit, nisi ab eo, qui legitimè bonorum suorum administrationem habeat *d. § novi verò.* At minores, cum nondum sint legitimæ ætatis de rebus suis disponere prohibentur *t. t. C. de præd.*

de præd. & al. reb. minor. Etiamsi Curatoris intervenerit consensus. Namque feudum consistit in rebus immobilibus *c. 1. §. sciendum. 2. F. 1.* quarum alienatio sine decreto judicis, & causæ cognitione minoribus atque Curatoribus eorum permissa non est *d. tit. C. de præd. & alijs reb. min.* Sed veteris investituræ renovationem pupillos & minores facere posse etiam absque consensu & autoritate Tutoris vel Curatoris adfirmat *textus in c. 1. à princ. per quos fiat invest. 2. F. 3* qui textus nulla Curatoris Tutorisvè facta mentione permittit minori, sive sit pupillus, sive minor ita in specie dictus feudi antiqui investituræ renovandæ potestatem ut cum textus non distinguat neque nos distinguere debeamus per jura vulgata, præsertim etiam cum ratio cur sine tutoris autoritate pupillo aliquid facere sit inhibitū, hoc in casu cesset. Pupilli enim & minores per hanc renovationē nihil alienāt sed jā alienatum confirmant, & suam conditionem faciunt meliorem: liberant enim sese ab obligatione illa qua ad investiendum successores defuncti Vasalli tenebantur: & sic nō indigent tutoris vel Curatoris autoritate *princ. Instit. de autor. tut. Ardiz. in sum. jur. Feud. cap. 12. Jacobin. de S. Georg. in gl. qui*

quidem invest. ti. num. 49. Schurpff. cent. 1. cons. 45. n. 1. & ult. quem tamen vide. Iohan. Blanc. lib. 1. Feud. cap. 4. num. 7. Ferrar. Montan. lib. 2. Feud. cap. 1. Gail. 2. obs. 1. num. 1. Quod si minor in ista renovatione deceptus appareat, ipsi succurritur per in integrum restitutionem. *L. ait Prætor. 7. π de minor. t. t. C. de in integr. restit.*

12. *Furiosus.* Furiosus feudum dare nequit, quia ei nullum judicium est, nulla ejus voluntas. *L. in negotiis 5. L. furiosi 40. π de Reg. jur.* nec quicquam intelligere præsumitur *L. si ei qui 2. § furiosus 3. π de jure codicill.* sed absentis loco habetur *d. § furiosus. L. ubi 124. § furiosus 1. π de Reg. jur.* Quod verum in eo, qui continuâ mentis cæcitate laborat. Qui enim dilucida intervalla habet, tempore remissi furoris ea omnia, quæ sanis hominibus competunt, facere potest. *§ furiosi. Inst. quib. non est permiss. fac. test. L. cum aliis 6. C. de curat. fur. fac. l. 2. C. de contrah. emt.*

13. *Mutus-Surdus.* Mutus & surdus qui intellectu non carent *L. pater. 93. § mutus 1. π de acq: vel amit. hered. L. mutus 2. π de bon. poss. infant. fur.* feuda nova dare licitè possunt. *Iacob. de Belvis. in c. 1. per quos fiat invest. Schneid. de feud. part. 3. num. & 78. in fin. cum* donare *L. qui id quod 33. § mutus. 2. π de donation.* & omnes con-

tractus,

tractus, qui verba pro forma non requirũt, celebrare non prohibeantur. *L. ubi non voce 124. π de Reg. iur. L. in quibuscumque 48. π de oblig. & action. L. item quia 4. π de pact. & ibi Wesemb. in par. num. 5. L. ex facto 43 π de Vulg. & pup. substit. Gomez, tom. 2. resol. cap. 14. num. 29. Wurmbs. tit. 38. obs. 5.* Secus si & muti & surdi à natura sunt & nihil intelligunt per jura allata.

Sic & Prodigus, cui bonis interdictũ est, rem suam alteri in feudum concedere prohibetur. *L. 1. C. de curat. fur. L. his qui 12 § ult. π de tutor. & Curat. L. is cui bonis 6. π de Verb. obligat.* 14. *Prodigus.*

Procurator, si habeat generalem administrationem feudum novum dare nequit, quia id alienare est: Ille verò non alienationem, sed administrationem habet. *L. procurator 66. L. mandato 60. π de procurator.* Secus si habeat specialem administrationem, quo casu absque dubio infeudat *per c. 1. § sed utrum per quos fiat. invest. 2. F. 3. Sonsb. part. 6. Feud. num. 27. Duar. cap. 6. num. 12. de F.* Potest tamen Procurator generale mandatum habens, antiquam investituram renovare, cum investitura per interpositam personam & dari & accipi possit. *c. 1. § sed utrum per quos fiat invest. 2. F. 3. Schneidevv. in Epit. F. part. 3. n. 87.* 15. *Procurator.*

DE HIS QVI FEVDVM ACCIPERE POSSINT.

CAP. IIX.

QVi accipiunt feuda generali nomine dicuntur Vassi seu Vasalli † qui in usi-
1. bus Feudorum modò fideles appellantur. *cap. 1. § est quia vidimus: § cum verò Conradus de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. de form. fidelit. 2. F. 6 c. 1. de content. int. dom. & fidel. 1. F. 10. c. 1. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. & passim.* sæpè milites *cap. 1. de feud. sin. culp. non amit. 1. feud. 21. c. 1. quo temp. mil. invest. pet. 1. feud. 22. & alibi* interdum Pares *cap. 1. si de invest. int. dom. & Vasal. lis oriat. 1. F. 26.* clientuli *cap. 1. § etsi clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. c. 1. ibi per religionem clientali. de content. int. dom. & fidel. de invest feud. 1. feud. 10.* nonnunquam feudatarij *Petr. de Gregor. in tract. de conceß. feud. part. 1. quæst. 12. Hottom. disp. feud.* Item beneficiarij *Oldend. claß. 5. action. tit. de act. benefic.* Conditio Vasallorum hæc est, ut constituentem agnoscant superiorem, & beneficum Dominum, Se verò inferiores & fideles subditos *cap. 1. de his qui feud. dar. poss. 1. feud. 1. c. 1. quis dicat. Dux. March. 2. F. 10. c. 1. de feud. March. 1. F. 14.* † Quilibet
2. *Fœmina.* autem accipere potest feudum novum, qui expres-

expressè prohibitus non invenitur. *cap. 1. § personam per quos fiat. invest. 2. feud. 3.* Etiam Fœmina feudum novum accipere potest, *textus est in c 1 § hoc autem de success. feud. 1. F. 8. c. 1. de eo qui sib. vel hered. suis masc. 2. F. 17. c. 1. de feud. fœmin. 2. F. 30.* licet non succedat in feudum, nisi id nominatim expressum sit in investiturâ *cap. 1. § hoc. autem 1. feud. 1. c. 1 § fin. de success. feud. c. 1. § imprimis in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. à princ. de success. fratr 2. F. 11.* potest enim dominus de rebus suis gratiam facere cui vult. *c. 1. quemad. F. ad fil. pertin. 1. F. 24. c. 1. de investit. quam Tit. accep. à Sempron. 2. F. 13. c. 1. si Vasall. feud. priv. cui defer. 2. F. 31. Schneid. part. 3. Feud. num. 98. in fin.* † Muti item surdi & cæci feudum accipere non prohibentur *Alvar. & Præpos. in c. 1. Episc. vel Abbat.* Et Dominus sibi imputabit, qui sciens feudum tali personæ ad servitia inidoneę concessit. *L. cum mandatu 23. in fin. π de minorib. Schneid. d. part. 3. n. 107.* 3. *Muti, surdi, cæci.*

† Filiusfam. rectè accipit feudum, quia nõ prohibetur *d. §. personam.* etiamsi investitor ejus in conditione erraverit: quia ista qualitas non facit eum incapacem *juxta Andr. de Isern. in c. 1. § personam per quos fiat invest. & Zas. de F. part. 5. n. 64.* Sed utrum usufructus feudi filiofam. concessi patri, 4. *Filiusfam.*

an verò

an vero filio acquiratur, sępè fuit quęsitum Et verius est usumfructum acquiri filio. Nam feuda non censentur jure allodialium bonorum sed ejus sunt naturæ ut ex ijs nihil transeat ad ascendentes *c.1, à princ. de nat. success. feud. 2. F. 50.* Præterea notum est, feuda potissimum ob servitia militaria dari, ut meritò peculij Castrensis vel quasi habeant rationem *arg. L. 1. C de castr. pecul. l.b. 12. Wesemb. de feud. cap. 5. num. 4.* Quo in genere bonorum pater nullum habet usufructum. *L. eum oportet 6. C. de bon. quæ liber. Wesemb. in π ff de castrens. pecul. num. 2.* siquidem in ijs bonis filiusfam. pro patrefam. habetur. *Theoph. Instit. quib. non est permiss. fac. testam.*

5. *Pupillus.* † Pupillum solum sine tutoris autoritate feudum acquirere posse cõmuniter placuit, quia non obligatur aut ad juramentum, aut ad servitia ante pubertatem *text. in c. 1. § si minori si de feud. defunct. cont. int. dom. & agn. 2. F. 26. Wesemb. de feud. cap. 5. num. Schneid. part. 3. Feud. num. 101.* Quod verum est si pupillus fari posset, & esset in eo rationis aliqualis discursus. *L. pupillus 11. π de acquir. rer. dom. L. contra 28. à princ. π de pact. L. 1. § 3. π de acquir. possess. Zas. d. part. 5. num. 66.*

6. *Furiosus.* † Infantes furiosi & similes, licet ipsi feudum accipere nequeant

queant, quia cum ratione careant, nullum negocium rectè cum ijs geritur. *L. in negocijs. 5. π de reg. jur.* Horum tamen nomine Tutores & Curatores investituram accipient *arg. L. si infanti 18. C. de jur. d. liber. L. cum furiosus 7. § sin autem 3. C. de Curat. fur. Zas. d. part. 5. num. 66. Schneid. part. 3. feud. num. 100.* † Rustici ab Imperatore, Ducibus & alijs investiri possunt, non tamen nobilitantur ratione feudi, nisi expressè cum infeudatione nobilitentur. *Zas. d. part 5. n. 68. & seq. Schneid. d. part. 3. num. 105. in fin. & ita in Germania observari literis prodidit Gemmel. in comp. feud. part. 5. circ. fin.* Evenit enim multoties, ut Rusticus de nobili feudo ein ritter Lehen oder Gut investiatur, non tamen nobilitetur, maximè, quando concedens non habet jus nobilitandi. † Servus item de jure Feudorum non prohibetur feudum accipere *text. in c. 1. § personam ibi: nam etiam servus investiri poterit, per quos fiat investit. 2. feud 3.* Etsi servus à domino suo investitus fuerit, dominus dando ei feudum, & libertatem dedisse videbitur *Arg. L. idem Vlpian. 12. § π de excusat. L. quidam consulebat 57. in f. π de re judic. Martin. Laud. in d. § personam Ferrar. Montan. in collect. Feud. lib. 2. cap. 2.* In servo alieno cui feudum datur ejusmodi

7. *Rusticus.*

8. *Servus.*

ejusmodi distinctio adhiberi solet ut si feudum detur servo à Domino sciente eum talem esse, & illud acquiritur ipsius domino *d. § personam.* Sin verò ita expressè detur servo alieno ut domino non acquiratur & tum si id fiat Domino servi sciente, & non contradicente, servus vinculo dominico solvi intelligitur, & libertatem una cũ feudo consequitur *arg. l. super servis 6. vers. sin vero & l. seq. C. qui milit. poss. l b. 12.* Sin contradicat, infeudatio non valet, quia nihil suum habere potest, qui in potestate alterius est. *L. acquiruntur 10. § igitur quod 1. π de acq. rer dom.* Aut feudum datur servo alieno ab ignorante eum servum & liberum eum credente. & feudum datum nullum est. *d. c. 1 § personam & ibi FF.* Nam si scivisset, verisimiliter eum non investivisset. *H. Hartm. tit. 54. de feud. obs. 1. Schneid. part. 3. Feud. num. 98.* † Suprema quoque capita nempe Papa & Imperator ab inferioribus, ille à Comitibus hic ab Ecclesijs feuda accipiunt, quo casu fidelitatis juramentum præstabunt & per substitutas personas servient. *Bellam. cons. 48. quem refert Zas. part. 5. feud num. 37.* Et quando Papa à Comitibus, vel Imperator ab Ecclesijs feuda accipiunt, respectu feudorum sunt inferiores dominis,

9. *Papa Imperator.*

dominis à quibus investiuntur, licet absolutè supremi sint. † Universitas item sive Collegium benè feudum acquirere potest. *arg. L. sed hoc jure π de acquir. possess. & l. 1. gr. 7. § 3. π ad exhibend.* Et tunc si singularis persona universitatis offenderit Dominũ, propter hoc universitas non amittit feudum, secus si administrator offenderet dominum. Nam tunc universitas perdit feudum, durante administratione: sed eo remoto, vel mortuo feudum redibit ad universitatem. *Arg. c. 1. § ult. de cap. Corrad. 2. F. 40. Alvar. & Præpos. in c. Imperialem § præterea Ducatus de prohibit. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. quos sequitur Jacobin. de S. Georg. in sua invest. in gl. qui quidem investiti, n. 27. Hart. Hartm. pract. obser. tit. de feud. 54. obs. 3 n. 2.* † Clericos æq; ut Laicos feuda accipere posse probat textus *in c. 1. § fin. de cap. Corrad. 2. feud. 40.* & communi opinione *juxta Zasium in d. part. 5. num. 71. & Schneid. d. part. 3. num. 105.* obtentum est, quod clericus feudum accipere possit, quod & jus Canonicum admittit. *in c. ex transmissa. c. verum de for. compet. c. ceterum c. novit. de judic. Iacob. de Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 23. Francisc. Sonsbec. in com. feud. part. 7. num. 3.*

10. *Universitas.*

11. *Clericus.*

† Monachus de feudo investitus suo monaste-

12. *Monachus.*

monasterio acquirit, sicut servus Domino *Everh. in Top. legal. loc. à serv. ad Monach. n. 3. Sonsbecc. d. part. 7. n. 23.* in casibus tamen in quibus monasterium feuda habere potest. *Zas. de feud. part. 5. num. 64.*
13. *Ecclesia.* † Ecclesia item & Monasterum feuda accipiunt *c. 1. § fin de cap. Corrad. 2. feud. 40. cap. 1. § verum quando de stat. regul. lib. 6. ubi est casus, quod Abbatissa seu priorissa pro feudo, quod monasterium à Principe vel Domino seculari tenet, si nō potest per procuratorem fidelitatem præstare, ipsa jurabit personaliter. Jacobin. de S. G. in gl. in feudum num. 36. Schneid. d. part. 3. num. 105. Gemmel. in cōpend. feud. part. 5. in fin. Schurpff. cent. 1. consil. 44. num. 8.*

14. *Infames.* † Infames de feudis novis dignitatem annexam habentibus investiri nequeunt *arg. l. neque 2. C. de dignitat. lib. 12. c. infamibus 87. de Reg. iur. in 6. Rosenth. in com. feud. cap. 3. concl. 9.* quibus annumerantur etiam deportati, qui juris civilis beneficijs indigni sunt *L. sunt quidam 17. § item quædam π de pœn. L. deportatus 15. π de interd. & relegat. Mynsing. in § cum autem n. 7. inst. quib. mod. jus patr. potest. solu.* Idem juris est in excommunicatis. *Petr. de Ferrar. form. respons. rei convent. gl. tanquam Borch. de feud. cap. 5. n. 53.* in bannitis, quia bannum hodie in deportatio-

portationis locum successit. *gl. in § relegati. vero retinent. Inst. quib. mod. jus patr. pot. sol. Cagnol. in l. ea sola. 90. num 11. & ibi Phil. Matth. num 18. π. de reg. jur. Gail. lib. 2. obs. 86. num. 10. & lib. 2. de pac. publ. cap. 1. num. 24.* Feuda item non accipiunt crimine læsæ Majestatis damnati. *Joan. Blanc. in Epit. feud. lib. 1. cap. 5. num. 11. & seqq.* Hæretici. *arg. l. si quis 10. C. de hæret. & Manich. Novel. 131. cap. 14. c. fin. de hæret. Schneid. part. 3. Feud. in fine.* Apostatæ. *L. Apostatarum. 4. C. de Apost.* Usurarii, quia etiam ad infames referuntur. *L. improbum. 29. C. ex quib. caus. infam. irrog.*

† De spuriis anxiè disputant Feudistæ, an nimirum illi feuda nova capere possint? Et arbitror, illos feudorum annexam dignitatem habentiũ non esse capaces, quoniam pro infamibus vel turpibus personis habentur. *Azo in sum. C. ex quib. caus. infam. irrog. num. 3. quem sequitur Hartm. Pistor quæst. civil. 30. & Tessaur. decis. Pedem. 126.* & ideò Spurii non possunt esse Consiliarii Principis. *Bald. in l. cum legitimè. π de stat. hom. Carol. Tap. in repet. leg ult. part. 2. cap. 3. num. 46. π de constit. Princip.* nec Doctoris titulo insigniri. *Tap. loc. citato.* nec ad dignitatem Assessoris in Camera Imperiali 15. *Spurii.*

admittuntur. *Ordin. Cam. part. 1, tit. 3. §* deßgleichen *Mynsing. cent. 4. obs. 31.*

DE REBUS QUÆ IN FEUDUM DARI POSSINT.

CAP. IX.

1. *Res aliena.* RES aptæ ad feudi naturam recipiendam tria pro forma requirunt. I. Ne res aliena vel alteri obligata, sed constituentis propria sit & maneat *c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. à pr nc. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* II. Requiritur ut res non sit prohibita alienari. *c. 1. § sed etiam per quos fiat invest. 2. F. 3.* nam in feudum concessio quædam alienatio est *L. fin. C. de reb. alien. non alien. c. 2. de reb. Eccles. non alien.* III. vt in ea ususfructus constitui possit. Immobilis ergò vel æquipollens. *c. 1. § sciendum est. de feud. cognit. 2. F. 1. Wesemb. de feud. cap. 7. num. 4. Fichard. vol 2. cons. 5. num. 8.* Sunt autem ejusmodi res aut Ecclesiasticæ, aut Seculares. Res Ecclesiasticæ aut extra commercium sunt, aut in commercio, hoc est, vel alienari & obligari possunt vel non: Illæ sunt res DEO consecratæ, ut ædes sacræ, & donaria divino cultui dedicata, item jus Decimæ, vasa consecrata, quæ

ta, quæ in nullius bonis esse dicuntur § *sacræ res. 8. & ibi Wesemb. & Myns. Inst. de rer. divis. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles. Novell. 120. cap. 10.* Hæ sunt Patrimonialia Ecclesiarum bona. Priores cum neque alienari vel obligari possint, *L. inter stipulantem 83. § sacram. π de verb. oblig. L. continuis. 137. § cum quis. eod. l. si in emtione 34. §. 1. π de contrah. emt.* neque etiam infeudari possunt *Francisc. Duar. de benef. Eccles. lib. 7. cap. 9. Schneid. part. 2. Feud. num. 2. & ibi Hackelm. lit. a.*

† Posteriores res scilicet Patrimonialia Ecclesiarũ bona tàm jure Canonico, quàm Consuetudinario in feudum dari possunt. *textus est in c. ad nostram. de reb. Eccles. alien. can. sine exceptione. 12. q. 2. c. 1. de his qui feud. dar. poss* Et istæ aut sunt hujusmodi res, quæ antiquitus consuetæ fuerunt infeudari vel non. Res Ecclesiarum consuetæ infeudari absque consensu capituli à solo Prælato infeudari possunt, *per textum in c. ex parte de feud. in quo cap. Pontifex disertè rescribit, rem à Prælato infeudari solitam, posse iterum liberè ab ipso in feudum concedi. c. 1. ibi si antiquitus consuetudo eorum 1. F. 1. & ibi Bald. & Jason num. 7. vers. an autem prælatus solus. Curt. part. 2. Feud. qu. 2. Sonsbec. in com. feud.*

2. *Bona Ecclesiarum.*

part. 8. num. 4. Wesemb. de feud. cap. 7. num. 5. Duar. cap. 6. Feud. num. 4. Borch. de feud. cap. 6. num. 19. Et hæc est communis opinio Doctorum attestante Zasio in Epit. feud. part. 5. num. 47. Quod tamen fallit in Archiepiscopo Mediolanensi, qui etiam feudum infeudari solitum rursum infeudare non potest. *c. 1. de cler. qui invest. fac. & ibi Alvar.* Ad inducendam verò consuetudinem infeudandi bona Ecclesiastica, requiritur rursus quadraginta annorum, *prout hoc communiter receptum esse asserit Julius Clarus in § feudum. quæstione decima tertia num. 4. & usu observari testatur Zasius in d. part. 5. num. 52.* Res Ecclesiarum, quæ non solitæ sunt infeudari absque consensu Capituli, certisq; solennitatibus intervenientibus de novo in feudum à Prælato dari non possunt. *c. 1. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. d. c. sine exceptione. c. 1. & 2. de reb. Eccles. alien. vel non lib. 6. Petr. de Ferrar. in form. libel. in act. real. gl. veris & legitimis. num. 69. Wesemb. de feud. cap. 7. num. 5. Roland. à Vall. vol. 1. cons. 15. num. 10. Borch. de feud. cap. 6. num. 29. Sonsbec. part. 8. Feud. num. 4.*

5. *Decimæ.* † Spiritualia licet in feudum non dentur. *Schneid. in Epit. Feud. part. 2. num. 8.* Decimæ tamen concedi possunt ast hæ tantummodo

tummodo, quas Laici ante Concilium Lateranense ab Ecclesia habuerunt. *c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à Præl. sin. cons. cap. Hackelm. in ad lit. ad Schneid. part. Feud. 2. lit. B.* Et præsumuntur ante concilium Lateranense in feudum concessæ, si ejus initii non sit memoria. *Zas. de feud. part. 4. num. 24 ubi & tractat, quid agendum sit de decimis ad Ecclesiam reversis.* Hodierno tempore passim decimæ à Laicis possidentur, nonmodò jure Feudi, sed interdum & allodii sive proprio.

Res seculares sunt vel corporales vel incorporales. *t.t. Inst. de reb. corp. & incorp. l. 1. §. 1. π de rer. divis.* Corporales sunt vel mobiles vel immobiles. *L. à. Divo. 15. § in venditione 2. π. de re judi.* Res immobiles in feudũ dari possũt ut sũt res soli ligēde grũnd, & solo cohærentes *c. 1. §. sciendum de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* Cujus rei rationem exponit *Borch. cap. 6. Feud, num. 23.* ex definitione feudi, quæ extat in *d. c. 1 §. imprimis.* quia feudum est perpetuum, & ad Vasalli agnatos, heredesque transit. Res verò mobilis perpetua non est, quippe quæ usu consumitur, ut nec in ea propriè ususfructus constitui possit, sicuti postea dicetur. 4. *Res seculares.*

Res solo cohærere dicuntur, quæ solo juncta infixaque & quasi pars soli sunt, ut horti & fundi res soli domus vel ædificia solo coherere dicuntur. *L. 1. § hoc interdictum 9. π de vi & vi arma, l. quia 10. π quod vi aut clam*. Item prædia, area, sylva, arvum, metallorum, calcis, arenæ fodinæ seu secturæ, *Hottoman. disp. feud. cap. 16. à princ. Zas. d. part. 4. num. 4.*

5. *Molendina.* † Molendina item solo inhærentia in feudum dantur, quia pars fundi censentur, *L. cum fundus. 21. π de instruct. & instrum. leg. Jacobin. de S. G. de feud. in gl. & cum molendinis, num. 2. Schneid. in Epit. Feud. part. 2. num. 42.* Imò & illa molendina, quæ instar navium, super flumine meant in feudum dari posse rectè censet. Vult *lib. 1. Feud. cap. 5. num. 3.* Nam illa, quia plerumque funibus alligantur, videntur esse res solo coherentes. *d. c. 1. § sciendum.*

6. *Fructus pendentes.* † Inter res immobiles cõputantur fructus pendentes, qui rectè in feudum dantur, modò singulis annis renascantur *per d. c. 1. § fin.* Fructus enim pendẽtes solo cohęrent, & sunt pars fundi. *l. fructus pendentes. 44. π de Rei vindic. L. ult. § fructus. 6. π quæ in fraud. credit. Ferrar. Montan. in collect. Feud. lib. 2. cap. 3. Tessaur. decis. Pedemont. 55. nu. 1.*

Commune

Commune ait Udalr. Zasius in Epit. feud. part. 4. num. 4. † Item annui reditus infeudari possunt. *Baro à Tautenb. in c. 1. § sciendum. de feud. cognit. num. 3. Duar. cap. 5. Feud. num. 1. Ferrar. Mont. d. cap. 3. Schneid. cap. 2. Feud num. 38. Frider Martin. in tract. de jur. cens. cap. 1. num. 186.* Etenim illi inter res immobiles, si non ad modicum tempus constituti sunt, computantur, *ut est textus vulg. in clem. exivi. § cumq; annui reditus. de verb. signif. vincent. Caroc. tract. de excuss. bonor. quæst. 44. part. 2. num. 1. Mynsing. cent. 1. obs. 69. num. 2. Schneid. Inst. de interd. tit. de interd. uti possid. num. 7. Alciat. in l. moventium π de verb. signif.* Et quod annui reditus inter immobila connumerentur, commune ait *Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. com. conclus. tit. de verb. signif. conclus. 8. num. 1. & Gail lib. 2. obs. 10. num. 1.* Et hæc maximè obtinent, si à re immobili pensio solvatur. *Schneid. part. 2. Feud. num. 38. Zas. d. part. 4 num. 9. & sequ.* † Panes item Civiles in feudum dari possunt. *Ferrar. Montan. d. cap. 3. Zas. d. part. 4. num. 14. Sonsbec. part. 8. num. 25. Schneid. part. 2. Feud. num. 40.* quia reb. immobilibus annumerantur. *Novell. 7. à princ. vers. vult enim. & Novell. 120. cap. 1. à princ. L. jubemus 14. C. de SS. Eccles. L. fin. § ult. C.*

7. *Annui reditus.*

8. *Panes Civiles.*

de jur. dot. Et sunt Panes civiles, qui certo tempore dabantur his, qui tesseram, id est, certæ rei signum vel simile adferebant: qui etiam nominantur annonæ civiles in *d. l. jubemus nulli. Oldend. in class. 5. act. tit. de action. benefic. Sonsbecc. part. 8. Feud. num. 25.*
9. Proventus. *Zas. d. part. 4. num. 15.* † Item Proventus vectigalium vel tributorum concedi possunt in feudum *Alvar. in c. 1. § sciendum. & ibi quoq; Baro à Tautemb. num. 3. de feud. cognit. Oldend. in d. tit. de benef. action. Zas. d. part. 4. num. 18.* modò liciti sint. Etenim proventus ex questu illicito, tamquam morbosa, & vitiosa causa descendentes, videlicet meretricio & lusorio Von dē Frawenhauß vnd Scholderplatz in feudum dari nequeūt. *arg. l. si remunerandi. 6. § rei turpis 3. Instit. mand. Schneid de feud. part. 2. num. 26. Gemmel. in compend. Feud. part. 4.* ubi refert ejusmodi feudum Principem Hennenbergensem ab Episcopo Herbipolēsi acceptasse, & ob hoc turpe lucrum refutasse. Et sanè non immeritò, ea enim facta, quæ lædunt pietatē, existimationem, & verecundiam nostram, & generaliter contra bonos mores fiunt, & turpia sunt, nec facere nos posse credendū est *L. filius 15. π de condit. instit. l. si à reo 70. § fin. π de fidejussor. ubi in fine*
dicitur.

dicitur, quod flagitiosæ rei nulla sit societas.

† Nomina quoque debitorum, si sint perpetua, non verò annalia in feudum dari possunt. *Ferrar. Montan. lib. 2 Feud. cap. 3. Baro à Tautenb in d. § sciendum num. 3. Wesemb. de feud. cap. 7. num. 6. Zas. p. 4. Feud. num. 11.* 10. *Nomina debitorum.*

† In summa quilibet fructus annuus vel menstruus, quodlibet item jus corporale vel incorporale, piscandi, venandi, cædendi lapidis, ut & jurisdictiones, in feudum dari possunt. *arg. l. fructus. 7. § si fundum. 12. & § quod in anno 6. π sol. ut. matrim. Schneid. part. 2. Feud. num. 57. Oldend. & Baro à Taut. in locis prædictis*: Ita tamen, ut in perpetuum vel tēpore indeterminato concedantur. Nam indeterminata habentur pro perpetuis. *L. jurisperitos 30. à princ. π de excus. tutor.* Nec refert iste annuus proventus sit uniformis vel difformis, ut fortasse uno anno frumentum, altero vinum, vel quicquam aliud pendatur. *Bald. in d. c. 1. § sciend.* sufficit enim id, quod petitur temporis intervallis annuatim solvi. *Zas. d. part. 4. num. 19.* Et generaliter, quæcunque res immobiles, vel æquipollentes alienationem admittunt, & hominum commercia; hæc quoque non repudiant benefi- 11. *Fructus annuus.*

ciariam concessionem *c.1. § sed etiam res. per quos fiat invest. 2. F. 3. Oldend. class. 5. tit. de benefic. act.*

12. Ceterùm rebus soli in feudum concessis omnia jura cohærentia concessa intelligũtur *per L. in vendendo. 66. l. si aquæductus. 47. l. fistulas 78. π de contrah. emt.* ut de castro vel territorio investiti est jurisdictio *L. 1. § & urbem. π de offic. præf. urb. Blanc. in Epit. feud. lib. 1. cap. 3. num. 54. Zas. part. 4. Feud. num. 20. Tessaur. decis. Pedem. 250. num. 1. & sequ. & decis. 266. num. 4. & 5. Borch. cap. 6. Feud. num. 35.* & merum & mixtum imperium coherẽs castro vel territotio. *Schrad. vol. 1. cõs. 13. n. 36. Petr. de Greg. de cõcess. F. par 17. quæ. 2. n. 1* jus venãdi. *arg. d. l. in vẽdẽdo.* Piscandi. *per c. 1. § 2. vers. Itẽ eadẽ lege. de not. Feud. 2. F. 58.* molendina. *Jas. in l. quæ minus. num. 120 π de fluminib. Wesemb. cap. 7. Feud. num. 2.* bombardæ, annona, & quæ perpetua destinatione ad castrum defendendũ ibi posita sunt. *arg. l. fundi 17. § 7. π de act. emt. l. possideri 3. § 1. π de acq. vel amit. poss. L. si quando 2. C. de bon. vacant. lib. 10. Gail. 2. obs. 62. num. 5. Borch. d. cap. 6. num. 2. Schrad. vol 1 consil. 6. num. 88. & con. 3. num. 405. & seqq.*

13. *Concessio castri.* † Factâ concessione castri vel feudi cum jurisdictionibus mit den Gerichten / non tantùm

tantum venit jurisdictio simplex, *uti vult Petr. de Gregor. in d. tract. part. 7. quæst. 3.* sed & mixtum imperium concessum intelligitur. Nulla enim est jurisdictio, quæ non habeat annexum imperium ad eam explicandam necessarium. *L. ult. in fin. π de offic. ejus cui mand. est jurisd. L. 2. π de jurisdict. ubi dicitur, concessione jurisdictionis semper ea venire sine quibus jurisdictio explicari nequit Wesemb. in π ff. de jurisd. num. 7.* Merum imperium nulli competit, nisi ei cui specialiter lege tribuitur vel à principe conceditur. *L. 1. π de offic. ejus cui mand. est. jurisd. Henric. à Suer. in cap. 6. lect. jur. civil. Duaren. in comment. tit. de jurisd. cap. 7.* In generali autem concessione non veniunt ea, quæ specialiter concedi debent. *L. quæro. 39. π de action. emt. L. si pater. 12. π de his quæ in fraud. cred. c. in generali 81. de Reg. jur. in 6.* † Factâ tamen concessione castri cum jurisdictione omnimodâ, & merum & mixtum imperiũ dicitur concessum, ut si Princeps dicat: Wir belehnen ihn mit allen Gerichten/ vnd aller Oberkeit. *arg. l. si in aliam. 7. § fin. ff. de offic. Proconf. Schneid. part. 2. Feud. n. 91.* Non etiam veniunt in ejusmodi concessione Regalia, quæ cum jurisdictione nihil commune habeat, neque sub ea tanquam 14.

genere

genere continentur, sed specialiter à Principe motu proprio vel ex certa scientia tribuuntur. *arg. c. quod translationem. 3. ibi sine speciali mandato de offic. deleg. Jacobin. de S. G. de feud. in gl. cum mero mixtoq; imperio. num. 16. & num. 18. Schrad. vol. 1. cons. 1. num. 272. Zas. part. 5. Feud. num. 11. Schneid. de feud. part. 2 num. 96. & ibi Leopold. Hackelm. in addit. lit. K.*

15. † Lacu, stagno, fluvio, piscina in feudum datis, pisces quoque fluminis tanquã fructus cognati veniunt, dummodo perpetuitatis & non custodiæ vel quotidiani usus causa ibi existant. *Bart. in l. funes 16. π de contrah. emt. Hartm. Pistor. quæst. civil. 24. num. 64. Sonsbecc. in com. Feud. part. 8. num. 20. Zas. part. 4. Feud. num. 2. & sequ. Wesemb. d. cap. 7. num. 3. Schneid. d. part. 2. num. 36. Gemmel. part. 1. Feud.*

16. † Fundus si in feudum datur fructus etiam pendentes & stantes veniunt. *Dd. in c. 1. § sciendum de feud. cognit. Wurmbs. pract. obs. tit. 51. obs. 23. num. 3. Hart. pistor. d. quæst. 24. num. 6. Idq; de natura feudi scribit Nicol. Moss. de nat. feud. num. 29. & communiter receptum asserit Zas. d. part. 4. num. 4. Schneid. d. part. 2. num. 32.* nec non quæ perpetui usus gratia sunt in fundo ad ejusdem instructionem

ctionem ut equi, boves, vaccæ, oves, & alia, quæ ad laborandum & instruendũ fundum necessaria, sunt. *arg. l. fundi 17 § Labeo. 7. π de act. emt. & l. universorum 12. π de pignor. act. Borch. de feud. cap. 6. num. 2.* Etiam jura veniunt *arg. d. l. in vendendo 66. l. fistulas. 78. π de contrah. emt.* ut servitutes Reales & Personales. *Borch. d. cap. 6. num. 17. Wesemb. d. cap. 7. Rosenth. cap. 4. concl. 2.* Venationes. *Jacobin. de S. G. in gl. & cum venationibus.* Piscationes. *Jacobin. de S. G. in gl. & cum piscationibus.*

† Ædificiis in feudum datis simul quoq; in feudum veniunt, quę perpetui usus causa ibi sunt. *L. fundi 17. § Labeo 7. π de act. emt. Borch. d. cap. 6. num. 2.* 17.

Pari modo sylva vel vinea in feudum cõcessis non tantùm arbores vel vites, sed etiam solum, quo continentur, in feudum concessum censetur. *arg. l. certo generi 13. à princ. & ibi gl. π de servit. rust. præd. & argum. eorum, quæ tradit Jason. in l. 1. C. de jur. Emphyt.* 18.

† Sic vectigalibus concessis in feudum, pœnæ quoque quas incurrunt qui merces, quas vehunt & portant, non profitentur, vel de Professis vectigal non solvunt. *L. commissa, 14. & ibi Bart. π de publican.* aut 19.

fraudandi

fraudandi vectigalis gratia per vias insolitas transeunt, concessæ dicuntur. *Arg. l. qui fiscales. 7. C. de navicul. lib. 11. l. cum proponas. 3. & ibi Bald. C. de naut. fœn. Math. de Afflict. in c. 1. verb. regalia. num. 77. quæ sint regal. Wesemb. ad tit. C. de mod. mulct. num. 5.*

20. *Res mobiles.* † Res mobiles & se moventes, quæ usu consumuntur ad feudi formam recipiendum ineptæ sunt. *c. 1. § sciendum de feud. cogni. 2. F. 1. c. 1. § imprimis, in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* Namque ut res immobilis saltem in feudum concedatur, cujus proprietas penes dominum remaneat, ususfructus autem in accipientem transeat, de substantia feudi est, sine qua feudum consistere nequit. *Jacobin. de S. G. de feud. gl. investivi talem num. 10. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 1. cap. 5. Oldend. class. 5. act. tit. de benefic. act. fol. 752. Schneid. part. 2. Feud. num. 16.* Sed proprietas rerum, quæ usu consumuntur est penes excipientem *not. L. si vini 7. π de usufr. ear. rer.* siquidem si usus illarum alteri conceditur, necesse est, omne dominium in accipientem transferri quoniam utendo hisce rebus, aut alienatur proprietas, ut pecuniæ assidua permutatione: aut consumitur, ut fit in vino, frumento, oleo, & id genus aliis, quorum nullus usus est, nisi in

ab usu,

abusu, hoc est, substantiæ assumtione. *Text. in d. l. si vini.* Ideò tales res dicuntur, quæ servando servari non possunt. *t. t. π de usufr. ear. rer quæ usu consum. Zas. part. 4. Feud. n. 21. Wesemb. cap. 7. num. 8. de feud.*

† Nec cautio interveniens tantum operari potest ut res mobilis contra substantiam feudi pro re immobili habeatur: deficiente enim substantia, deficit substantiatũ. *L. Julianus. 9. § sed si quis rem. 3. π ad exhibend. l. inde etiam 3. § 13. π de itin. act. priv. Schurpf. cent. 1. cons. 98. Ferrar. Montan. lib. 2. Feud. cap. 3. Wesemb. d. cap. 7. num. 8. Pison. Soac. in præl ud. Feud. num 3. cap. 19.* Et si evenerit ut res mobilis per cautionem in feudum concederetur, negocium in aliud genus contractus transit. *L. insulam. 6. π de præscript. verb. L. pen. C. de rer. permut. Zas. cap. 4. Feud. num. 22. Duar. cap. 1. Feud. num. 2. Gemmel in compend. feud cap. 4. in fine.* Consequens inde est, precium ex feudo antiquo vendito redactum pro feudo non haberi, sed allodii heredem sequi, Ist nicht mehr Lehen/ sonder Erbe. *Pis. Soac. d. cap. 19. num. 3. Wesem. 2. cons. 79. & cap. 7. Feud. num. 9. Borch. cap. 6. de feud. num. 14. Schneid. in Epit. feud. part. 2. num. 21.* & proinde in feudum non posse concedi, aut non posse esse feudum. 21.

feudum. Certò namque constat pecuniam esse rem mobilem. *L. moventium 93. π de verb. sign. l. fin. C. de constit. pecun. Nov. 22. cap. 45.*

22. † Mobilis autem propriè vocatur res inanimata quæ ab aliis moveri potest, se ipsam non movet, ut vestis, mensa *L. à Divo 15. § in venditione. 2. π de re judic.* Res moventes suo proprio motu agitantur, ut sunt pecora, horologia, automata, quæ tamen mobilium appellatione ut plurimùm comprehenduntur. *L. 1. § 1. π de rei vindic. L. possideri 3 § Nerva 13. L. qui universas 30. § item quod π de acq. & amitt. possess.*

DE CONSTITUTIONE ET ACQUISITIONE FEUDI.

CAP. X.

1. MOdus feudi constituendi unicus est, nempe investitura, sine quâ feudum constitui non potest, ut propriâ feudi naturâ potiatur, & ad heredes transeat. *Textus expressus est in cap. 1. à princ. quib. mod. feud. const. 1. F. 25. cujus verba hæc sunt! sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse, etiamsi domino jubente quis alicujus rei, nomine feudi, possessionem nanciscatur, & teneat i licet*

at: licet tamen possessionem taliter adeptum, dum vixerit, quasi feudi nomine retinere: herede ejus in hoc jure nullo modo ei succedente. Eguin: Baro & Schenck Baro à Tautemb. ibid. Schneid. part. 4. Feudor. numer. 1. Duar. de feudis. capit. 7 numer. 4. & sequ. Zas. in Epit. feud part. 6. nu. 9. Thoming. decis. Lipsens. 21. num. 2.

Nisi talis actus quispiam intercesserit, qui investituræ officio fungatur, veluti, si dominus alicui coram Paribus Curiæ dixerit: Vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo; licet enim non intercessit investitura, tamen perinde est, ac si intercessisset: quia ille domini voluntate possessionem feudi nactus est feudi nomine. *Text. in c. 1. à princ. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. Schneid. in Epit. Feud. part. 4. num. 48.*

At quod dicitur *in d. c. 1. quib. mod. feud. const.* feudum sine investitura acquisitum de voluntate Domini non præsentibus Curiæ Paribus, non esse rectum, nec ad heredes transire, illud verum est secundum cõmunem intellectum, *ut inquit Zasius in Epit. Feud part. ult. num. 38.* quando vasallus; qui de voluntate domini corporalem feudi possessionem occupavit, intra annum moritur, quo casu heredes non succedunt.

Si tamen Vasallus per annum in possessione rei feudalis mansisset, & domino servitia de more præstitisset, tunc propriam feudi naturam induit; heredibusque concedet. *d. capitul. 1. à princip. vers. inde de consuet. rect. feudor. & ibi Alvar. Schneid. part. 4. Feudor. num. 49. Ferrar. Montan. in collectan. Feudal. lib. 3. capit. 1. Gemmel. in compend. feud. part. 12. fol. 145.* Et distinguitur modus constituendi feudi à modis acquirendi; quia constitutio præcedit, acquisitio sequitur. *c. 1. in fin. de feud. cognit. 2. F. 1. d. c. 1. à princip. 2. F. 33.* licet isti modi constituendi & acquirendi feudi ab ipsis compilatoribus feudi & interpretibus confundantur *d. ca. 1. §. fin. 2. F. 1. & ca. 1. de success. fratr. Bald. in proœm. feud. numer. 27. Jacob. de Ardiz. in sum. jur. feudor. cap. 53. Ferrar. Mont. d. capit. 1. Duar. capitul. 7. Feudor. 1. numer. 1. Borch. capit. 7. Feudor. num. 1. Schrad. de feud. part. 5. cap. 1, num. 2.*

2. † Deinde feudum pluribus modis acquiri solet. 1. missione in possessionem post factam investituram abusivam. *c. 1. in fin. de feudor. cognit. c. 1. à princip. si de invest. feudor. controv. fuer. 1. F. 4. cap. 1. §. si facta: si de feudis. defunct. cont. sit int. dom. & agn. Vas. def. 2. F. 26. capit. 1. §. fin. de non form. fidel. 2. F. 7.*

Quæ

Quæ missio dicitur propriè investitura: *cap. 1. quid sit invest. à princip. 2. F. 2.* & vulgò die belehnung der Lehenschafft. *Schneid. d. part. 4. numer. 2.* II. Longâ possessione seu præscriptione *capit. 1. §. si quis. si de feudis defunct. contr. fuer. int. dom. & agn. def. 2. F. 26.* de qua infrà *capitul. 15.* III. successione *cap. 1. de feudor. success. 1. F. 8. capit. 1. de success. fratr. 2. F. 11. argum. §. 1. Inst per quas person. cuique acquir.* Et hoc verum est, ab intestato Ex testamento enim nulla voluntas suprema potest esse in feudo *d. cap. 1. à princip. 1. F 8. Petr. de Ferrar. form. ad revocat feud. gl. investivit, num. 1.* de quomodo dicetur *in cap. 16.*

† Cæterum investituram præcedit contractus feudalis qui est ipsa conventio, quâ jus utendi fruendi re immobili ex benevolentiâ domini constituitur eâ lege, ut Vasallus eo nomine fidem & obsequium Domino exhibeat. *capit. 1. de form. fidel. 2. F. 6.* In tantum ergò differt contractus feudi ab ipso feudo, quantum causa ab effectu, & sicut ususfructus & cætera jura differũt à cõventionibus quib. constituuntur. *§. ultim. Institut. de servitut. l. omnium 3. à princip. ff. de usufruct.* Ita & fundum à 3.

contractu feudali. *Wesemb. de feud. cap. 1. Cujac. in prolegom. Feud.* Estque eius modi contractus feudalis stricti juris. *c. 1. de duob. frat. à Capitan. invest. 2. F. 18. ut frequenter placitum enumerat Zas. de feud. part. 1. num. pen. Eman. Soar: in thesaur. recept. sent. lit. F. num. 53. & Schneid. part. 1. Feud. num. 24.* non autem bonæ fidei, quoniam à consuetudine, quæ stricti juris est *L. quicquid astringendæ 99. π. de verb. oblig. l. si unus, 27. §. pacta 4. vers. ante omnia. π. de pact. introductus est. Clar. §. feudum. q 6. in fine Fichard. vol. 2. cons. 9. num. 19. Wesemb. de feud. cap. 1. num. 8.*

4. † Propter nomen & actionem propriam est contractus nominatus, *prout est communis assertio Dd. juxta Curt. Jun. de feud. 1. part. pr. qu. 9. Eman Soar in d. tract. lit. F. num. 52. Schneid. d. part. 1. numero. 24. Oldend. class. 5. action. tit. de benef. act. Wesemb. de feud. cap. 1. num. 7.* Nomen est investitura sumta in specie pro investitura feudi novi. *c. 1. à princ. quid sit invest.* Actio, quæ ex hoc contractu nascitur, inter dominum & vasallum est condictio ex Lege. *arg. l. un. C. de condict. ex Lege Duar. de feud. cap. 18. num. 2.* Quam sententiam confirmat & illud, quod cum innominatorum contractuum natura sit, ut iis liberum sit pœnitere ei, cui ab altero

con-

contrahentium nihil adhuc præstitum est, etiamsi à sua parte contractum consummaverit. *L. naturalis. 5. §. 1. ff. de præscript. verb. l. cum precibus 4. C. de rer permut.* In hoc tamen contractu Dominus semel facta investitura contractum consummare cogitur, adeo ut nec liberetur præstatione eius, quod interest, sed præcisè tradere cogatur. *c. 1 à princ. si de invest feud. contr. fuer. 1. Feud. 4. & c. 1. §. si facta. 2. F. 26. cuius verba ita sonant; si facta de feudo investitura pœniteat dominum antequam possessionem transferat: an præstando interesse vasallo liberetur, quæsitum fuit? Responsum est prætermissa illa condemnatione, dominum possessionem feudi, tradere compellendum.*

DE INVESTITURA.

CAP. XI.

FEudum, ut propriam accipiat naturam feudi, sine investiturâ constitui nō posse, dictum est in capite præcedenti.

† Investituram autem definio solemnem feudi cessionem & confirmationem, *per text. in c. 1. à prins. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. à princ. quot test. sint necess. ad nov. invest. prob. 2. F. 57. c. 1. vers. quod autem, de consuet. rect. feud.* 1.

2.F.33. Lingua nostra vernacula appellatur die belehnung oder Lehenschafft. *Jason in prælud. Feud. num. 34. Cujac. in ca. 1. § si verò. qui feuda. dar. poss. Ferrar Montan. in collectan. Feudor. lib. 3. capit. 1. Schneid. part. 4. Feudor. num. 2. Vult. lib. 1. Feudo. cap. 7. num 7. & num. 17.* nonnunquam investitura dicitur scriptura illa quæ ad memoriam feudi concessi confecta est. Ein Lehenbrieff. *c. 1. §. iccircò. de not feud. 2 F. 58. c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3.* Nomen investituræ, quæ alibi investitio dicta *ut in c. 1. de usu Mediolan. 1. F. 28. & in ca. 1. § testes si de invest. int. dom. & vas. lis oriat. 1. f. 26* deducitur ab investiendo, Tropicè à vestiendo Einkleiden. Nam ut vestibus amicitur & investitur homo, ita etiam quodammodo feudo vestitur Vasallus per eius traditionem, quia recipiens efficitur ditior, & capit gaudium ac utilitatem, cum consequatur utile dominium ipsius rei feudalis. *c. 1. §. imprimis. in quibus caus. feud. amit. 2. f. 23. cap. 1. §. rei autem. de invest. de re alien. fact. 2. feud. 8. Oldend. class. act. 5. tit. de benef. action. Schneid. part. 4. feud. num. 2.* Investire siquidem est hic inducere in possessionem. *c. 1. si de feud. Vasal. ab aliq. interpell. fuer. 2. f. 25. c. ex ore. quæ fiunt à maior. part. cap. c. 1. à princ. quid sit invest. 2. f. 2. Duar. de feud.*

cap.

ca.7.num.2. Fit autem investitura aut de veteri aut de novo beneficio. *c.1.per quos fiat. investitu. 2.feud.3.ca.1.de invest. vet. & nov. benef.*

† Investituram de feudo novo vulgò Interpretes Obertum secuti constituunt duplicem; Abusivam sive impropriam aut simplicem & Realem seu propriam aut absolutam, *per c.1.à princ. quid sit invest. 2.f.2. ubi com. FF. Clar. in §. feudum, quæst.26.num.1. Joan. Pet. de ferrar. form. libell. ad revoc. feud. gl. investivit, num.2. Sonsbec part. feud.9.num. 2. Schneid. part.1. feud. num.66. Equin. Baro in c.1. quid præced. deb. invest. & in ca.1. de nov. form. fidel. ubi illam vocat civilem, hanc verò naturalem investituram, Schurpff. cent.1. consil.98.num.11.* 2.

Abusiva investitura.

Abusiva seu impropria investitura est, quæ verbis fit, interveniente aliquo actu corporeo citra traditionem ut quando hasta bacillum, sceptrum, vel aliud corporeum quiddam secũdum consuetudinem loci porrigitur à Domino feudi, se super hoc investituram facere dicente, hunc in modum' *Ego investio te hoc signo. Zas. de feud. part. 6.nu.1. Schn. part.1. feud. nu.66. & part.4. num. 4. in fin. Wesenb. de feud. capit.8.num.11.* Nihil 3.

ergo aliud facit annulus, bacillum vel virga, nisi quod est signum investituræ. *Schn. d. part. 4. numer. 5. Mynſ. cent. 4 obſ. 6.* Hinc feuda Regalia conceduntur Principibus ſecularibus per vexillum, unde vulgò Fahnen Lehen dicuntur, & Ecclesiaſticis perſonis per ſceptrum unde vulgò Lehen von einem krummen Stabe *Schnei d. part. 4. num. 5.* Quæ quidem inveſtitura ita demum ſubſiſtit ſi coram duobus Vaſallis (modo inveſtiens Vaſallos habeat) legitimè concedatur. *c. 1. à princ. quid ſit inveſt.* & latius poſtea.

4. † Effectus autem huius abuſivæ inveſtituræ hic eſt quod per illam Vaſallus non inducatur in veram proſſeſſionem, ſed inveſtiens præcisè obligatus ſit ad traditionem vacuæ poſſeſſionis rei illius, de qua Vaſallus abuſivè inveſtitus eſt *cap. 1. à prin. ſi de inveſt. feud. controv. 1. F. 4. ibi rectè eum, qui inveſtitus eſt, cogitur Dominus mittere in feudi poſſeſſionem. c. 1. § ſi facta. ſi de feud. defunct. cont. ſit int. dom. & agn. vaſ. def. 2. F. 26. c. 1. § fin de nov. form. fidel. 2. F. 7.* quod ſi differat dominus, omnem utilitatem Vaſallo præſtabit tex. *in d. c. 1. § fin. 2. F. 7.* ubi Jacobus de Beluiſo ultima verba (*quod ſi differat, omnem utilitatem ei præſtabit*) ſic interpretatur:

tur: Omne illud quod erat habiturus si à principio possessionem tradidisset. *Schned. part. Feud. 4. num 11.* Alij dicunt omnem utilitatem id est interesse circa rem vel extra rem. *gl. in l. 1. C. de eo quod interest* Quam sententiam probat *And. de Isern. in d. § fin. Fichard. vol. 2. cons. 22. num 9.* Id quod etiam ratio suadet: Nam aliâs sequeretur quod impunè posset Dominus investituram & traditionem rerum feudalium protrahere ad libitum suum, & interim fructus suos facere, quod esset contra prædicti *§. fin.* dispositionem. Idq; non solùm in primo concedente verum etiam in eius successore obtinet *per textum clarum & expressum in c. 1. qui success. feud. dar. ten. in fin. 1. F. 3. ubi ita dicitur. Laici si aliis investituram dederint, hæredes eorum si rationibus claruerint, omnimodò eam adimplere compelluntur. & text. in c. 1. qui success. feud ten. 1. F. 9 Schurpff. cent. 1. cōs. 7. num. 3.* Quod adeò verum est, ut nec offerendo interesse Dominus liberetur, *per tex. in c. 1. §. si facta. si de feud. def. cōt. fuer. int dom. & agn. def. 2. F. 26. ubi ista extant verba: si facta de feudo investitura pœniteat dominum, antequam possessionem transferat, an præstando interesse vasallo liberetur, quæsitum est? Responsum est, prætermissa illa condemnatione do-*

minum possessionem feudi, de quo investituram fecit, tradere compellendũ. Petr. de Bella-Pert. de feud. cap. 13. num. 5. Myns. cent. 4 obs. 61. nu. 5 & nu. 12. Zas de feud. part 6. num. 12. Oldend. class. 5, act. tit. de benef. act. Schurpff. d. cons. 7. num. 3. & cons 17. num. 1. Imò etiamsi de re aliena Dominus (sive sciens sive ignorans rem alienam) vasallum (inscium tamen) investiverit, eaque res postea evicta fuerit, tamen nihilominus vasallo tenetur, ut ei vel aliud eiusdem bonitatis seu quantitatis præstet. *Tex. in c. 1. à princ. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. an apud jud. vel cur. dom. 2. F. 46. Zas. d. part. 6. num. 18. Fichard. vol. 2. consil. 13. num. 2 Wurmbs pract. obs. ti. 51. observ. 1.*

5. † Deinde abusiva sive verbalis illa investitura tantæ est virtutis ut per eam dicatur concessa & data licentia & potestas apprehendendi possessionem propriâ autoritate, *ut tradunt omnes post Innoc. in c. ex literis. de consuetud. & Dd. in c. tuas. de donat. Jacobin. de S. Georg. in sua invest. gloss. investivi talem. nu. 3. Schurpff. cent. 1. cons. 53. & cons. 98. num. 11. Wesemb. de feud. cap. 8. num. 11. & num. 15. & 30. Fichard. vol. 1. cons. 6. num. 4. & vol. 2. cons. 23. num. 12. & cons. 26. num. 4. Ferrar. Mont. in collectan. Feud. lib. 3. cap. 3. cap. 1. Schneid. par. 4. Feud. num. 11. per tex. in cap. 1. quid sit invest.*

&

& arg. c. 1. à princ. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. c. ex parte. de consuetud. §. interdum 44. Instit. de rer. divis. L. quisquis 28. C. de donat. l. non statim. 8. π. de pecul. Non enim ad hoc, ut quis nanciscatur possessionem requiritur, ut in possessionem ducatur, sed sufficit solùm, si Domini voluntas ab initio adsit & eo sciente ac tacente abusivè investitus possessionem apprehendat. *Arg. l. 1. C. de acquir. possess. L. si à te emero 16. π. si serv. vind. Bald. in procem. Feud. num. 14. & in tit. quid sit invest. num. 3. Clar. § feudum. quæst. 26. num. 1.* Quod tamen ita intelligendum, quando possessio esset vacua, hoc est libera, non alteri concessa, vel ab alio occupata, quam ab eo, qui abusivè apprehendentem investivit, ut ita quidem vacua sit respectu aliorum quæ eadem vacua non est respectu investientis. *Arg. l. quod meo. 18. §. si venditorem. 2 π. de acquir. possess. l. si in emptione 2. §. 1. π. de act. emt. l. cum res. 12. C. de probat. L. non iccircò 12. C. de fid. instrum. & ibi Wesembec. Mynsi. cent. 4. observ. 61. num. 4.* Et feudum si est magnum & amplum, unius fundi principialioris possessionem ingredi sufficit, ut per hanc sit acquisita totius feudi possessio, modo feudum contineat sub se aliquos fundos tanquam partes totius universa-

versalis. *Arg.l possideri.3.§.1.π.de acquir.vel amit.poss.Zas.lib.1.cons. 10.num.6.& in tract. feud.part.6.num.29. Myns.cent.3.obs.39. Gail. 2.obs.129.num.6.& seq. Gemmel. in compend.*
6. *feud.part.6.vers. Quaestio sequitur.* Ex quibus elicitur, quod Vasallus per hanc abusivam investituram dominium utile vel possessionem non consequatur. *Zas.d.part.6. num 7.Schneid.de feud.part.4.num.9.* cum is, cui feudum ita constituendum, nihil dum juris in re ipsa habeat sed ipsi saltem obligatio atque actio ad rem tradendam per eam acquiratur. *d.c.1.§ fin.de nov.form.fidel. 2.F.7.c.1. à princ. si de investit. feud. controv. fuer.1.F.4.c.1 §. si facta. si de feud. defunct.cont. fuer.int.dom.& agn.vas.defunct.2.F.26.c.1.qui success.feud.dar.ten.1.F.3.* Et dominium per investituram abusivam non transferri probatur etiam de jure civili per *L. si ager.50.à princ. π. de rei vindic. ubi dicitur, neminem ex emto agere posse, nisi res sit tradita.* & sic ex solo titulo absque traditione non quæritur dominium, nec jus vindicandi. *L. Quintus. 40. ff. de act. emt.l.traditionib.20.C.de pact.c. per tuas.5.de donat.* neque etiam abusivè investito acquiritur possessio rei infeudatæ per *d.c.1.§ si facta. ibi antequam possessionem transferat. L.non statim.8.π.de pecul. c. inter*

dilectos.

dilectos. de fid. instrum. Bald. in c. 1. quid sit invest. num. 2. 2. F. 2. Oldend. class. 5. tit. de action. benefic. fol. 755. Mynſ. cent. 4 obſ. 61. & communiter ita tenere Dd. refert Weſemb. in tract. feud. cap. 8. num. 18.

Propria inveſtitura.

Propria inveſtitura eſt, cum traditur poſſeſſio rei beneficiariæ, idq; multis modis. I. Quando vaſallus per Dominum, aut juſſu eius per alium inducitur in poſſeſſionem realem. *c. 1. quid ſit inveſt. à princ. 2. F. 2.* Wann der Lehenmann in das Lehengut geführet vnd eingeweiſet wird. *Weſemb. cap. 8. Feud. num. 11. Schneid. part. 1. Feud. num. 66. & part. 4. num. 4.* II. Si præcedens abuſiva inveſtitura fiat in ipſo feudo vel oculis ſubjecto. *arg. L. clavibus. 74. π. de contrah. emt. L. quod meo. 18. §. ſi venditorem. 2. π. de acquir. poſſeſſ.* III. Si Dominus impropriè inveſtiendo utatur verbo tradendi, poteſt vaſallus propria authoritate ingredi poſſeſſionem vacuam, *ut tradit Alvar. in c. 1. quid ſit inveſt. arg. l. prædia. π. de acquir. poſſ.* IV. Si Dominus coram Parib. Curiæ, aut aliis honeſtis viris juberet vaſallum ingredi poſſeſſionem feudi: alioquin non ſolennis juſ- 7

ſus

ſus nihil efficeret. Sic conciliabis *c. 1. à pr. de conſuetud. rect. feud. 2. F. 33. & c. 1. quib mod. feud. conſt. 1. F. 25.* Et hæc propria inveſtitura *à Jacobin. de S. G. in ſua inveſt. in gl. inveſtivi. num. 1.* Realis & corporalis nominatur: à Baldo in *d. c. 1. num. 3. quid ſit inveſt.* illa, in qua conſiſtit ſubſtantia poſſeſſionis *per L. poſſideri. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. vel amit. poſſ.* Benè enim dicitur inveſtitura cum traditione *c. 1. de inveſtit. vet. & nov. benef.*

8. † Effectus huius inveſtituræ eſt quod vaſallus per eam dominium utile, uti vocant, conſequatur, & poſſeſſio rei feudalis transferatur in ipſum Vaſallū inveſtiensq; teneatur ad patientiam: ut nimirum patiatur inveſtitum re feudali uti frui: Hoc enim ſubſequitur poſſeſſionem traditam. *c. 1. §. rei autem: de inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8. d. c. 1. quid ſit inveſt. c. 1. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. Schneid. part. Feud. 4. num. 4. Weſemb. d. cap. 8. num. 11.*

Qui inveſtire, inveſtiriq; poſſint.

9. Utramque illam inveſtituram facit vel Dominus ipſe vel Procurator eius nomine. *Text. in c. 1. §. ſed utrum; ubi FF. com. per quos*

quos fiat. invest. 2. F. 3. Et investire potest omnis qui legitimam suorum bonorum administrationem habet, ut supra cap. 7. diximus. Personam quoque accipientis investituram non distinguimus, num ille ipse, cui feudum acquiritur, vel Procurator ipsius nomine investituram accipiat. *d. c. 1. vers. sed utrum. Sonsbec. part. 9. Feud. num. 5. Schneid. de feud. part. 3. num. 107.* Id quod illustribus viris frequentatur, qui ut sumtibus modus aliquis fiat, beneficia maximè antiqua per Procuratores petunt & agnoscunt. *Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 2. cap. 1.* Qui verò feuda accipere possint, dictum est supra cap. 8.

† Planè de uno feudo plures investiri possunt. *c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3. qui success. ten. 1. F. 9.* Duobus autem de feudo diverso tempore investitis is potior est, cui res tradita est. *arg. l. quoties 15. C. de rei vind. ubi si duob. res vendita fuerit, is potior habetur, qui possessionem eius rei adeptus fuerit: l. si ea res. 31. § final. π de act. emt. l. si debitor. 10. π. de pignor.* Nam traditione dominia rerum transferuntur. *L. traditionib. 20. C. de pact. ubi Wesemb. & in tract. feud. part. 8. num. 16.* sed abusivè investito, cui nec dominium, nec possessio hac investitura est acquisita, sed 10.

actio

actio saltem ad rem tradendam, ut superius dictum, Dominus hoc casu ad interesse dupliciter obligatur vel ad solvendam pecuniam feudo æquivalentem, vel ad feudum consimile, parisque æstimationis. *c. 1. ibi: ut aliud eiusdem bonitatis seu quantitatis ei præstetur, de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. ibi: vel nummos &c. si de feud. vasal. ab aliq. interpell. fuer. 2 F. 25. & ibi Equin. Baro. arg. l. 1. à princ. ff. de act. emt. gl. in c. 1 §. si facta. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Quod si contentio sit inter eos, quorum uterque asserit, possessionem sibi traditam, in dubio etiam videtur potioris juris esse, cuius investitura apparet esse prior nisi aliud probetur, quâ cautelâ similiter fieri poterit secundum Baldum ut alteri interesse saltem debeatur, altero in possessione manente. *c. qui prior. ubi Dynus. de regul. jur. in 6.* Ferrar. *Montan. lib. 5* Feud. *cap. 1.*

Objectum investituræ.

11. Porrò fieri debet investitura de re certa, quæ ad feudi naturam recipiendam sit apta *c. 1. per quos fiat invest. 2.* F *3. c. 1. de invest. vet. & nov. benef.* Res ad feudi naturam recipiendam idonea quæ sit, ostensum est supra cap. 9.

Ex

Ex juris feudalis certitudine & receptâ omnium Interpretũ sententiâ valet quoq; investitura de feudo nondum aperto sive de caducitate successionis atque expectativa der anwartung halber/ uti appellant, puta si vasallus ultimus sit familiæ & agnationis suæ. *Text. in c. 1. §. moribus. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. c. 1. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3. c. 1. qui success. ten. 1. F. 9. c. 1. de cler. qui invest. fac. 2. F. 34.* dummodò nullum præjudicium fiat ipsi vasallo viventi, *c. 1. vers. si quis investierit. de feud. dat. in vic. L. Commiss. reprob. 1. F. 27. & ibi Martin. Laud. nu. 8. Jul. Clar. §. feudum. q. 14. Zas. part. feud. 6. n. 19. Fichard. vol. 1. cons. 17. n. 4. Gail. lib. 2. obs. 155. n. 2. ubi ita scribit:* So einer der letzte seines Namens vnd Stammes ist/ kan oder mag dessen Lehen von dem Lehenherrn außgebetten/vnd einem andern die anwartung vergönnet werden. Et dicitur hoc jus per investituram acquisitum ein Expectantz oder Anwartung auff eines andern Lehen. Nec requiritur consensus vasalli viventis eo in momento, quo Dominus investituram facit. *d. c. 1. t. F. 27. & ibi Dd. com. d. c. 1. 2. Feud. 34.* Nã quod non nocet, & alteri prodest, de facili est cõcedendum. *L. in creditore 38. π. de evict. l. 1. §. denique. π. de aqu. pluv. arcend.* 12.

I

13 † Et transit eiusmodi spes investituræ ad hæredes activè & passivè. *tex in c.1.qui succes. feud.dar.ten.1.F.3.in c.1.qui success.ten.1.F.9.§. sub conditione 4.vers.ex conditionali. Instit. de verb.oblig.* Activè, ut si Dominus qui feudũ alienum in casum mortis possessoris alteri concesserat, ante possessorem debitum naturæ solverit, hæres eius investituram hanc facere, eamq; omnimodò adimplere tenetur, *c.1.§.morib.si de feud.def.cont.fuer.int.do. & agn.vas.def.2.F.26 c.1. qui success.feud.dar. ten.1.F.3. c.1.de cler.qui invest.fac.2.F.34.* & quidem secularis Domini successorem indifferenter teneri certũ est. *d.c.1.qui success. feud.dar.ten.1.F.3.d.c.1.qui success. ten.1. F.9.*

14 † Aliud juris reperitur in successore in dignitate Ecclesiastica. Nam si Archiepiscopus, Episcopus, Abbas vel Abbatissa investituram eius feudi, ꝙ alius detinebat eo tenore alicui dederit, ut post decessum eius, qui possidet, habeat & ante decesserit Archiepiscopus quàm ille qui feudum possidet successores eius non coguntur eam investituram facere vel cõfirmare. *d.c.qui success.feud.dar.ten & d.c.1.qui success.ten.d.c.1.à princ.de cleric.qui invest.fac.* nisi persona Ecclesiastica investiturã fecerit de bonis suis allodialib. quo casu eius successor omnifariam

riam

riam cogitur eam adimplere. *d.c.1.2.F.35.d. c.1.§.morib.* tunc enim Laico comparatur. *L. de his clericis 3. C. de episc. & cler. Hottom. in c.1. vers. si verò. qui success. feud. dar. ten. 1. F.3.* Vel nisi investitus nomine eius feudi in possessioné missus sit eo consentiente, qui detinet, tunc enim investitura absoluta & consummata est, & ideò successor personæ Ecclesiasticę eã ratã habere cogitur. *d.c.1.1.F.3.*
† Passivè transit spes conditionalis investituræ ad hæredes, ut si is qui sub conditione investitus fuit, vivente possessore feudi, & ante conditionis eventũ decesserit, nihilominus jus ex investiturâ quæsitũ ad hæredes trãsit, ita ut defuncto deinde possessore feudi dominus hęredib. investiti feudũ cõcedere obstrictus sit. *d.c.1. qui success. ten. 1. F. 9. arg. §. sub cõditione. vers. ex conditionali. Inst. de inutil. stipul.* † Et vasallo mortuo, q ultimus suæ familię & agnationis fuit, & feudo ad dominũ reverso, domin⁹ si velit rursum infeudare, cognatos defuncti ex ęquitate Canonica omnib. pręferre debet: & hoc si deneget, ipsis iniuriam facit, adeò ut propterea possint ad superioré appellare. *Myns. cent. 5. obser. 16. num. 1. Wurmbs. tit. 51. obser. 7. Et hanc opinionem communiter esse receptam tenet Julius Clarus in §. feudum, quæstione 67.* 15 16

& Fichard.vol.1.conſ.17.num.8. & vol.2.conſ. 15.num.13.& conſ.16.num.5. Secundum quam in Camera Imperiali fuit concluſum teſtimonio Mynſingeri cent.6.obſ.79.num.7. intervenientibus tamen requiſitis hiſce : primò quod conſanguinei talem renovationem petant à feudi domino intra annum, aliàs enim eo elapſo præſcriptum eſſet huic judicis officio. 2. exigitur, quod conſanguinei id petant re adhuc integra exiſtente, id eſt, priuſquam dominus de eiuſmodi feudo alium inveſtiviſſet. 3. Quod tales conſanguinei ſint hæredes defuncti vaſalli.

Inveſtituræ ſolemnitas.

17. Solemnitas inveſtituræ novæ conſiſtit in adhibitione Parium, ſiquidem haberi poſſint. *c.1. quid ſit inveſt.2.F.2.c.1.quot teſt. ſint neceſſ.ad prob.nov.inveſt.2.F.57.c.1.§.fina. de feud.Guard.1.F.2.c.1.qui ſucceſſ.feud.dar. ten.1.F.3.c.1.§.quod autem de not.Feud.2.F.58.* Uſque adeò verò Parium & Convaſallorum præſentia neceſſaria eſt, ut niſi illi teſtes adhibeantur, actus non valeat. *d.c.1. à princ.2.F.2.d.c.1.2.F.57.Thoming. deciſ.21.n.1.* Ratio hæc eſt! quia non præſumitur in illis ſuſpicio, cum ob juramentum ab iis præſtitum: tum ob beneficium ſuum, quod habent à Domino. Quod ſi Pares Curiæ præ-

ſentes

ſentes non ſint, nihilominus, quoad fieri poteſt, vocandi & exſpectandi ſunt. *gl. magna in c. 1. quid ſit inveſt. per c. 1. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. & ibi Bald. n. 5. Weſem. cap. 8. feud. nu. 13.* Et ſi Dominus unicum tantummodò Parē haberet, & ille neceſſariò adhiberi debet cum alio extraneo. *arg. l. cum antiquitas 28. C. de Teſtam. Baro à Tau. in d. c. 1. 2. F. 2* Dominus omninò ſi Pares non habeat, ſufficit extraneos adhibuiſſe, at idoneos *d. c. 1. §. ſi autem inveſtitura. 2.* F. *2. c. 1. §. 1. ſi de inveſt. int. dom. & vaſal. lis oriat. 1.* F. *26. c. 1. § quod autem. de conſuetu. rect. feud. 2.* F. *33. c. 1. § quod autem. de not. feud. 2.* F *58.* ne probationum facultas anguſtetur. *arg. l. quoniam 21. inf. C. de hæreti.* Idque æquitatis intuitu ne Dominus benè meritum ſibi beneficio aliquo etiam officij ergo devincire prohibeatur, ob id quod deſiderantur, per quos teſtes hoc utiliter fiat. *Hattyſ. in anal. feud. c. 9. Baro à Taut. in d. c. 1. qui teſt. ſint neceſſar.* Ferra. *Mont. lib. 3. feud. c. 1.* Et quoniam pluralis locutio duorum numero contenta eſt, ſatis quoq; fuerit adeſſe duos. In ore enim duorum vel trium conſiſtit omne verbum. *d. c. 1. §. quod autem. L. ubi numerus 12. π. de Teſtib. c. pluralis. 40. de reg. jur. in 6.* Ferrar. *Montan. d. loco. Weſembec. in π. ff. de teſtib. num. 6.*

18 † Ecclesiastici feudi novi investitura indistinctè non attento scilicet eo, an vasallos idem dominus habeat, nec ne, coram Paribus vel extraneis conferri potest. *c. 1. vers. in clericorum. si de invest. int. dom. & vasall. lis oriat. 1. F. 29. & ibi Hottom. & Equin. Baro.* Ratio diversitatis traditur in *d. vers. clericorum.* Quia clerici cum quosdam de feudo investiunt, sępè absconsè & sine pręsentia suorum confratrum hoc facere student.

19 † Antiqui feudi investitura fit tam coram extraneis, quàm Paribus Curię. *d. c.* 1. §. 1. 1. *F. 26. c. 1. vers. de veteri. qui test. sint necess. ad prob. Gail. lib. 2. observat. 50. num. 5.* Nam cum notorium sit, & antiquitùs constitutum jus feudi, probatio non tam exacta & idonea in antiquis reperitur, prout in novis. Quippe non tam est investitura nova quàm prioris & antiquę redintegratio ac confirmatio. *Wesemb. cap. 8. Feud. num. 14. & alij ibid.*

20 † Hoc modo sine scriptis perficitur investitura. In scriptis fit per instrumentum publicum testimonio duorũ Parium communitum, vel solo sigillo Domini. *c. 1. vers. si autẽ. quid sit investit. 2. F. 2. c. 1. in fi. si de feud. vasall. ab aliqu. interpell. fuer. 2. F. 25. c. inter dilectos. de fid. instrum.* Nec necessariò requiritur,

tur,ut omnis investitura scriptis comprehendatur *per c.1.quid sit invest.c.1. quot sunt test.necess.2.* F.57. Fiunt enim scripturę, ut quod actum est per eas faciliùs probari possit. *L.contrahitur.4.π.de pignorib. l.pactum 14.C.de pact.l.cum te 5.C.de transact. Andr.de Isern.in c.1. quibus mod.feud.constit.Hottom. disp.feud.cap.25.in fin. Wesemb.c.8.feud.num. 31.Schneid part.feud 4.num.20.*

Consultius tamen est supra investituram fieri scripturam & instrumentum, cum aliàs fraus domino vel vasallo facilè contingere posset. Unde hodie non tantum super novo feudo,sed etiam in renovationē feudi antiqui. Daß man die Lehenbrieff vernewert/ literę investiturarũ fiunt, & generali quadam consuetudine optimè receptum est,ut id quod in contractu investiturę actum est, in scripturam redigatur sub sigillo Domini,quam ad rem Principes & Maiores Domini plerumq; sigillis ad id factis vel sigillis maiorib.uti solent,*ut testatur* Rosenthal *de feud.c.6.concl.4. & Vult.lib.1.feud.c.7.n.72.*

† Et Dominus compelli potest officio judicis ad faciendum instrumẽtum vasallo 21
cõcessionis feudi *per tex. in l.datã 26.C.de liber.caus.* pdest enim vasallo, & Domino nõ obest.*arg.l.rescripta.7.C.de precib. Imp.offer.l.*

creditor 52. ff. de act. emt. c. Ecclesiasticis 12. quæst. 2. Joan. Blanc. in Epito. feud. lib. 1. cap. 3. num. 53. Wesemb. d. cap. 8. num. ult. Schne. d. d. part. num. 118.

Renovatio investiturarum.

22. Investitura de veteri beneficio propriè dicitur Renovatio investituræ, seu recognitio feudi, Wider empfangnuß deß Lehen/ quæ toties necessaria est, quoties Domini vel vasalli persona mutatur, *c. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2.* F 24. *c. Imperialem, §. præterea. de prohib. feud. alien. per* Frider. 2. F. 55. nec refert, an illa mutatio contingat per mortem, vel alio modo. *Ludolph. Schrad. vol. 1. cons. 17. num. 1.* etiamsi ad vasallum vel dominum titulo singulari emtionis nempe donationis, vel simili modo feudum pervenerit. *Schrad. d. cons. 17. num. 2.* Unde in literis investituræ solet adjici hæc clausula; Vnd soll den Lehen/ so offt sie zu fall kommen/ gebürliche volge thun. *Schneid. part. 1. feud.*
23. *num. 36. & part. 5. num. 1.* † Estque hæc investitura feudi antiqui confirmatio & quasi redintegratio investituræ primitus de feudo factæ. *Feudistæ com. in c. 1. quid præced. deb. inv. vest.* quę feudi naturā non alterat, nec investito ullū jus novū præstat: sed id quod ex stipite

ſtipite agnationis competit, confirmat. *Zas de feud. part. 3. num. 1. & vol. 2. conſ. 22. num. 11. Hartman. tit. 54 de feud. obſerv. 9.*

Regulariter feudum recognoſci debet à 24
maſculo, non verò à fœmina. Si ergò ille, qui proprium feudum ſuum militi pro beneficio dedit, duobus filiis relictis deceſſerit quorum unus filia tantum relicta obiit, alter verò filio maſculo relicto ſuperſtite defunctus eſt, tunc miles non debet feudũ ſuum per fœminam recognoſcere, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primam inveſtituram fecit. *Ita eſt textus in ca. 1. §. nã & illud. de eo qui ſib. vel hered. ſuis 2. F. 17.* Quod ſi Dominus decedat, relicta uxore prægnãte, dabitur curator ventri q recipiat fidelitatem *juxta Curt. Jun. de feud. part. 4. num. 56.* at rectius putant *Schneid. in comp. feud. part. 3. num. 86 & Baro à Tautemb. in c. 1. à princ. num. 7. verſ. Tertio. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* partus eventum exſpectãdum, cum infra annum & diem demum cogatur. Vaſallus renovationem inveſtituræ petere, & ſi filiam pareret, ad proximos agnatos feudum illud devolveretur. *c. 1. §. his verò. de gradib. ſucceſſ.* Igitur ab his inveſtituræ renovatio petenda foret.

Cauſæ huius renovationis inveſtituræ 25.

ab interpretibus potiſſimum tres adferuntur, I. Quod ſit ſignum Reverentiæ, quam Vaſallus Domino ſuo exhibere debet. *cap. 1. qu. fuit prim. cau. benef. ibi ingratus. 2. F. 24.* & ut Vaſallus intelligat, ſe feudum obtinere beneficio dominis potius, & primi acquirentis, quam ſucceſſione. II. Propter juramentum fidelitatis, quod ad heredes non tranſit, cum juramentum quoad obligationem animæ & perjurii crimen perſonale ſit. *cap. veniens & ibi Abb. ac CC. de jujur.* eoquè cum perſona extinguatur, *l. 1. §. & datur. 43. π. de aqu. quotid. & æſt.* III. Ne longinquitate temporis obſcuretur & dubium reddatur jus domini. *argum. c. longinquitate 12. qu. 2. L. plures 19. C. de fid. inſtrum. Clar. §. feudum quæſt. 49. numer. 1. Schneid. part. 5. Feud. num. 4. Sylvan. de feud. recognit. qu. 12. num. 1.*

26 Debet autem renovatio feudi ſub eâdem formâ & pacto fieri, quo prior eſt facta; quod ſi Dominus facere detrectet, non eſt quod quicquam Vaſallo de feudo non recognito imputetur. Namque ut communis Feudiſtarum ſchola docet, in feudis antiquis tenor inveſtituræ primæ, in quem veluti ſcopum, omnis feudi ſtatus dirigatur, in deſcendentibus diligenter ſervandus

dus est, ut ita literarum stylus à Domino sine consensu Vasalli & agnatorum variari non debeat, *argum. c. 1. de alien. feud. part. 2. F. 39. gl. in cap. 1. de feud. non habent. propr. nat. feud. Schneid. part. 4. Feud. num. 32. Zas. part. 6. Feud. num. 23. & part. 8. num. 21 & sequ. Gemmel. in compend. feud. part. 6. vers. in antiquis &c. ubi ait, ita in Curiis Germaniæ passim observari, talemquè investituram præsumi, qualis in majoribus fuit.* Unde ex sententia Baldi aliorum Dd. sequentes investituræ nihil aliud sunt, quam prioris confirmatio.

† Confirmatio autem nihil novi inducit. *c. 1. de confirm. util. vel inutil. c. cum. dilecta. 4. §. nuper eod. Felin. in c. super. num. 1. de offic. jud. deleg. Andr. Geil. lib. 2. obse. 1. num. 3.* sed in omnibus secundum actum confirmatum extenditur & restringitur. *Arg. cap. quia diversitatem. 5. de concess. præb. Jason in L. more. num. 41. π. de jurisdict. omn. jud.* Et nequè Dominus invito Vasallo, neque vicissim Vasallus invito domino potest apponere pactum novum & insolitum. *Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. numer. 70.* Quod enim est contra antiquam formã, videtur extortum & impressum quiddam, *ut voluit Bald. à princip. titul. qual. jur.* 27

jur. Vaſ. deb. Alvar. in ca. 1. §. 1. not. 1. de feud. Quard. Fichard. vol. 2. conſ. 8. num. 19. Hinc ſi fortaſſis Dominus in relevamine antiqui feudi Vaſallo conſentiat ut feudum, quod ante ſub certis pactionibus datum, nunc in alias mutetur abſque conſenſu legitimorum heredum, iſta ſecunda conceſſio ſeu ſcriptura nihil facit in præjudicium agnatorum, ſi modò primæ inveſtituræ ſcriptura extaret. *Jacobin. de S. G. in gl. ita quod ipſi inveſtiti num. fin. Gail. lib. 2. obſ. 49. Zas. d. part. 6. num. 23.* Quia ut modo dictum fuit, ſtylus primæ ſcripturæ & inveſtituræ mutari non poteſt abſq; conſenſu eorum, quorum intereſt. *Arg. c. 1. de alien feud. pat. 2.* F. *39.*

28. † Eſt enim prima inveſtitura radix & fundamentum omnium ſequentium *Sonsbecc. de feud. part. 9. num. 24. Zaſ. de part. 6. num. 24. & part. 12. num. 41. Schneid part. feud. 4. num. 35.* Hinc & in dubio poſtquam conſtat de antiqua inveſtitura præſumitur ſequens facta ſecundum conditiones in prima appoſitas. *c. 1. in fin. de eo qui fin. fec. agn. de feud. pat. 2. F. 49. c. 1. & ibi FF. de duob. fratr. à Capit. inveſt. 2. F. 18.* Vnde illa clauſula in inſtrumentis inveſtiturarum apponi ſolet! Und leihen jhme ſolche gütter mit allen jhren Ehren/würden/Nutzungen/Freyheiten/ und

gerech-

gerechtigkeit / nichts darvon außgeschlossen/ sondern in aller massen / wie es seine / Voreltern von uns und unsern Vorfahren zu lehen inne gehabt/ redlich herbracht/ ersessen / und erlanget haben. *Schneid. part. 4. feud. num. 36.*

Dominus feudi si moriatur plurib. hæredibus relictis, investitura petenda ab omnibus, omnibusque à Vasallo fidelitas promittenda est. *Text. in cap. 1. quo temp. mil. invest. pet. 1. f. 22. ca. 1. si plures sint. dom. vel Vasal. Wesemb. de feud. cap. 8. num. 22. & 26. Zas. de feud. part. 7. num. 11 qui ait hoc commune.* De consuetudine in Francia Orientali observatur, ut heredes domini unum eligant, cui juretur nomine aliorum, & à quo investituram petat Vasallus, id quod testatur Gemmel. *in comp. feud. part. 7. fol. mihi 44.* Idque etiam in Gallia usu firmari frequentissimè se vidisse refert Corasius *ad L. viæ. num. 24. π. de servitut. arg. l. quod si nolit 31. §. si plures 5. π. de ædil. edict. l. fundus. 4. in fin. π. de condit. & de mon.* Vasallus tamen non ad plura tenetur servitia, quam erga defunctum tenebatur. *arg. l. ne in plures. 2. π. de exercit. act.* Unde isti plures heredes aut convenient inter se, cui servitium præstandum sit, aut Vasallus nulli præstabit. *Arg. l. sicuius 13. §. æquissimum. 3. π. de usufr. & l. quotiens. 34. eod. Wesemb.* 29

ſemb.d. cap.8. num.26. & cap 9.num.12.Baro à Tautemb.in c.1.§.omnes filii.num.8.ſi de feud. def.cont.ſit int.dom. & agn.def.2. F. 26. Oldend.claſſ.5.act.tit.de benef.act. † Econtrariò ſi plures ſint Vaſalli itidem ſingulis incumbit inveſtituram petere & jurare; ſive feudum diviſis inter ſe partibus poſſideāt, ſive pro indiviſo in commune. *c.1.§.omnes ſi de feud.def.cont.ſit int.dom & agn.def.2. F.26. c.1.§.prætereà Ducatus.de prohib.feud.alie.per Frider.2.F.55 Weſemb.d.c.8.nu.9.Wurmbſ.tit. de feu.51.obſ.27.* qui tamē idem *obſerv.35.* cōtrarium de conſuetudine Germ. ſervare teſtatur. Nempe quod plures heredes Vaſalli unū ex eis eligere poſſunt tamquam Curatorem, vulgò ein Träger oder Lehenträger/ q omnium nomine inveſtituram petet & jurabit. Quam conſuetudinē fi mat. *H.Hart. pract.obſ.tit.54.obſ.19.nu.2.& Udalr. Zaſius in Epit.feu.part.7.nu.11.qui ait, eodē jure & civitatem uti, ut unus eis deputetur, qui feudum recognoſcat, & ita de facto ſervari, quod & teſtatur Gemmel. part.7.Feud. verſ.quib.conſequens.Schneid.de feud.part.5.num 13.*

51 † Nec deſideratur inveſtiturâ feudi antiqui alia nova poſſeſſionis traditio, utpote, quæ jam ante apud Vaſallum exiſtit. *L.in ſuis.11.π.de liber.& poſth.ubi Jaſon.§.ſi autem.ubi*

gl.

gl.in verb.existimantur.Inst.de hered. qual. & differ.c.1.à princ. ibi per investituram patris de feud. March. Saison in consuetud. Turon.tit. 12. art. 1. Gail. 2.obs.152. Schneid. part. 4. Feud. num.4.

† Peti ac dari debet investitura quocumque loco, honesto tamen & tuto. *Martin. Laud.in c.1.quo temp.mil.invest.num.25.& ibi Præpos.Zas.part.Feud.6. num.30.& part.7.nu. 5.* Eamque Vasallus petere debet cum honoris præfatione seque ad fidelitatis, juramentum offerre *Sonsbecc.part.11.feud.num.1. Zas.d.part.7.num.13.Schneid. d. part.5. nu.57. qui formulam petendi investituram ibi ponit.* 32

Tempus petendi investituram.

Tempus feudi novi constituendi certum definitum non est; solet tamen Dominus diem constituendo feudo præfinire ad quem ter legitimè admonitus Vasallus, si non accurrit, Dominus eum posteà investirè nõ tenetur.*c.1.à prin.qu.fuit pri.caus. ben.amit.2.f. 24.& ibi gl.& Baro à Tautemb. Wes.de feu.ca.8. nu.2.* Renovatio investituræ peti debet intra annum & diem *d.c1..à princ.2.F.24.c.1.§. ultim.de prohib.feud.alien.per Lothar. 2. F.52. cap. 1. §.præterea de prohib.feud.alien.per Frideric.* 33

deric.2.F.55.c.1. à princ. de cap. Corrad. 2. F. 40. Quod tempus à tempore ſcientiæ currit, poſtquam ſcilicet Vaſallus comperit, aut feudum ſibi quæſitum eſſe aut priori domino alium ſucceſſiſſe *d.c.1.§ præterea 2.F.55. arg. l.ſi bonorum 2. C.qui admit. ad bom.poß.l. utile 2.§.1. π. quis ord. in poß. ſerv. l. annus 6. in fin. π. de calumniat. Oldend. claß. act. 5. tit. de benef. act. Schneid. part. 5. feud. num. 27. & nu. 55 Myn ſ cent. 5. obſ. 9. num. 1. Gail. 2. obſ. 48. nu. 8. Fichard. vol. 2 conſil. 23. num. 10.* Weſemb. *d. cap 8. num. 3. & 6.* quare apparet, hoc tempus utile eſſe, & non continuum, quod & Zaſio *part. 7. num. 2.* videtur, quem ſequitur *Gemmel. in comp. feud. part. 7. à princ.* Et cum Vaſallus in dubio non prẹſumatur ſcire feudum ſibi quæſitum eſſe, domino incumbit probare ſcientiam, ad hoc, ut currat tempus petendi inveſtituram. *L. verius 21. π. de probation. Martin. Laud. ad d. tit. quo temp. mil. pet. inveſtit. num. 20. clar. ſ. feudum. qu. 49. num. 3.* cum ignorans quis præſertim ſuper alieno præſumatur, *l. qui in alterius 42. ff. de reg. jur. l. plurimum. 3. π. de jur. & fact. ignor. ferrar. Montan. in collectan. feud. lib. 3. c. 6 verſ. his adde.*

34. † Intra quod rempus, ſi Vaſallus inveſtituram non pætierit, privatur feudo, cum non

non possit de brevitate temporis excusari, qui annum & diem habeat, nisi justa causa intervenerit, quare non petierit. *ca.1.qu.fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24.c.1.quo temp.mil.invest.pet.2.F.22.arg.l. quamvis 21. C.de decur.lib.10.H.Hartm.tit.54.obs.11.num.7.*

† Causæ excusationis justæ sunt. I. inimicitiæ Capitales inter dominum & vasallum, culpâ domini vel casu incidentes ut culpa cuius fiunt, non possit discerni. *cap.1.à princip.quo temp.mil.invest.pet.1. F.22.& ibi Mart.Laud.num.30.Baro à Tautemb.num. 2. Sonsb.de feud.part.11.num.20.* quod aliud esset, si culpa Vasalli quia tunc Vasallus feudum amitteret: lucrum enim ex sua malitia sentire non debet *arg.L.1.§.dolum.2.ff.de dol mal. L.ne ex dolo eod.Jacobin.de S.G.in sua invest.gl.qui quidem investiti.num.51.Ardiz.in sum.jur.feu.c.72.Schn.part.2.feud.nu.45.* 35

† II. Excusat mors Domini vel Vasalli: *d.c.1. quo temp.mil.invest.pet.* ut si ignorasset quis Dominum aut Vasallum decessisse *Baro à Tautemb.in cap.1.à princ.num.7.vers.secundò. quæ fuit prim caus.benef.amitt.2. F.24. Sonsbecc.part.11.feud.num.22.& 24.vers.fallit undecimò.* 36

III. Excusat infantia & Vasalli *d.ca.1.quo temp.mil.invest.1.F.22.* usque ad ætatem doli 37.

capacem. *c. 1. § praeterea. de probib. feud. alier. per Frider. 2. F. 55. c. 1. § si minori. si de feud. d. f. cont. sit int. dom. & agn. def. 2. F. 26. L. fin. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. Ardiz. in sum. jur. Feud. cap. 72. Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti; num. 48. & num. 53. Baro à Tautemb. in d. c. 1. à princ. nu. 4. 1. F. 22. Sonsbecc. part. Feud. 11. nu. 22. Schneid. part. 5. de feu. nu. 29.* & Domini qui est sine tutore, à quo investitura peti potest. *arg. l. si infanti. 18. C. de jur. deliber. L. cum quidam. 17. § si pupillus 3. π. de usur.* Ferrar. *Montan. in collectan. Feud. lib. 3. cap 6. Schneid. part. 5. Feud. nu. 46.*

38 IV. Excusatur Vasallus ob justam absentiam. *d. c. 1. 1. F. 22.* veluti si absit Reipubl. causa. *Sonsbecc. part. Feud. 11. nu. 20. vers. fallit secundo. Schneid. part. 5. nu. 41.* Absentia quippe ejus, qui Reipub. causa abest, nec ei nec alii dãnosa esse debet. *L. absentia 183. π. de Reg. jur. & ibi Cagnol. Jacobi. de S. G. de feu. in gl. qui quidem investiti. num. 52.* Et quãdo Dominus abest ita ut Vasallus eum nõ inveniat, à quo petat investituram, & interim tempus elabatur, Vasallus excusatur, nec feudo privãdus est, & nõ distinguitur, an absẽtia domini sit justa vel injusta. *Sch. latè in d. par. 5. nu. 39.*

39 V. Ipsius Domini infamia excusat Vasallũ. *d. c. 1. à prin. quo temp. mil. invest. pet. veluti si*

à Prin-

à Principe ſit relegatus, aut proſcriptus, vel excõmunicatus. Ea enim ſpecie & obſequia fidelitatis denegare ei poterit Vaſallus, nã fidelitas cum fama domini finitur, & pariter cũ fama domini reſtituitur *per c.1. à prin. hic. fin. lex incip. conſuet. 2. F. 28. Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem inveſtiti. nu. 50. Schneid. d. par. 5. nu. 47. Baro à Tautemb. in d. tit. quo temp. mil. num 6.*

VI. Excuſatio juſta eſt, ſi filius vel agnatus juſtè ignoraret eſſe feudum, quia fortè in exteris locis hactenus verſatus, mortuo patre accitus allodialia eſſe putaret. *Arg. c. 1. §. ſi vaſallus verſ. Vaſallus. ſi de feud. def. contẽt. fuer. int. dom. & agnat. Vaſ. def. 2. F. 26. L. qui in alterius 42. π. de reg. jur. Baro à Tautem. in d. ti. à prin. nu. 7. verſ. ſeptimò. qu. fuit prim. cauſ. benef. 2. F. 24. Sonsb. d. part. 11. num. 21. Schnneid. d. part. 5. num. 37.* 40.

VII. Excuſatur Vaſallus, qui feudi poſſeſſionem obtinere non potuit, utpote, per alium invaſam & occupatam. *Alvar. in c. 1. qu. fuit prim. cauſ. benef. amitt. Schurpff. cent. 1. conſil. 30. & conſ. 66. Zas. part. 7. num. 5. Ita Dd. communiter ſentire refert. Schneid. d. part. 5. num. 35.* Vnde iſte nec ad ſervitia tenetur. *Cagnol. in l. qui actionem habet. 15. num. 8. π. de reg. jur.* 41

42 VIII. Excusat justus metus, ut si inimicitias cum tertio quopiam gesserit Vasallus: cuius metu & periculo tutus ei ad Dominũ accessus patere non potest, quia fortè per ditionem inimici sui iter faciendum ei sit. *arg. l. metus. 3. π. ex quib. caus. major Jacobin. de S. G. in d. gl. qui quidem investiti. num. 51 Ardiz. in sum. Feud. cap. 72. Baro à Taut. in d. cap. 1. quo temp. mil. invest. pet. 1. F. 22. à princi. num. 3. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 3. cap. 6.*

43 IX. Similiter excusat pestis, incursus hostilis, incarceratio, captura Vasalli. *Martin. Laudens. in ca. 1. quo temp. mil. invest. pet. Zas de feud. part. 7. numer. 4. Sonsbecc. part. 11. Feud. numer. 20. Schneid. part. 5. Feud. numer. 49.*

44 X. Item excusat adversa valetudo. *L. sanè si 23. π. mandat. L. non exigimus 2. § si quis judicio 3. π. si quis caut. in jud. sist. cau. Ardiz. d. capit. 72. Wesemb. in tract. feud. capit. 8. numer. 6.*

45 XI. Vasallus à temporis cursu excusatur, si post mortem domini neminem reperit heredem, à quo renovationem investituræ peteret: nam eius temporis inculpatã esse moram constat. *L. pecuniæ fœnebris. 9. §. ult. π de usur. Ardiz. d. cap. 72.* Proinde si

Domino

Domino mortuo de ejus hereditate inter duos ſit contentio, & uterque ad ſeſe feudum pertinere aſſerat inveſtituram ab altero contendentium petere lite pendente nõ tenebitur Vaſallus, dum tamen ille proteſtetur, quod peteret inveſtituram, ſi certum dominum cognoſceret. *Sonsbecc. part. 11. Feud. num. 22. verſ. fallit Quintò Schneid d. part. 5. nu. 38. Zas. d. part 7. num. 7. Ferrar. Montan. d. lib. 3. cap. 6. in fin.* Quod ſi alter ex dominis hereditatis controverſæ poſſeſſor eſſet, inveſtituram ab eo petendam putat Præpoſitus, quem refert *Zas. part. 7. Feud. num. 7. & Baro à Tautemb. in cap. 1. à princ. num. 7. verſ. tertiò. qu. fuit prim. cauſ. benefic. amit. 2. F. 24.* Poterit tamen peti ab altero ſaltem cum proteſtatione, ut ei non præjudicet ſi apparuerit, eum non eſſe dominum. *argum. L. prætor ait. § 1. in fin. π de damn. infect. l. qui vias. 31. § 1. eo.* At diſcuſſa quæſtione inveſtituram recipere debet ab illo qui obtinuit, ad conſervationem juris utriuſque. *Ardiz. d. c. 72. Ferrar. d. loco.*

46. † Impuberi vel pupillo tempus cõſuetudinarium non currere donec pervenerit ad annum 14. ante dictum eſt. & quidem ne tutor feudum recognoſcere neceſſe habet: alius tamen pro eo ſervitiũ faciens admittetur

d.c.1.§.præterea.c.1.§.si quis decesserit.si de feud. def.cōt.sit.int.dō.& agn.Vasal.def. 2.F.26.Bal. in d. §. præterea Jacobin. de S.G.in gl. qui quidem investiti.num. 50. Clar. §. feudum.quæst.
47 *49.* † Major autem annis.14 licet sit minor *25* annis, tenetur recognitionem feudi vel ab parente vel ab agnatis delati debito tempore sub amissionis periculo facere *d. cap. 1. §. præterea. ubi FF. clar. d. quæst. 49.num.5.* Quod si tamen talis minor 25. annis in petendæ investituræ tempore lapsus fuerit, ipsum restitui in integrum ætatis beneficio posse, & juris & æquitatis rationibus congruit. *Arg. d.c.1. §. si minori. Thessaur. decis. pedemont.227.num.3.& seq.& Ita Ob.communiter sentire monet Wesembec.de feud.cap.8.nu. 7.Zas.part.7. Feud.nu 8.Schneid.part.5.Feud. numer.30* Est namque regula, quod semper minor restituatur, nisi contrarium in jure reperiatur expressum. *L.ait Prætor.7.l.auxilium 37.π. de minorib.* & probabit læsionem eo ipso, quod infra tempus non petierit investituram. *Bald.in c.1. quo temp.mil.invest. pet.Zas.d.part.7.num.8.* exclusâ tamen destinatâ contumaciâ & dolo, hæc enim duo neutiquam excusationem merentur. *t. t.ff. de dol.mal. & met.except. Schneid. d. part. 5. num.30.*

48 † Et conceditur beneficium restitutio-

nis in integrum usque ad 29. ætatis annum *juxta doctrinam Ferrar. Montan. lib. 3. cap. 6. & Rosenth. de feud. cap. 6. conclus. 40.*

† Si Vasallus infra tempus petendæ inve-
stituræ decedat, successori ejus integrum 49
tempus denuò concedendum esse plerisq; interpretum arbitrantur, *per text. in c. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Martin. Laudens. ad tit. quo temp. mil. invest. pet. num. 13. Mynsing. cent. 5. obs. 9. num. 6. Schneid. p. 5. Feud. num. 31.* Ratio datur ista, quoniam Vasallus non accipit feudum beneficio defuncti, sed ex pacto & providentia primorum, concedentis & acquirentis. *Jacob. de Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 45. H. Hartm. pract. obs. tit. 54. de feud. observ. 11. num. 14.*

† In feudo novo quod à patre devolvi-
tur, filius solum illud tempus habet, quod 50
supererat pātri defuncto ad renovationem investiturę petendam. Ideoque tẽpus, quod pater currere passus est, filio quoq; imputandum erit. *Arg. l. 1. §. quibus π. de success. edi. L. fin. C. qui admit. ad bon. poss. Jacob. de Belviso in c. 1. quo temp. mil. invest. pet. Ioan. Ferra. Mõtan. in colle. feu. l. 3. c. 5. Zas. par. feu. 7. nu. 9. Gem. in com. feu. par. 7. v. in feu. autẽ novo. Gail. 2. obs. nu. 8.* Rationẽ adferũt istã: q̃a in novo feudo filius patris personam refert & representat.

51 † Ultimo notandum est, quod tempus petendæ investituræ, anni & diei non currat Vasallo, priusquã successor domini defuncti fuerit à superiore Domino investitus prout expressè tradit. *Schn. in d part. 5 nu. 55.*

52 † Nec potest Dominus minuere istud tẽpus petendæ investituræ, & breviorẽ terminum Vasallo præfigere, infra quem compareat, & petat renovationem investituræ sub pœna amissionis feudi bey verlust d' Lehẽ *c. 1. a prin. quæ fuit prim. caus. ben. amit. 2. F. 24. cum quo conjungo l. si se 4. §. si quis. 5. ff. de re judic. cap. indultum 17. de reg. jur. in 6. Jacobin. de S. G. de feud in gl. qui quidem investiti, num. 33. Ferrar. Montan. d. lib. 3. cap. 6.* Quod commune pronuntiat. *Schneid. in dict. part. 5. numer. 56.*

Nisi Vasallus consensisset in minori tempore, consensu enim partium talia tempora minui possunt, estque ratio, quia sunt introducta in favorem Vasalli & quilibet juri & favori pro se introducto renuntiare potest. *vulg. l. si quis in conscribendo. Cod. de pact. Jacobin. de S. G. & Schneid. locis citatis.*

53 † Quæri etiam hic solet, utrũ præter oblationem fidelitatis Vasallus Domino etiã Laudemiũ sive Releviũ, ꝙ vulgò dicitur, Lehewahr oder ergetzung offerre aut persolvere

tenea-

teneatur? Et communiter per Doctores concluditur, q; regulariter ex natura feudi nullum laudemium Domino à vasallo persolvi debeat. Vasallus enim nihil amplius debet quàm ad quod tenetur jurejurando. *c,1.de nov.form.fidel.π.2.F.7.* Et ideò, si mortuo patre filius petat renovationem investituræ, non tenetur persolvere Laudemiū Domino, nisi peculiari statuto vel consuetudine loci aliud fuerit receptum.

† Investituræ siquidem gratis fieri debent. *Text.in c.1.vers. & omnes.in tit.de pac. const. Bald.in c.quæ in Ecclesiarum.de constit. Jacobin.de S.Georg.in gl.qui quidem investiti. num.58. Boër.decis.262.num.12.& sequ. Hotom.in Lex.feud. verb.relevium. Petr.de Gregor.de concess. feud.part.8.quæst.16.vers.Sextum. num.5. Hartman.Pistor. quæst.civ. 50. num.61.* 54.

DE SIMULTANEA INVESTITURA.

CAPUT XII.

CAPITE præcedenti egimus de investiturâ quæ jure communi Feudorum est introducta: Hoc in capite paucis dispiciemus de simultanea investitura, quam

vulgò vocant jus coniunctæ manus die Gesambte Handt oder Mitbelehnung. Cuius usus maximus est in Saxonia, Silesia & Bohemia, veluti notat Hartm. Pistor. *quæst. feud.* *20.* cum jure Saxonico inter Collaterales in feudis nulla sit successio. *Schurpff. cent. 2. consil. 59. Gail. 2. obs. 151. num. 5. Schneid. part. 6. princ. part. 2. cap. 4. num. 8.*

1 † Est verò simultanea investitura actus, quo dominus feudi cum consensu possessoris feudi unum vel plures volentes atque scientes de feudo investit, ita ut possessore sine masculo hærede decedente simultaneè investiti succedant in feudo. *Ludou.* Fachs. *in cons. subiuncto. Hartm. Pistor. qu. feud. 20. n.*
2 *25* Fichard. *vol. 2. cons. 8. nu. 12. in fi.* † Introductum est hoc jus simultaneæ investituræ consuetudine magis, quàm ut scripto aliquo jure nitatur, *vt constat ex Hartm. Pistor.*
3 *ind. q. 20. à princ. & num. seqq.* † Forma in eo consistit, ut Dominus cum consensu Possessoris secundum cuiusvè loci specialem ritum unum vel plures scientes atque volentes cum ante investito de feudo ipsius simul investiat. Hinc ab illa investitura, quæ scripto jure Feudorum fit de feudo viventis in casum mortis eius in eo differt, quod simultanea investitura cũ cõsensu possessoris

ris fieri solet. *Pistor. d. q. 29. n. 1.* At illa non requirit consensum possessoris. *c. 1. §. morib. si de feud. defun. controv. fuer. int. do. & agn. vas. def. 2. F. 26. c. 1. q. qui success. feud. dar. ten. 1. F. 3. c. 1. §. si quis investierit. de feud. dat. invic. L. comiss. reprob. 1. F. 27* † Finis simultaneę investiturę est, ut omnes simul feudum habeant, & sibi invicem succedant. nec attéditur hîc agnatio, ut in feudo sibi invicem succedant collaterales sed tantum simultanea investitura Et pactum hoc iccircò subsistit, quia fit omnium illorum consensu quorum interest: & quia penè ubique inveterata consuetudine est confirmatum, ut meritò pro jure servetur. *L. de quibus 32. π. de legib.* Nec est, quod aliquis hoc pactum tamquam à jure civili alienum impugnet, quia etsi Legum Romanarum non sit vilis autoritas: non tamen adeò vim suam extēdunt, ut aut usum vincant aut mores. *c. 1. vers. Legum. de feud. cognit. 2. F. 1.* † Effectus varij sunt. Primus & principalis est reciproca obligatio & communio quędam ad jus succedendi attinens. Possessor enim feudi, & alter qui simul investiendus est de futurâ successione inter se paciscuntur, & alter alteri succedendi facultatem repromittit. *Pistorius dicta quæstione 20, numero 2. versicul. unde plerumque.* 4 5

Deinde

Deinde jus ex simultanea investitura quæsitum non solum personam investiti respicit, sed etiam utrinque ad descendentes tam eius qui investiturã impetravit, quàm alterius cum quo alter investitus est, transmittitur. Sicut enim alia jura ex contractibus provenientia ad hæredes, & contra hæredes transferuntur. *L. veteris juris 13. & l. fin. C. de contrah. stipul.* ita hoc etiam in juribus feudalibus locum habet. *c. 1. de duobus fratr. à Capit. invest.* & sicut de jure civili quisque sibi & hæredibus suis censetur prospexisse. *L. si pactum. 9. ff. de probation. l. juris gentium 7. § pactorum. l. tale pactum. π de pact.* Ita etiam hoc in jure Feudorum obtinet. *Pist. d. quæst. 20 num. 7. & 8.* Unde hæres Domini concedentis simultaneam investituram ratam habere tenetur. *c. 1. qui succ. ten. 1. F. 9.* Unde etiam jus ex hac investitura investitis quæsitum illis à possessore aut Domino feudi auferri nequit, quia jus alicui quæsitum sine proprio ipsius facto ab altero auferri non debet nec potest. *L. 2. à princ. π. de his qui sunt sui vel alieni jur.* non enim alteri per alterum iniqua conditio inferri, nec alter alterius facto prægravari debet *L. non debet 74. π. de reg. jur.*

Tertius effectus simultaneæ investituræ

est

est actio Revocatoria. Si enim possessor feudum alienaverit, investiti à tertio possessore feudum revocare possunt: exemplo eius actionis, quæ jure communi Feudorum successoribus est concessa. *c.1.§.Titius.si de feud.def.cont.int.dom. & agnat.vasal.def.2.F. 26.c.1.de alien.feud.patern.2.F.39* & exemplo actionis Favianæ, quâ alienata in fraudem patroni revocantur. *l.1.π.si in fraud.patr. & l.1 & 2.C.eod.* Quæ actio aliàs jure Feudorum communi agnatis concedi solet, cum enim hæc investitura jus velut agnationis introducat, sequitur taliter investitum etiam beneficio, quod agnati habent, frui debere, sed agnati feudum alienatum revocare possunt. *dict.c.1.§.Titius.d.c.1.2.F.39.c.1.§.porrò.qual.olim pot.feud.alien. notat Pistor.d. quæst.20.num.25.* † Extinguitur jus simultaneæ investituræ. I. Si illa non renovatur, quo casu omninò feudum amitti solet, quia ex communi consuetudine receptum est, ut hæc investitura non aliter, ac quævis alia possessi feudi investitura sit renovanda, *teste Schurpff.cent.1.cons.16. quem allegat & sequitur Hartm.Pistor.d.quæst.20.num.20.* cum enim hoc casu jus commune Feudorum non reperiatur consuetudine correctum: meritò in hac quoque investitura 6.
jus

jus commune ſervatur. II Quando poſt mortem patris filij ſimultaneè à Domino inveſtiuntur & ſimul manent in poſſeſſione feudi, Seind ſamptlich belehnet/vnd haben das Gut in gleicher gewehr/ & poſtea unus ex fratribus decedat ſine liberis maſculis, tunc frater ſuperſtes de novo non impetrat inveſtituram, Darff anderweit die Güter nicht empfahen/ſondern behelt ſie gantz alleine / vnnd das iſt die Statut vnnd eigenſchafft der ſämptlichen Belehnung. *Ita ait Schneid. in Epitom. Feud. part. 5. num. 53.* Et ergò ſi plures unum & idem feudum poſſidentes bona inter ſe dividunt, eo ipſo à communione bonorum recedunt, & conſequenter hoc ipſo jus ſuccedendi amittunt: quia hoc jus à communione dependet.

Et propterea ne hoc jus per diviſionem amittatur, neceſſarium eſt, ut diviſione facta de novo inveſtitura impetretur: quia cum poſt diviſionem cuilibet certa portio ſit acquiſita: at jus ſuccedendi per hanc diviſionem amiſſum: meritò id per inveſtituram ſimultaneam de novo eſt acquirendum. *Hartman. Piſtorius dicta quæſtione 20. num. 33. Schneidevvin. dict. part. 5. num. 20. & 128.* III. Simultaneæ inveſti-

tura

turæ repugnat si illi qui olim simultaneè fuerunt investiti, postea de bonis feudalibus separatim investiuntur. Hac enim separatione, veluti successione facta, à simultanea investitura spontè receditur, & hoc ipso dissolutio simultaneæ investituræ introducitur. Sicut enim à simultanea investitura mutuo consensu recedi potest: quia etiam mutuo consensu constituitur. *L. nihil tam naturale. 35. π. de reg. ju.* Ita quoq; si investitura cuiuslibet partis, non cõjunctim ut antea sed separatim accipitur, ex ipso simultanea investitura dissolvitur: quia tum ab utraque parte hæc investitura ipso facto in contrarium agitur, Fac. *l. de quibus. 32. π. de legibus.* Et propterea mutata antiqua investituræ forma, etiam jus simultaneæ investituræ mutatum intelligitur. *per L. inde etiam. 3. §. hoc autem 13. π. de itin. act. priva. L. Julianus. 9. §. sed si quis rem. 3. π. ad exhibend. Pistorius dicta quæstione 20. numero 31.*

DE

DE PACTIS FEUDALIBUS, EORUMQUE INTERPRETATIONE.

CAPUT XIII.

PRÆTER communem Feudi rationem inter Dominum & Vasallum de feudo constituendo, acquirendo & conservando, pacta seu conventiones expressè interponi possunt. *c.1.§.præterea. quid sit investit. 2.F.2. argum.l.1.l.inter 42. l.divisionis 45.π.de pact.*
1. † Modò illa pacta non sint in usibus Feudorum prohibita, vel alioquin impossibilia de jure vel de facto, nec probrosa, nec inhonesta. *c 1. vers. honestum. de form. fidel. 2.F. 6.§. si impossibilis.11.& §.quod turpi 23. Inst. de inutil. stipulat. L. juris gent 7. §.prætor ait π. de pact. Jacobin. de S.G. in sua investit. in gloss. qui quidem investiti. num.67. Reub. tract. de testib. fol.75.*
2. † Et pacta apposita derogant naturæ Feudorum, trahuntque feuda extra naturales terminos feudi, ad terminos pactorum: Ast feudum, cui adjiciuntur, dicitur improprium. *c.1.§.fin. de feud. March. c.1 §.fi. de feud. success. c.1. à princ. de fratr. de nov. benef. invest. 2. F. 12. c.1.§. de his qui feud. dar. poss. c.1. de duobus fratrib. à Capitan. invest. 2 F.18. c.1. de feud. non hab. prop. nat. feu. 2.F.48. Bald. in c.1.*

§. &

§. & *quia vidimus.num.11:per illum textum.1. F.1. Mynsing.cent.5:observ.76.num.1. Baro à Tautemb.in c.1.à princ:de feud.cognit.* Sic de natura feudorum fœminæ & collaterales in feudo novo non succedunt. *c.1.§.filia verò. de success.feud.1.F.8.c.1: à princip.de fratr. de nov.benef.invest.2.F.12.* sed pacto effici potest, ut fœminæ & collaterales succedant in feudo novo. *dd:textibus.* Ex pacto enim contractus naturam immutare potest. *L: naturalis.5.§ pœn. π. de præscript. verb:l.contractus.23.π.de regul.juris.* & quod alias non liceret, per pactum licet. *argum.l:creditores. 3.C.de pignor:c.1.§.ultim. quid sit invest:2.F.2.* Adde quæ supra in *cap. 4:de naturalibus feudorum* dicta sunt. † Unde in feudis Maxima habetur, verba concessionis sive investituræ potissimum consideranda, atque ex his magis, quàm ex propria ipsorum natura de qualitate eorundem dijudicandum esse. *c.1:de duobus fratr. à Capit.invest:2.F:18. c.1.§.pen.& ult.ubi Equin Baro quid sit invest. & Ardiz:in sum.juris feudal.cap.1. Bald:in proœm.feud.num.47.* Quam Maximam consulere volentes benè inspicere debere admonet. *Martin. Laud:in c:1.num.4.de fratrib. de nov.benef.invest.& Borcholt: in tract.feud: cap.1:num.25,* siquidem tenor investituræ 3

vim contractus habet & alterat feudi naturam. *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. Bald. in prælud. feud. divis. 4. Pet. de Gregor. de concess. feud. part 3. q. 1. num. 2.*

4 † Lex Commissoria in feudis locum non habet utputa si debitor obligaverit rem aliquam pignori creditori eo pacto, ut si ad certum tempus pecunia soluta non fuisset, res esset creditoris, & eam habeat pro feudo, potest debitor quandocumque pecuniam solvendo, pacto non obstante, pignus recuperare. Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum est. *Ita est textus in c. 1. à princ. de feud. dat. in vic. L. commiss. reprob. 1. F. 27 & ibi FF. Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 35. Johan. Blanc. lib. 1. Feud. cap. 3. nu. 44. Zas. part. 9. feud. num. 6. & part. ultim. num. 22. fac. l. 1. C. de pact. pign. l. quoniam 3. π. eod.*

5 † Pactum remissivum ingratitudinis, quod nempe ob feloniam vasallus feudo non cadat non valet *per L. si unus 27. §. illud. 3. π. de pact. l. illud convenire 5. ff. de pact. dotali. l. pacta conventa 27. π. de contrah. emt.* Nec enim ullâ pactione effici potest, ut dolus de futuro remittatur *d. l. si unus §. illud. Gail. lib. 1. obs. 145. n. 3.* & notum est pacta quæ turpem causam continent, non observanda esse *d. l. si unus.*

ſi unus.§.pacta.4.Jaſon.in prælud.feud.nu.29. Garſ.Maſtrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de conceſſ.feud.part.1.q.9.lit.A.

† Cæterum pacta & conventiones privatæ vaſallorum ſuper feudo abſq; cõſenſu Domini celebratæ non obligant Dominũ, neq; eidem præjudicãt, maximè ſi recedant à natura feudi ſive inveſtituræ & conſtituant alium vaſallũ Domino, quàm eum cui feudum ex feudi natura debeatur. *Fichard vol.2.conſ.5.nu.5.Zaſ.conſ.12.nu.79.vol.1* Nec pacta vaſallorum obligant agnatos jure proprio ex natura feudi ſuccedentes. *Zaſ.d. conſ.12.n.76. Fichard.vol.2.conſ.8.n.18.* 6

Interpretatio pactorum.

Interpretatio eſt verborum ac ſententiæ totius inveſtituræ inter dominum & vaſallum facta declaratio Hęc ſumitur ex verbis vel ratiocinatione. *L.non omnium 20.l.ſcire leges 17.& ſeq.ff.de legib.* De qua obſervandæ ſunt concluſiones iſtæ. I. Verba ſi ſunt generalia, generaliter etiam accipienda ſunt. *arg.l.de precio 8.ff.de public. in rem act. L.final. C.de dot.promiſſ. Accurſ.in l.1.§.quod autem 3.per illum textum. ff. de aleator. Schraderus volum. 1. conſil. quinto. numero undecimo. Enerhardus loc. à rat.leg.ſtrict. numero quinto.* 7

II. In dubio semper ita facienda est interpretatio, ut juri & naturæ feudi congruat sive dubitetur in jure, sive in facto. *Jacobin. de S. G. in gloss. qui quidem investiti. num. 66. Sonsbecc. part. 9. feud. num. 139.* III. In dubio fieri debet interpretatio pro vasallis & contra Dominum. *Bald. in prælud. feud. Bart. in l. 1. circa fin. C. de jur. & fact. ignor. Menoch. lib. 3. de præsumt. præsumt 92. num. 6.*

8 Hoc quoque notandum, in investitura, quæ communi & recepta Dd. sententia stricti juris dicitur. *Zasius de feud. part. 1. num. 6.* omnia verba strictè & propriè esse accipienda, nec ullo modo producenda. *Curt. de feud. part. 1. quæst. 9. num 3. Wesembec. de feud. cap. 1. num. 10.* Hæc tamen conclusio multis casibus restringitur, uti videre est apud Dn. Obrechtum *in suo tractat. feud. cap. 3. num. 99. & seqq.*

DE JURAMENTO FIDELITATIS.

CAPUT XIV.

1 JURAMENTUM fidelitatis constituitur in triplici differentia: Unum appellatur clientelare, seu juramentum fidelitatis in specie, Lehenspflicht/ quod facta investiturâ vasallus

vaſallus ratione ſui beneficij Domino tenetur præſtare, ihme getrew/gewertig/vnnd holdt zu ſein/& huius loci proprium eſt. *c.1. de nov.form.fidel.2.F.7.c.1.qual.vaſal.jur.deb. 2.F.4.c.1.§.1.in quibus cauſ.feud. amitt. 2.F. 23. Alvar.in præfat. com. feud.* Alterum dicitur ſubjectionis & obedientiæ, quod à ſubditis præſtatur Principi intuitu univerſalis territorij & jurisdictionis,etiamſi nihil bonorum ab eo teneant,ſed magis in fidem ſubjectionis & jurisdictionis, cui porrò ſubeſſe volunt, Erb vnd Landtshuldigungs Pflicht. Unde Landtſäſſerey. *Andr. Knich.tract.de ſublim.& reg.jur.territ.cap.3. num.157. Schrade.volum.1.conſil. 17 num.5.& ſequentib.* Quod juramentum à juramento fidelitatis in ſpecie ſic dicto ita differt, quod illud ſubditum facit, hoc ex communi Doctorum ſententia non facit: Illud à ſubdito perſonaliter, hoc à Vaſallo per procuratorem præſtari poteſt. *c.1 § Vaſalli. de pac. Conſtant.clem.Paſtoralis.de ſent. & re judic.Jacobin.de S.Georg.in gloſſ. qui quidem inveſtiti.num.7.& 8. Gail. de Arreſt. cap. 7. numer. 10. Zaſius in Epitom. feud. part. 7. num.21.*

Tertium eſt illud quod præſtat familiaris ſeu domeſticus Domini, non ratione bo-

norum quæ habet à Domino, sed ratione familiaritatis seu domesticitatis & officij: ut quando qui est Camerarius, Consiliarius, Pincerna aut Dapifer alicuius Domini: Nam tales cum sint in domo, & officio Domini, debent tale juramentum præstare, licet non recognoscant feudum à domino, neque habeant sub eo alia bona allodialia sita, & dicitur juramentum assecurationis Rahts oder Dienstpflicht. *Jacobin. de S. G. in tract. sing. de homag. & in sua invest. in gloss. qui quidem investiti. n. 1. 3. & 8.* Et notabis hanc triplicem fidelitatem ab uno & eodem præstari posse. *Bald. de pac. Const. verb. vasalli nostri. n. 5. Præpos. in c. 1. qual. jur. deb. vas. Schnei. de feud. part. 5. n. 66.*

2 † Juramentum fidelitatis, quod domino feudi à vasallo præstatur, à Dn. Obrechto *in tract. feud. cap. 3. nu. 183.* definitur affirmatio relligiosa quâ vasallus fidem suam domino adstringit nomine feudi, quod ab eo habet. *c. 1. quid præced. deb. invest. & c. 1. qual. vas. jurar. deb.*

3 † Forma juramenti præstandi satis diffusè in *c. 1. de nov. for. fidel. 2. F. 7.* traditur quod juramentum *secundum Zasium part. feud. 7. n. 15.* in summa hoc continet: Nempe jurabit vasallus, quod nec consilio nec auxilio

sciens

ſciens adeſſe velit tractatui quo domini vel vitæ vel membro damnum adferatur, in ullamvè iniuriam vel læſionem incidat, aut honorem quem habet, vel habiturus ſit, perdat Quinimò ſi ſciverit, audierit, cognoverit ullos talia moliri, ſi poſſit, impediet, aut dominum commovebit, & denunciabit ei: & domino juſtis ex cauſis bellum inferẽti aut ſeſe defendere volenti, ſuppetias feret, auxilio & conſilio aderit, & res domini amiſſas pro viribus recuperare perget: ſecreta non pandet, & nihil eorum vel faciet, vel procurabit, quæ ad Domini vel ſuorum iniuriam aut contumeliam reſpicient. Et hoc juramẽtum vaſalli brevioribus verbis complectitur *textus in c. 1. de form. fidelit. & in c. 1. de forma 22. q. 5. ubi dicitur, quod vaſallus jurans ſemper illa ſex capitula in memoria habere debeat: Incolume, Tutũ, Honeſtũ, Utile, Facile, & Poſſibile,* Quæ ab Obrechto in loco jã ſupra citato reducũtur ad tria, ut ad corpus, ad animã, & ad facultates Domini Ad corpus incolume, & tutũ. Ad animã honeſtũ. Ad facultates ſive fortunã utile, facile, & poſſibile. Et iſta capitula ſemp juramẽto fidelitatis ineſſe intelligũtur; & ita de jure nõ eſt neceſſe ea exprimere in juramento: ſufficit .n. generaliter jurare

fidelitatem *ut patet in tit. qual. vasall. jur. deb.* Semper autem in tali juraméto subintelligitur clausula, si vasallus potest, *c. 1. § ad hæc. hîc finit. Lex. 2. F. 28. c. 1. ibi pro posse meo. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. §. si quis miles. ibi: si potuerit. de feud. sin. culpa. non amit. 1. F. 21. Jacobin. de S. Georg. in gloss. & promiserunt eidem Domino. num. 17. Euerhard. in Top. loc. à libert. ad Vassall. num. 13. Schneid. part. 5. feud. num. 76.* In Germania nostra *ut testatur Zasius dict. part. 7 num. 16.* breve juramentum usu receptum est. Hodie enim Vasallus jurat Domini utilitatem præferre, & incommoda propellere, pareréq; cum Paribus in jure dicundo.

4 † Et in præscribendi juramenti forma Dominus morem suæ Curiæ observare, neque eum egredi debet. *argum. c. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. a principio. Ferrar. Montan. in collectan. feud. libro 3. cap. 7. Wesembecius de feud. cap. 8. num. 28. Gemmell. in compendio feud. part. 7.* nisi fortè inter investientem, & investitum specialiter conveniat, vel jam ante convenisset, quid fidelitatis nomine, & quomodo jurandum sit.

5 † Juramentum fidelitatis si est insolitum, id à vasallo præstandum non est. *Jacobin.*

de

de S.G. in gl. qui quidem investiti. num 2. & in gl. dictique Vasalli promiserunt. numer. 13. H. Hartm. tit. 54. de feud. obs. 13 num. ult. Cum ut Vasallus Domini causam deteriorem reddere non debet, ita quoquè Dominus Vasallum gravare non est permittendus. Perperam & contra quam jure est cautum domini faciunt, qui Vasallos suos novis & insolitis capitulis fidelitatis onerare solent, & rerum suarum compendium, cum alterius dispendio subinde quærũt. *C. consuetudinis. ext. de consuetud. c. dilectus. de maior. & obed. Ferrar. Montan. d. lib. 7. cap. 7. Schneid. d. ca. 5 num. 80.*

† Regulariter autem omnis Vasallus, 6
qui investituræ particeps fieri cupit, juramentum fidelitatis præstare tenetur, vel per se vel per Procuratorem speciale mandatum ad hoc habentem. *ca. 1 § personam per quos fiat invest. 2. F. 3. c. 1. item investitura de not. feud. 2. F. 58. Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti: num 10. H. Pistor. qu. feud. 47. nu. 59. Schrad. vol. 1 cons. 17. num. 15. Zas. par. 7. feu. num. 20.* & hodie ubique observatur, ut per procuratorem jurari possit. *Gail. lib. 1. obs. 83. num. fin. Commune ait Wesemb. de feud. part. 5. inf. & part. 8. num. 24.* Nisi Dominus ipsum Vasallum videre cupiat, tunc enim in pro-

L 5

pria persona, si potest comparere debet. *Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. nu. 12. Schrad. d. consil. 17. num. 17. Schneid. de feud. part. 5. num. 88.*

7. Contrà & Dominus per procuratorem fidelitatem recipere potest. *c. 1 §. utrum per quos fiat invest. 2. F. 3. Jacobin. de S. G. in d. gl. qui quidem investiti. num. 54.* nisi fortè de Principum feudis, quæ vulgò dicuntur Gewürdigte oder Fahn Lehen/ageretur, quę à solo Imperatore conferri solent ex constitutione aureæ Bullæ Caroli IV. *capit. 6.* Et si Dominus est Bannitus aut excommunicatus, tunc Vasallus est à juramento fidelitatis absolutus. *cap. 1. à princ. hic fin. lex 2. F. 28. & ibi Baro à Tautemb. numer. 21. Petr. de Ferrar. form. qu. agit. ad revoc. feud. gl. contra. numer. 5. Schneid. dict. part. 5. numer. 73.*

8. † Plures si sint heredes Vasalli, omnes fidelitatem facere debent, maximè si indivisum feudum habeant. Quod si feudum ex divisione ad unum pervenerit, ille tantũ faciet fidelitatem. *tex. in c. 1. §. omne filii. Si de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. & agn. & def. 2. F. 26.* Possunt tamen omnes eligere unum eumque constituere, ut communi nomine fidelitatem præstet. *Jacob. de S. G. in d. gl. qui*

qui-

*quidem invest ti.num.10. Zas.part.7.Feud.nu. 11.*dato ad id speciali mandato *H.Pistor quæst. feud.47.num 12.in fine.*

† Econverso si plures sint heredes Domini, sufficit si Vasallus uni tantum juret, debebunt ergo heredes, aut filii plures defuncti domini unum eligere à quo investitura petatur & cui omnium nomine juretur. *arg.l.quod si nolit.31.§ si plures.5.π.de ædil. edict. Ita in practica observari attestatur Clarus.§.feudum.quæst.49.num 10.& in Gallia usu firmari frequentissimè se vidisse refert. Corasius ad d.l. via.num.24 π.de servit.* At omnibus heredibus domini Vasallus ad fidelitatis capitula obstrictus est si tamen maximè omnibus jurandum esset. 9

† Aetas à jurejurando immunem facit infantem & pupillum. *cap.1.§.si minori.si de feud.def.cont.sit.int.dom.& agn.Vas.defunct. 2.F.26.Bald.in c.1.num.1.vers.infantia.quo temp.mil.invest.Schneid.d.part.5 num.73.* donec annum decimum quartum intraverint, *ca.Imperialem.§.præterea de prohibit.feud.alien.2.F.55.Jacobin.de S G.in d.gl.qui quidem investiti.num.24.* Tutor tamen si velit pro impubere vel pupillo jurare potest non tamen invitus cogitur, *Schneid.d.part.5.nu. 73.in fin.* 10

Eccle-

11 Ecclesia si feudum accipiat, ipso jure ab hoc juramento est soluta. *c. 1. Eccles. fidel. non fac. tit. extraord. 101.* Sed ejus nomine Prælatus tenetur homagium præstare Domino vel Principi. *Jacobin. de S. G. in gl. in feudum. num. 36. Duar. de feud. cap. 13. num. 4.* Clerici ab aliquo feuda accipientes ab eo juramento immunes non sunt. *c. verum. de for. compe. c. nimis. ca petitio. de jurejur. c. qui clericus. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. def. 2. F. 26.*

12 Civitas vel Universitas si feudum habeat non singuli cives, sed simul per syndicũ jurare debent, dummodò is speciale mandatum habeat ad præstandam fidelitatem. *Johan. Blanc. in Epit. Feud. lib. 1. cap. 7. num. 25. Jacobin. de S. G. in d. gl. qui quidem investiti. num. 11. & num. 27. Duar. cap. 13. Feud. num. 3.* Ratio est quia illud feudum non est singularium personarum, de illa universitate, sed ipsius universitatis, & hæc conclusio probatur optimè *per l. municipibus 97. π. de condi. & demon. fac. l. sed si hac lege 10. §. qui manumittitur 4. π. de in jus voc.*

13 † De omnibus porrò feudis, juramentum fidelitatis præstandum est, sive modica sine, sive magna, sive directa sive oblata. In den auffgetragenen Lehen / so wol als in

den

den angesetzten. Etenim ubi textus feudalis non distinguit, nec nostrum est distinguere: & feudum modicum atque oblatum nō minus est feudum, quâm magnum & directum, licet hodie in modicis feudis juramentum fidelitatis Vasallo plerumque remitti soleat. *Curt.Jun.de feud.part 3.num.14. Vult.lib.1.feud.cap 7.num.39. Rosenth. in com: feud.cap 6.conclus.67.*

† Et ideò juramentum fidelitatis præstari solet à Vasallo, ut eo magis is ad fidelitatis obsequia Domino addicatur, memor, si in hoc fallat, se non modò beneficio privatum iri, sed etiam Deum ipsum perjurii vindicem habiturum, quo casu fidelitas in consequentiam debetur, quam etiā sine juramento vir bonus violare atq; prostituere haud quaquam velit. 14

CAP. XV.

DE PRÆSCRIPTIONE FEUDI.

SEcundò feudū acquiritur Præscriptione seu longa possessione quâ Dominus tacitè concessisse feudum Vasallo præsumitur, ut cum quis per 30. annos rem aliquam 1

quam ut feudum possederit, & inde Domino servitia præstiterit tamquam Vasallus. *capit. 1. § si quis si de feud. def. cont. sit int. dom. & agn. Vasal. def. 2. F. 26 cuius verba sunt hæc: si quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possederit, & servitium Domino exhibuerit præscriptione tamen 30. annorum se tueri potest. Ferrar. Montan. in collectan. Feud. lib. 5.*
2 *cap. 5. à princ.* † Unde investitura hæc à quibusdam vocatur præsumta Rosenthal. *de feu. capit. 6. concl. 1. Vult. 1. Feud. cap. 9. numer. 4.* Lapso enim tempore à jure Feudorum definitio præsumitur investituram factam esse & omnia solennia præcessisse, etiãsi reipsa facta non sit vel ut maximè facta sit, de ea tamen non constet W. *semb. de feud. capi. 6. num. 2. & cap. 12. num. 2. Fichard. vol. 2. cons. 15. num. 11. Gemmel. in compend. Feud. capit. 6. vers. quartus modus. Sonsbecc. part. Feud. 9.*
2 *num. 42 Duar. cap. 8. nu. 2.* † Quæ præscriptio rectè quoque in re feudali locum habet ne non vigilantibus hæc jura subveniant. *argum. l. pupillus 24. in fin. π. de his qu. in fraud. credit,* & hoc æquum humanum & rationi congruum esse dicit Ferrar. *in collect. Feud. d. l. 3. ca. 5. à princ.*

3 Ad hoc autem ut Vasallus feudum contra Dominum præscriptione acquirat, tria sunt

ſunt neceſſaria I. ut Vaſallus rem aliquam ut feudum poſſederit. *d.ca.1. §. ſi quis 2.F. 26. Franciſc. Balb. in tract. de præſcript. part. 4. par. princip. 4. quæſt. 12. numer. 1.* non ut pignus, quod feudi nomine, licet per triginta annos poſſiderit, retinere nequit *capi. 1. à princip. de feud. dat. in vic. L. Commiſſ. reprob. 1. F. 27.* niſi cum duodecim Sacramentalibus, juraverit ſe de hac re inveſtitum fuiſſe. *capit. 1. de uſu Mediolan. 1. F. 28* præſumitur enim res eſſe feudalis quæ triginta annis ut feudalis eſt poſſeſſa, cuius ut feudalis eo nomine præſtita ſunt ſervitia, aut certum præſtitum fuit aliquod ſervitium. *Mynſing. cent. 4. obſ. 29. num. 6. Borch. in com. feud. cap. 7. mod. 3. num. 76.*

II. Ut quis rem aliquam ut feudum per triginta annos completos poſſederit. *d. c. 1. §. ſi quis. 2. F. 26. c. 1. §. porrò. verſ. præſcriptione. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. Mynſ. d. obſ. 29 num. 1. Wurmbſ. tit. 45. obſ. 13. numer. 3.* Annos intellige continuos. *Balb. d. quæſt. 12. numer. 1. Schneid. part. 4. Feud. numer. 15.* Quod ſi quis plenè non præſcripſerit, id eſt non ſufficienti ad præſcriptionem poſſederit tempore, etſi non quærit dominium ante tempus completum, tamen in hoc proderit poſſeſſio, ut non opus habeat pro-

probare investituram, sed jurare duntaxat debeat, sibi feudum esse concessum. *cap. 1. à princ. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. c. 1. §. 1. si de invest. int. dom. & Vasal. lis oriat. 1. F. 26. Wesemb. d. ca. 6. num. 3.*

4 Ex quo notandum, quod longa possessio in jure feudorum dicatur 30. annorum, licet jure civili longa possessio sit 10. vel 20. annorũ *l. ul. C. de præscript. long. temp.* Etenim singulare est hoc jus in feudo, ut quamvis non quis sit investitus: nihilominus tamen præscriptioni locus sit, & tanto etiam tempore jure civili tolluntur actiones, *l. omnes 2. C. de quadrienn. præscript. Duar. d. capit. 8. num. 1.*

5 † Hoc alterum requisitum non obtinere in rebus Ecclesiarum, quæ non præscribuntur, nisi quadraginta annis volunt plurimi, per *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. c. de quarta. de præscript. Zas. part. Feud. 6. num. 31. Borch. d. cap. 7. mod. 3. num. 8. Duar. d. cap. 8. num. 3. Gemmel. d. part. 6. vers. Quartus modus.* Fallit etiam secundo juxta omnium sententiam in bonis Rerumpubl. Zas. Duar. & Borch. dd. locis cum his itaque limitationibus verba *d. §. si quis. 2. F. 26.* intelligenda sunt.

III. Necesse est, ut possessor Domino servi-

servitium exhibuerit; quod semel saltem præstitum annis triginta sufficit. *d. ca. 1. § si quis. 2 F. 26. Mynſ. d. obſ. 29. nu. 2. Ferrar. Montan. d. cap. 5. Zas. d. part. 6. num. 30. Borch. d. par. 7. mod. 3. num. 7. qui ita Dd. communiter tenere scribit.* Annos autẽ nõ à servitii præstatione computamus, sed ab initio possessionis. *d. §. si quis.*

† Induit verò feudum præscriptione acquisitum naturam veri & ordinarii feudi, ita ut in eo descendentes masculi soli succedant, non etiam fæminæ vel Collaterales. *Bald. in l. liberti. C. de oper. libert. Jacobin. de S. G. in gl. ita quod ipsi investiti. num. 14. Everhar. loc. à feud. ad Emphyt. num. 30. Schneid. de feu. part. princ. 6. part. 2. cap. 4. num. 20. quod ab omnibus dici asserit. Duar. d. capit. 8. in fine & Vaſ. d. part. 8. num. pen.* Unde heredes primi acquirentis seu Præscribentis investituram petere tenentur. *d. capit. 1. §. si quis. & ibi Matth. de Affl. & Wesemb. capit. 6. numer. 2.* Et feudo præscripto omnia accessoria quoque præscripta intelligi debent. *Curt. de feud. cap. 12. num. 2.* 6

† Ut autem Vasallus præscribit rem Domini in feudum, ita econtra Dominus præscribit jus petendi servitium de rebus Va- 7

ſalli, veluti ſi poſſides tuum fundum proprium & allodialem, & Dominus per triginta annos à te ſervitia nomine iſtius fundi ac ſi eſſet feudalis exegit & recepit. Et ita per hoc iſtum fundum factum eſſe feudalem concludunt Doctores juxta Schneid. *in comp. Feud. part. 4 numer. 53* per rationem quia iſta ſunt correlativa, ideò ſtatutum in uno cenſetur quoque ſtatutum in altero *vulg. L. fin. C. de indict. viduit. toll.* & ſubjungunt Dd. quod ſi Dominus rem feudalem pro liberâ ac ſuâ poſſedit per triginta annos, memine feudum requirente, ille præſcribit libertatem, & utile dominium cum directo conſolidatur, quo fit, ut Vaſallus feudum amittat. *Mynſing. cent. 4. obſ. 28. Zaſ. in Epit. Feud. cap. 6. num. 33. qui dicit, ſe illum caſum de facto habuiſſe in quodã Nobili. Schn. part. 4. Feud. num. 53.*

CAP. XVI.

DE SUCCESSIONE FEUDI.

1 TErtiò acquiritur feudum ſucceſſione perinde atque inveſtitura. *cap. 1. de feud. ſucceſſ. 1. F. 8. c. 1 ibi per ſucceſſionem quoq; ſicut per inveſtituram beneficium ad nos pertinet. de ſuc-*

succeß.fratr. 2. *F* 11.*c.*1. *à princ. de consuet. rect. feud.* 2 *F.*33.*c* 1.*in fin. de feud.cognit.* 2.*F.*1. Successio alia Legis tantùm autoritate; alia Lege & facto hominis conjunctim per testamentum defertur. *L.*1.2. *&* 3. *& l.legitimam* §.π.*de heredit.petit.*

Successio ex Testamento.

Successio quæ ex Testamento contingit, 2
in feudis locum nullum habet; quia feudū per ultimam voluntatem relinqui non potest, nec subjacet dispositioni Vasalli. *ca.*1.*à princ. ibi: nulla ordinatione defuncti manente vel valente, de succeß.feud.*1.*F.*8.*ca.*1. §.*donare qual.olim.pot.feud.alien.*2. *F.*9. *cap.*1.*de prohibit.feud.alien.per Frider.*2.*F.*55.

† Ast dominus, quin alicui testamento 3
feudum relinquere possit, sicut servitutem aut usumfructum, nulla est dubitatio cum quod inter vivos contrahendo illi nocet id multò magis in ultima voluntate disponere sit ei permissum. *ti.Inst.de L. Fus.Can. toll. & ibi Dd.* Quæ tamen argumentatio nō obtinet in Vasallo *Bal.in cap.*1.*à princ. de prohib. feu.alien.per* Frider.2.*F.*55. *Curt.de feud.par.*4. *num.*170. *Wesemb. de feud.ca.*6.*num.*6.

† Duplex autem ratio quare Vasallus de 4
feudo testari prohibeatur, ab Hotto.*in ti.de*

feud.success. adfertur. I. Quia Patronus perpetuam beneficii autoritatem sibi retinet, ut cuicumque de stirpe feudum obvenerit, is non parentem suum, sed patronum beneficii Autorem agnoscat. Ergo de iis tantum bonis testari licet, quæ ad hæredem nō aliunde, quàm ex testatoris atquè adeò ex testamenti beneficio perveniunt. *l. si arrogator 22. π. de adoption. l. quia perinde 42. π. ad S C. Trebell.* II. Quia vetustissima Lotharii I. Imp. Lege successorum omnium constitutionibus confirmatâ sancitum est, ne feudum alienetur. Ius ergò Vasalli, quod in re feudali sibi concessa habet, instar usufructus, qui & morte usufructuarii finitur, ipsius morte expirat. §. *finitur 3. Inst. de usufr. l. sicut. 3. §. fin. π. quib. mod. usufr. amit. c. 1. §. imprimis. in quibus caus. feuda. amit. 2. F. 23.*

5 † Adeò verò nulla ordinatio defuncti super feudo valet, ut ne pro anima Vasallus legare possit. *text. in c. 1. §. donare. qual. olim. pot. feud. alien. 2. F. 9. & in d. ca. Imperialem. à princip. ibi pro anima. 2. F. 25. Jacobin. de S. G. in gl. & cum pacto quod de ipso feudo. numer. 5.* Idque *testimonio Vultei lib. 1. Feud. capit. 9. numer. 71.* procedit etiam de jure Canonico, ut communiter receptum. Neque enim pia

causa

causa ipsius Vasalli delictum, quod hâc alienatione in dominum committit excusare potest. Nam si velit esse pius, si in captivos, pauperes liberalis de suo sit. *Baro à Tautemb. in d. §. donare. nume. 3.* Et ideò Ecclesia, quæ debet esse cultrix justitiæ, nihil sinistri fieri pati debet, neque in se, neque in alium, *ut est textus in c. 1. §. inde potest de ali. feu. 1. F. 13.* Eamque ob causam nec feudi relicti quidem æstimatio debetur ei, cui in testamento fuerit feudum legatum. *Petr. de Ferrar. form. libell. quo agit. ad revocat. feud. verb. nec superstitibus. num. 18. Everhar. in Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyt. num. 16. Shrad. vol. 1. consil. 20. num. 25.* Feudum enim est extra commercium, *cap. Imperialem. de proh. b. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* Ideoquè nec æstimatio debetur. *§. non solum. 4. Inst. de legat. Jacobin. de S. G. in d. gl. & cum pacto quod de ipso feudo. num. 6. Gail. lib. 2. obs. 154. numer. 14. & lib. 2. de pac. publ. cap. 14. num. 5. ubi hoc commune pronunciat.*

Casus tamen aliquot inveniuntur, in quibus Vasallo de feudo disponere licet. 7
Quorum primus est, Quando feudũ est novum quod juxta communem sententiã Doctorum in *c. de alien. feud. pat.* Vasallus alienare & de eo in testamẽto disponere potest,

domino tamen ratificante vel confirmante illud testamentum. *Clar. §. feud. qu. 40. Petr. de Gregor. de conceß. feu. part. 3. qu. 9 num. 1. & seqq. Schn. de feu. part. 6. cap. 1. de succ. §. ex test. num. 17* Etiam fieri hoc potest in præjudiciũ filiorum *Arg. ca. 1. a princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39. Zas. de feud. part. 8. num. 62. Schneid. in §. quædam actiones. tit. famil. Erci num. 15. Inst. de action. Anton. Gabriel. Roman. lib. 2. commun. conclus. tit. de jur. Emphyt. conclus. 2.* Ergò multò magis Vasallus pater uni filiorum illud relinquere potest. *Clar. d. qu. 40. num. 6. Borch. de feud. capit. 7. mod. 2. numer. 5. prolixè Hartm. Pistor quæst. feud. 4.* Ideò verò feudũ novum in præjudicium filiorum cum consensu Domini Vasallo licere alienare puto, quia omnes res per easdem causas resolvuntur, per quas nascuntur. *§. fin. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. nihil. tàm naturale. π. de reg. jur.* Ergo is qui feudum acquisivit cum consensu domini sui, à quo feudum habuit. Potest feudũ ipsum alienare & de eo disponere pro suo arbitrio & voluntate, adhibito tamen consensu Domini. Nihil enim tàm conveniens naturali æquitati, quàm volũtatem Domini volentis rem suam in alium transferri ratam haberi. *l. qua ratione. 9. §. hæc quoq; 3. π. de acquir. rer. domin.* At de feudo anti-

antiquo pater in præjudicium filiorum nihil disponere potest, etiamsi dominus consentiat. *ca.1, de success. feud. 1. F.8. ubi expressis verbis dicitur, nullam ordinationem defuncti in feudo manere vel valere, cap.1, à princ. de alien. feud. pat. 2. F 39. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 3. qu. 7. num 23. & quæst. 9. num. 9. Borch. d. mod. 2. num. 7.* Nec illud feudum antiquum in Testaméto uni filiorum prælegare valet, uti est communior & verior sententia Dd. *juxta. Schneid. in Epit. feud. part. 6. ca. 1. nu. 14. & in d. ti. fam. Ercisc. num. 13. Zas. de feu. part. 8. num. 60. Duar. c feud. 12. nu. 17. per cap. 1. § & quia vidimus. ibi; æqualiter feudum ad omnes filios pertineat. 1. F. 1. & in c. 1. de feu. success. 1. F. 8.* Ratio est, quia jus quod habet pater in feudo antiquo ipsius morte finitur, & ideò non potest post mortem suam illud in aliũ transferre. *Pet. de Ferr. for. libel. quo ag. revoc. feu. in gl. nec superstitib. nu. 10.* Fallit tamen & ista doctrina, si filii patri consensissent, & ratificassent testamentum, quilibet enim suo favori & juri pro se introducto renunciare potest. *L. si quis in conscribendo. C. de pact. Jacob de S. G. in gl. & cum pacto quod de ipso feud. nu. 2. Pet. de Ferr in d. gl. nec superstitib. num. 10. Pet. de Gregor. in d. part. 3. quæst. 7. nu. 23. Schn. in d. tit. fam. Ercisc. num. 15.*

8 II. Quando Vasallus testatur de re feudali præsente domino, & præsentib agnatis non contradicentibus, tunc dispositio eius valida est *q.arg.l.fin. C.ad SC.Macedon, text.in c.1.à princ.de alien,feud pat,2,F.39.Jacobin.de S,G.in d,gl.& cum pacto quod de ipso feudo.num.4. Schneid.d.cap.1.de success.ex testam.num.8, qui monet, quod caveant agnati, ne sint præsentes,quando testatur Vasallus de bonis feudalibus.*

9 *III* Vasallus testari potest de feudo quãdo illud in testamento relinquere velit filio vel agnato, ad quem in omnem eventum feudum erat perventurum; valeret enim talis dispositio testatoris, exẽplo eius quod dicimus quòd licet alienatio feudi sit regulariter prohibita fieri sine cõsensu domini: Tamẽ hoc fallit quãdo alienatio fieret in agnatũ proximioré, q erat omnino successurus in feudo: nã tũc talis alienatio esset valida. *c 1.de al.feu.pat.2.F.39.Jacob.in.d.gl.& cũ pacto quod de ipso feu.nu.1.fol.mihi 317.Schnei.de.feu.par,6.c,nu.1.9.Pet.de Gregor.de concess.feu.par 4.qu.11.nu.14.* Nec obest, si dicatur, talé institutionẽ aut legatũ nihil operari, cũ alioqui habiturus sit agnatus feudũ. Nã, ut inquit Wesembecius *de feu.c.11.nu.6.* honorificentius est, illũ titulo institutionis lucrari *per Auth.novissima,C.de inoff.test.*

† IV. Consuetudine introduci potest 10
& recipi, quod vasallo de feudo suo liberè testari liceat, cum nihil sit in feudis ita perpetuum, quod consuetudini non subjiciatur. *c.1.de feud.cognit.Schneid.de feud.part.6. cap.1.num.12.*

† V. Vasallus juxta opinionem quorundam de feudo Franco testari potest. *Fel. in c. quæ in Ecclesiarum num.72. de constitu. Roland. à Vall. volum.1.cons.2.num.33. Petr. de Gregor de concess. feud. part.5. quæstion. 5. & 6. Schneid. dict. part.1. feud. num.55. & alij apud Schrad.1.vol. cons.13.num.82.* 11

† VI. Vasallus de feudo, quod liberè 12
alienatur, quale est feudum, quod datum est Vasallo, eius hæredibus, & quibus ipse dederit, vel quod datum est Vasallo & hæredibus quibuscumque testari potest. *per textum in c.1.de feud. non hab. propr. nat. feud. 2.F.48.& in c.1.§ feudum ea lege. si de feud. defunct. cont. sit int. dom & agnat. vasall. def. 2.F. 26. Borcholt. de feud. cap.7. mod.2.n.6. Schneid. part.6. feud. cap.1.num.13.* Ubi enim alienatio permissa est, permissa quoque censetur hæredis institutio. *L. si quis prioris 8. §. certum 2. C. de secund. nupt.*

Hoc autem notandum facultate concessâ vasallo disponendi in ultima voluntate

de feudo pro arbitrio, solemnitates testamentorum sublatas nō intelligi. *Dan. Moller. lib. 2. semestr. cap. 10.*

Successio feudi ab intestato.

13 De successione ab intestato, quæ in jure Feudorum obtinet, sciendum est ab initio in feudis successionem nō obtinuisse. Nam antiquissimo tempore sic erat in dominorū potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum à se datam: postea verò eò ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur, sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret: in quem scilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes æqualiter veniat. *Ita habet textus in c. 1. §. antiquissimo. de his qui feud. dar poss. 1. F. 1.*

Successio descendentium.

14 Mortuo autem eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est. *c. 1. à princip. de success. fratr. 2. F. 11.* Liberi hîc dicuntur filij

filij masculi. *c.1.§ similiter.de L.Corrad.2.F.34.c.1.versic.etsi clientulus.de alien.feud.1.F.13.c.1.§ his consequenter hîc finit Lex.2.F.28. & passim. Euerhard.in Topic.legal.loc.à subject.mat.num.22.* succedunt enim in feudis soli masculi seu agnati, quia jus Feudorum est introductum in favorem agnatorum ad conservationem familiæ. Et quamvis de jure Civili filiæ ut masculi indifferenter patribus succedant. *Novell.118.c.1 auth.in successione.C.de suis & legit.hæred.l.maximum vitium.4 C.de liber præter.* Legibus tamen à successione feudi removentur, similiter & earum filij, ut postea dicetur. † Unde 15 notandum vocabulum (*hæredis*) quod secundum juris communis intellectum omnes successores tam masculos quàm fœminas comprehendit. *L.hæredis appellatione 170.π.de verborum signif.dict. Novell.118.cap.1. Anton.Gabriel. Rom. libro 6.com.conclus.tit. de verborum significationib.conclusione secunda.* in usibus Feudorum non significare qualitatem successionis & hæreditatis, sed qualitatem successoris Männliche Leibsichens Erben / *vt ex Paris. consil. 65. num.3.& num.26.volumine tertio.refert Andreas Gail libro 2. observat. 149. numero 4.*

Hart.

Hart. Pistor. quæst. feud. 34. num. 2. & ita complectitur vocabulum (*hæredis*) solos masculos, hoc est, filios & ulteriores in gradu ex primo acquirente descendentes. *Text. in c. 1. versicul. & si clientulus, & ibi com. FF. de alien. feud. 1. F. 13. c. 1. §. Titius. fin. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agnat. vasall. defunct. 2. F. 26. c. 1. §. similiter. de L. Corrad. 2 F. 34.*

16 † Filiis ergo existentibus, vel ex filio nepotibus vel deinceps per masculinum sexum descendentibus, cæteri removentur agnati, & succedunt filij æqualiter sive feudum sit seculare, sive Ecclesiasticum. *c. 1. à princip. de success. feud. c. 1. §. & quia vidimus, ibi: ut ad omnes filios æqualiter pertineat. 1. F. 1. & ibi Baro à Tautemb. num. 2. Duar. de feud. cap. 11. num. 2. Schneid. de feud. part. princip. 6. part. 2. c. 2. n. 4.* in infinitum. *c. 1. §. hoc quoque. 1. F. 1. c. 1. de success. fratr. 2. F. 11. Schneid. d. cap. 2. num. 1. Carol. Tap. in repet. l. fina. part. 1. cap. 3. num. 22. & ibi plurimi. ff. de constitut. Princip.* Etiamsi aliter disposuerit pater. *dict. c. 1. de success. feud. Schneid. dict. part. 6. cap. 1. num. 14. & memb. 2. cap. 2. num. 1.* Si tamen pater Nobilis cum ignobili nuptias eâ conditione contrahat, ut liberi ex ea nati non succedunt, pactioni stabitur. *c. 1. de fil. nat. ex matr. ad morgan. contr. 2. F. 29. Wesemb. de feud. cap. 6. num.*

6 num 14. Guerrin; Pison. in præl ud. feud. cap. 2. Hottom. in d. tit. 29.

† Filij autem legitimi & naturales esse 17 debent, hoc est ex justis nuptiis procreati. *c. 1. §. naturales. si de feud. defun. cont. int. dom. & agnat. vasall. defunct. 2. F. 26. L. item in potestate nostra. 3. l. filium. 6. π. de his qui sunt sui vel alien iur. princ. Inst. de patr. potest.* nec refert, an isti filij legitimi & naturales sint emancipati, non enim jura feudalia distinguunt filios emancipatos ab his, qui sunt in potestate: *cap. 1. de success. feud. 1. F. 8. Joan. Blanc. in Epito feud. lib. 3. cap. 1. num. 9. Duar. de feud. cap. 11. num. 3. Wesembec. d. cap. 6. num. 9. Borcholt. d. cap. 7. mod 2. num. 46.* Filios quoque exhæredatos à successione feudali non excludo quamvis communis opinio *juxta Duaren. d. cap. 11. num. 4.* velit, filium bonâ mente, justaque de causâ exhæredatum in feudo patri non succedere, siquidem juris est expressi, nullam ordinationem defuncti in feudo manere vel valere. *d. c. 1. 1. F. 8.* atq; adeò nec exhæredatio manebit, quæ allodialium potiùs est, quàm feudalium bonorum. *Wesemb. d. cap. 6. num. 9. Sonsbec. de feud. part. 9. n. 61. Schneid. d. part. princ. 6. part. 2. cap. 2. num. 26. & seq.*

† Hermaphroditus, si masculinus sexus 18 in

in eo prævaleat in feudo succedit. *argum. l. quæritur 10. π. de stat. hom. & ibi Wesembec. in π. num. 3. Jacobin. de S. Georg. in gl. Marchio: num. 5. Ferrar. Montan. in collect. feud. lib. 3. cap. 9. Sonsbecc. part. 9. feud. num. 74. Borcholt. cap. 5. de feud. num. 45. Schneid. de feud. part. 6. membr. 2. cap. 2. num. 36.* Ast cum planè dubium sit, utro sexu sit potior, respondit Baldus, quem allegat Alciatus *lib. 3. de verb. signif.* eum beneficio excludi. cum huiusmodi consuetudo strictè accipi debeat. *FF. in c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1.*

19 † Posthumi quoq; perinde in feudis succedunt ac si vivo patre nati fuissent, & si uxor defuncti prægnans, quæ quamdiu posthumus nascitur sperabatur, tamdiu remotiores agnati non admittuntur. *Arg. c. 1. Novell. 118. l. intestato 4. C. de suis & legit. hæred. §. quib. 3. vers. posthumi quoq;. Inst. de hæred. qui ab intest. defer. Schneid. d. cap. 2. n. 6.*

20 † Sublatis liberis ad successionem feudalem vocantur Nepotes, qui & filiorum appellatione in feudis continentur. *per c. 1. §. etsi clientulus. de alien. feud. 1.* F. *13. l. liberorum. 220. π. de verb. sign. Novell. 118. c. 1. Alciat. in lib. 3. de verb. signif. Saison in consuet. Turon. tit. 12. art. 1. Euerhar. in Top. loc. à subiect. mat. n. 22. & loc. à feud. ad Emphyt. n. 7.*

Et

† Et Nepos cum filio relicto in locum patris sui admittitur. *c.1.à princip.de success. feud.1.F 8. c.1.à princip.ibi solus.de nat success. feud.2.F.50 §. cum filius.7. Instit.de hæred.qui ab intest.d.fer.d.Novell.118.c.1.vers.ita tamen.* Kling *Inst.de hæred qui ab intest tit. de success. in bon.feud.nu.2. Schneid.part.6.feud.memb. 2.cap.2.num.41.* Nepos namque suum patrem repræsentat, & propter repræsentationem nō videtur esse in gradu posterior, sed in eodem gradu, in quo est filius, cum in locum sui patris intret. Et si plures ex defuncto filio Nepotes, omnes cum filio superstite succedunt in stirpes, non in capita, ita ut filius dimidiam partem habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. *d.§.cum filius.d.Novell.118.cap.1. Duar.de feud.d.cap.11.num.5.* Nam qui jure repræsentationis veniunt, hi tantummodo partem sui patris accipiunt, quamvis plures sint. *c.1.de feud.success.1.*F.*8.* 21

† Non existentibus filiis nepotes plurium fratrum avo succedunt in stirpes. *Fichard.volum.2.consil.92. H. Hartm.tit.43. observ.2.nu.2.& observ.4. Schneid.d.memb.2. cap.2.num.43. Borcholt.de feud.cap.7.mod.2. num.46.* 22

Filius

23 † Filius adoptivus sive Civilis in feudo non succedit. *tex. in c. 1. §. adoptivus. si de feud. defunct. cont. int. dom. & agnat. vasall. defunct. 2. F. 26. & ibi Alvar. & Baro à Tautem. Blanc. in Epitom. Feud. lib. 3. cap. 1. num. 13. Jacob. Ricc. in tract. de unio. prol. cap. 9. num. 33. Duaren. d. cap. 11. num. 6.* Dantur enim feuda sanguini. Adoptio autem jus sanguinis non adfert. *L. qui in adoptionem. 23. ff. de adoption.* Habet tamen hæc cōclusio plures limitationes, de quibus Franc. *Sonsbecc. in tract. feud. part. 9. num. 63. & seqq. Schneid. d. part. 6. memb. 2. cap. 2. num. 19. & seqq.*

24 † Naturales item filij sive feudum sit maternum sive paternum, in feudo non succedunt, etiamsi fiant legitimi. *Textus est in c. 1. §. naturales. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agnat. vas. def. 2. F. 26. cuius verba hæc sunt: Naturales filij, etiamsi postea fiant legitimi, nec soli nec cum aliis admittuntur ad successionem feudi. Blanc. dict. cap. 1. num. 12. Zas. part. 8. feud. num. 72.* Æquali enim ratione illegitimi arcentur ab utroque, cum textus in *d. §. naturales.* non distinguat. *argum. l. de precio. 8. ff. de public. in rem act. Baro à Tautem. in d. §. naturales. num. 5.* Hæres enim vasalli legitimus esse debet. *c. 1. §. cum vero Conradus. 1. F. 1. ibi: sine legitimo hærede defuncto.*

Licet

Licet ergò filius naturalis vel spurius de jure communi matri succedat. *L. si qua illustris. C. ad S. C. Orphic.* In feudis tamen non succedit. *per d. § naturales.* Et dicuntur naturales filij qui ex concubina nati sunt. *t. t. C. de natural. liber.*

† Legitimati tamen per subsequens matrimonium favore matrimonij, & quia sunt legitimi à successione feudi non removentur. *per c. tanta qui fil. sint legit. Wesembec. de feud. cap. 6. num. 9. Zas. de feud. part. 8. num. 76. Duar. d. cap. 11. num. 7. Schneid. d. part. 6. memb. 2. cap. 2. num. 11.* Quis enim eum, quem jus Civile pronuntiat legitimum à successione arcebit? nihil siquidem legitimus ex justis nuptiis procreatus à legitimato per subsequens matrimonium differt *arg. §. 1 & §. 13. Instit. de nupt. L. cum quis. 10. in fin. C. de natur. liber. Novell. 74. cap. 2. Gail. libro 2. observ. 141. num. 1. & seq. Quæ sententia communiter ab interpp recepta. Clar. §. feudum. quæst. 82. num. 4. Eman. Soarez in thesaur. recept. sent. lit. L. num. 125. & post magnas quoque varietates obtinuit in Camera Imperiali, ut attestatur Mynsing. cent. 5. observ. 42. & Gail. lib. 2. observa. 141. & observari solet in Consistoriis Ducum Saxoniæ. Wesemb. de feud. cap. 6. num. 9.* Juris Authores qui tam in docendo, quàm consu- 25

lendo unanimi consensu hanc sententiam defenderunt, collectos tenet *Har. Pistor. q. feud. 41. n. 1. 2.*

26 † Legitimati verò filij per rescriptum Principis in feudo non succedunt. *d. §. naturales.* nisi expressè ad feuda legitimati sint, & consensus eorum, quorum interest, accesserit. *d. § naturales. Mynsing: dict. observ. 42. Zasius part. 8. feud. num. 74. Gail. d. obs. 142. Wesemb. de feud. cap. 6. num. 11. Schneid. d. part. 6. memb 2. cap. 2. n. 9.*

27 † Naturâ surdus-mutus, cœcus, claudus vel aliter imperfectus in feudo antiquo non succedit *c. 1. §. mutus. Episcop. vel Abbat. 1. F 6. c. 1. an mut. surd. vel al. imperfect. & utrobiq. FF. Fichard. volum. 2. cons. 6. num. 3. Zas. de feud. part. 8. num. 68. & part. 10. num. 90.* Ita tamen, ut si inopes sint, tantùm eis relinquatur, unde se sustinere possint. *d. § mutus. Hartm. Pistor. quæst. feud. 12. Duaren. de feud. cap. 9. num. 15. Wesemb. cap. 6. num. 19.* Si tamen defectus fuerit accidentalis etiamsi perpetuò duret, tunc ille imperfectus feudum acquisitum retinet. *Zas. dict. part. 8. num. 68. Schneid. d. cap. 2. num. 34. per d. c. 1. §. mutus. & d. c. 1. vers. quidem. 2. F. 36.* Quia longè faciliùs quid retinetur, quàm acquiritur. *L. patre furioso 8. π. qui sunt sui vel alien. jur. l. fin. π. de curat.*

curat. fur. retentione enim tantùm gaudet is, cui feudum possidenti hoc malum obvenit. Nunquam enim in jure Feudorum cautum reperitur, Vasallum; qui post feudum acquisitum mutus-surdus factus; propterea feudum amittere. Et Vasallus feudo semel acquisito sine ipsius culpa privandus non est. *t.t. de feud. sine culpa non amit.* sed per substitutum serviet. Etsi verò mutus & surdus ita natus, aut aliàs imperfectus ad successionem feudi de rigore juris secundum receptam opinionem non admittatur, gratia tamen à Domino illi fieri potest. Idque in Aula Electoris Saxoniæ aliquoties fuisse observatum, refert Daniel Mollerus *libro tertio semestrium cap. 34.*

† Monachi quoque filij & clerici, licet feuda ab aliis benè accipiant, cum illis dantur: Tamen in iis parenti non succedunt, nisi in primâ investiturâ illud sit expressum: *cap. 1. de feud. fœminæ ubi clarè dicitur: Ex hoc illud descendit, quod dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum succedere; etiamsi posteaquam habitum religionis assumserit postposuerit: cap. 1. §. clericus. 2. F. 26. & cap. 1. de vasall. mil. qui arm. bell. depos. 2. F. 21. qui textus rationem ponit; asserens:* excludi 28

clericum à successione feudi, ideò, quod desiit esse miles seculi, & factus est miles Christi. *Fichard. volum. 2. cons. 29. num. 3. Zas. d. part. 8. num. 78. Pet. de Grego. de conc. ss feud. part. 4. quæst. 11. num. 18. Schneid. d. membr. 2. cap. 2. num. 23.* Et licet is qui ita mox à nativitate vel postea ad feudi servitia & obsequia inutilis est factus, & ideò à paterno feudo excludatur, servitia domino præstare velit per substitutum, das Lehen durch einen vndersetzten Träger verdienen / non tamen admittitur. *Schneid. d. loc. Fichard. vol. 2. cons. 6. num. 4.*

29 Filios omnes æqualiter succedere dictum est supra. Non ergo habetur ratio primogenituræ. *Duaren. de feud. cap. 11. num. 8.* Si tamen consuetudo extet, primogenitum solùm succedere in feudo, illa obtinet, *ut refert Baro à Tautemb. in c. 1. & quia. num. 12. & seq. 1. F. 1.* Qualis est in Gallia. *Duaren. d. cap. 11. num. 8.*

30 † In feudis Dignitatum sive Regalibus, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. quæ ab Imperatoribus sive Regibus conferuntur de jure feudali antiquo filij hæredes non succedunt, nisi novam investituram obtineant: quia tales dignitates electione potiùs, quàm successione

ſione obveniunt. *c.1.& ibi Alvarot. de feud. March. 1.F.14.c.1.in fine. de alien. feud. 1.F.13.* Sed conſuetudo contrarium uſurpavit, ut dicit textus in *dict.c.1.in fine.* ita quod ſucceſſio in huiuſmodi dignitatibus, ſicut in aliis feudalibus hodie locum habeat. *Jacobin. de S. Georg. in ſua inveſt. in verb. Carolus Dux. verſ. Quid ſit Rex. num. 3.* quæ eſt communis Dd. doctrina teſtimonio Zaſij *part. feud. 8. num. 64.* Et videmus hoc quotidie uſu venire, quod in huiuſmodi dignitatibus ſuccediτur. *Baro à Tautemb. in d.c.1. §. final. 1.F.13. Zaſius part. ultim. num. 39.* Singulare eſt in huiuſmodi dignitatibus, quod pater filium aptiorem, & qui pro ſalute & quiete ſubditorum magis idoneus ſit, licet aliàs de conſuetudine primogenitus ſuccedat, eligere poſſit, modò Domini conſenſus accedat. *Ita ſe conſuluiſſe refert Zaſius dict. part. 8. num. 65.* Idem eſt, ſi vaſallus habeat plures agnatos ſucceſſores in feudo Regali, & poteſt cum conſenſu Domini in unum ex adfectione tale feudum transferre, adeò quod talem alienationem proximiores agnati revocare non poſſint. Et hoc fuiſſe practicatum inter Principem Philippum Comitem Palatinum, Imperij Electorem, & Alexandrum Ducem Ba-

variæ teſtatur Bernhardus Wurmbſer. *practic. obſervat. titulo 51. obſervatione quarta, numero ultimo.*

Succeſſio Aſcendentium.

31 † Deficiente linea deſcendenti de jure Civili ſecundo loco ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur aſcendentes ſecundum proximitatis gradus venientibus à latere excluſis *L. nam etſi 8. ff. de inoffic. teſtam. Novell. 118. cap. ſi igitur cum. 2. H. Hartm. titulo 43. obſervat. 3.* Sed de jure Feudorum adſcendentes ad ſucceſſionem feudi non admittuntur. *Textus eſt expreſſus in cap. 1. à princip. de nat. ſucceſſ. 2. F. 50. Petr. de Ferrar. form. libell. quo ag. ad revoc. feud. gloſſ. nec ſuperſtitib. num. 8. H. Hartm. tit. 54. obſervat. 46. num. 1. Mynſinger. centur. 3. obſervat. 93. num. 1. Hartman. Piſtor. quæſt. feud. 19. num. 5. Duaren. cap. 11. feud. num. 10. Zaſius part. 8. num. 2. Sonsbecc. part. 9. num. 45. Weſembec. cap. 6. num. 8. Borcholt. de feud. part. 7. mod. 2. num. 9.* Rationem hanc eſſe arbitror, quia feudum non reſpicit lineam aſcendentem, nec habet oculos retrò, ſicut nec dignitas. *Petrus de Gregor. de conceſſ. feud. part. 5. quæſt. 4. num. 8.* Alij adſignant hanc! Quia feudum

datur

datur ob servitium. *cap. 1. § imprimis. in quib, caus. feud. amit. 2. F. 23. cap. 1. vers. Quidam. an mut. surd. 2. F. 36.* ad quæ præstanda parentes minus idonei redduntur.

Reperiuntur tamen apud Feudistas tres casus, in quibus ascendentes filiis succedunt,

† Primus est, quando pater filio feudum refutavit, ut filius investiretur, tunc filio, vivo patre, mortuo sine liberis feudum ad patrem revertitur. *Jacobin. de S. Georg. in gloss. & unus ex dictis vasallis. num. 10. H. Hartman. dicta observat. 46. num. 3. Sonsbec. part. 9. feud. num. 48. Zasius de feud. part. 8. numer. 2. Borcholt. dict. mod. 2. num. 9. Wesembec. cap. 6. num. 8. Schneid part. princ. 6. membr. 2. cap. 3. num. 6. Atque ita in Camera Imperiali aliquando in facti contingentia determinatum fuisse attestatur. Mynsinger. cent. 3. observ. 93.* per rationem, quia pater tunc non dicitur succedere filio sed primo stipiti, à quo feudum incepit, & à quo ipse pater descendit. 32

† Alter casus est, quando filius ob benemerita patris investitus, tunc receptum est, mortuo filio sine hærede masculo patrem succedere. *Duar. cap. 11. feud. num. 11. Borch. d. mod. 2. num. 9.* 33

34 III. Quando in investitura est expressum, ut parentes succederent. *tit. extraord.* *84. Duar. d. cap. 11. num. 11.*

Successio Collateralium.

Circa successionem Collateralium in feudo magna est differentia inter feudum novum & antiquum. Ideò separatim de cuiuslibet feudi successione dicendum est.

Successio in feudo novo.

35 In novis feudis regulariter frater fratri non succedit, sed Vasallo sine masculo decedente feudum ad Dominum revertitur. *Textus in cap. 1. his verò deficientibus, de success. fràtr. 2. F. 12. cap. 1. à princip. de fratr. de nov. benefic. invest. 2. F. 14. Petr. de Ferrar. in dicta gloss. nec superstitibus, num. 10. Gail. libro 2. observat. 151. num. 4. Wesembec. de feud. cap. 6. num. 15.* Si igitur unus ex fratribus à Domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo hærede frater eius in feudum non succedit, *Text. in cap. 1. §. cum verò Conradus. 1. F. 1.* Quodetsi communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim

dictum

dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede, alter succedat; herede verò relicto alter removebitur *d. ca. 1. §. cum verò. § sin autem. c. 1. § fin. de success. feud. 1. F. 8.* sed feudum ad dominum revertitur *d. ca 1. §. fin. c. 1. inf. de feud. Marcb. 1. F. 14. ca. 1. à princ. de fratr. de nov. benef. invest. 2. F. 14. ca. 1. de benef. frat. 1. F. 20. Zas. de feud. part. 8. num. 23. & seq. Schrad. vol. 1. cons. 1. num. 223.* Si verò duo fratres in casu communi post mortem patris remanserint, id est, habitaverint simul, & unus eorum feudum acquisierit, plerique dicunt ad alium non pertinere, sed ad dominum nisi per pactum: Sed neq; vivente eo, qui acquisierit, neque post mortem ejus: fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quod si cum equis & armis communibus vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt: ne fortè invitus Dominus alium quàm quem voluerit, sibi acquirat Vasallum. *text. in c. 1. §. si duo fratres, de fratr. de nov. benef. investit. 2. F. 12.* Hinc admonet Andr. Gail. *lib. 2. obs. 151. num. 4.* quod in novo feudo primus acquirens circumspectus esse debeat, ut frater aut alius collateralis simul investiatur, ut fiat simultanea investitura. Das sie mit belehnet werden/ vnd die gesampte Hand haben. Neq;

tamen sola simultanea investitura sufficere videtur, ut frater fratri succedere possit, *juxta textum in capit. 1. §. si duo fratres. de feud. March.* Sed necesse est, ut hoc speciali pacto exprimatur.

36 Sunt tamen aliqui casus in quib. collaterales in feudo novo succedunt. † *I.* Si pactũ speciale super hoc intercesserit. *c. 1. de benef. frat. 1. F. 20. c. 1. à princ. de fratr. de novo benef. invest. c. 1. §. ult. de success. feud. 1. F. 8* per pactũ enim frater succedit, non dominus. *ca. 1. §. si duo fratres. de feud. March. 1. F. 14 Zas. in Epit. feud. part. 8. num. 24. Wesemb. de feud. capit. 6. num. 15.*

37 II. Si frater de communib. bonis Domino sciente feudum emisset, tunc alteri in alterum recepta est successio *d. c. 1. de benef. fratr. 1. F. 20. P. de Ferrar. in d. gl. nec. superstitib. num. 10. Zas. part. 8. num. 25. Wurmbs. pract. obs. titul. 51. obs. 3. num. 1. Duar. feud. cap. 11. num. 11.* Domino verò ignorante, licet de communibus bonis feudum emeretur, frater fratri non succedit, ne dominus invitus Vasallũ habere cogatur. *Schneid. de feud. part. princ. 6. memb. 2. cap. 4. num. 3. Ita intelligendum esse cap. 1. in f. de fratr. de nov. benef. invest. monet Zasius d. part. 8. num. 25.* Restituitur tamen fratri superstiti pars communis pecuniæ

cum

eum contingentis. Quod si investitura sic fuerit concepta, ut beneficium fratribus, & cuilibet eorum feudi jure conferatur, jam actum videtur ut alteri sine heredibus decedenti alter in feudum succedat, quo uterque in solidum videtur esse investitus per *L. creditor. 60. §. duobus. 2. π. mandat. Ferr. Mont. l. 1. Feud. cap. 6.*

III Frater fratri succedit in feudo novo, 38 si illi existentes in exercitu cum domino serviendo cum equis & armis communib. ipso domino sciente feudum acquisivissent *Text. in c. 1 & ibi Alvar. de benefic. fratr. 1. F. 20. Zas. d. part. 8. nu. 26. Schneid. de feu. part. princ. 6. memb 2. cap 4. num. 3.*

IV. Si duo fratres de feudo indivisibili 39 sint investiti, & alter moriatur sine descendente masculo, totum feudum remanet penes fratrem superstitem, *ut tenet Baldus in c. 1. de fratr. de nov. benef. invest.* qualia feuda sunt jurisdictio, jus Patronatus, & alia jura incorporalia, ut jus piscandi, venandi & similia. *Zas. d. par. 8. nu. 28.* Verum is frater cui mortui fratris portio advoluitur, æstimationem Domino solvet *arg. l. is qui quadraginta. π. ad L. Falcid. L. duob π. de liber. caus.* portioné tamen redemtam Vasallus nõ jure feudi, sed ut ꝓpriã habebit nisi aliter sit dictũ. *Zas. d. par. 8. n. 28. Gem. in cõp. feu. par. 8. fol. 64.*

40 V. Consuetudine introduci potest, ut collaterales Vasallo defuncto in feudo novo succedant. *c.1. de feud. cognit.* Ejusmodi consuetudo est in regno Siciliæ: ubi feudum novum habet agnatos succedentes ex linea transversali ab intestato usque ad trinepotem & sic usque ad sextum gradum inclusivè. *Testis est Petr. de Gregor. in tact. de feud. concess. part. 5. quæst. 4. num. 11.*

Successio collateralium in feudo antiquo.

41 In feudo paterno, & antiquo deficiente linea descendenti succedunt agnati transversales & inter eos primo loco succedunt fratres, si soli supersunt. *ca. 1. § his verò deficientibus, de grad. success. in feud. 2. F. 11. cap. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50.* Ratio hæc est quia agnati in successione feudi antiqui sunt loco descentium *d. c. 1. §. his verò deficientibus. d. c. 1. 2. F. 50.* nec distinguitur inter fratres, utrum ex uno latere quos fratres consanguineos appellamus, cõiuncti sint, an ex utroque *Jacobin. de S. G. in sua invest. in gl. præsentes & recipientes, num 8. P. de Ferrar. form. ad revoc. feud. gl. nec superstitibus num. 10. Gail. 2. obs. 151. Schurpff. cent. 1. cons. 8. num. 6. Schrad. vol.*

vol.1.cons.3.num.135. Palæoth.tract.de spur. & noth.cap.39.num.7. Schneid.part.6.memb.2. cap.4.num.7.Hartm.Pist qu.feud.43. Duar.d. cap.11.num.12.Zas.d.part.8 num fin. Gemmel. part.8. Feud.in fin. Omnes enim æqualiter vocantur, dummodò sint de stipite ejus, qui feudum acquisivit.

† Frater verò uterinus in feudo non succedit fratri suo defuncto, quia in feudalibus jure cognationis non succeditur. *cap. 1.§.1.de success.fratr.F.11.Jacobin.de S.G.in d. l.num.12.Gail.d.obs.151.num.6.Duar.d.capit. 11.num.12.* 42

† Filii fratris defuncti succedunt cum patruo in stirpem, non in capita. *Text.in cap. 1.§.his verò.de success.fratr. Novell.118.c.si igitur defunctus 3.vers.quod si defuncto. auth.cessante.& auth.post fratres C.de legit.hered.P.de Ferrar.in gl.nec superstitib. num.13.Zas.part. F.8.num.17.Duar.d.cap.11.num.12 in fin.Guil. Ranchin.in tract.de success.ab intest.§.13.num. 13.Schneid.d.memb.2.cap.4.num.10.* Veniunt enim jure representationis, ideoque partem patris sui, quem representant, accipiunt. *L.ult.C.de impub.& al.subst.Wesemb.d.c. 6.numer.16.Schrad.cons.3.num.136.vers.similiter.* 43

Si soli sint fratrum filii, succedunt in stir- 44

pes

pes secundum communem veterem opinionem *gl. in auth. cessante C. de legit. hered. Jacobin de S. G. in gl. præsentes & recipientes. nu. 13 Sonsbec. de feu. part. 9 nu. 100.* Secũdum novam verò opinionẽ in capita succedũt. *Azo in summ. C. ti. de letig. hered. nu. 1. Zas. lib. 1. sing. intell. ca. 7 & de feu. c. 8. n. 18. & seq. Hottom. qu. illust. 14. Forst in tract. de success. ab intest. li. 8. c. 3. Borch de gradib. fol. 234. Duar. ca. 11. nu. 14. de feud.* Hanc posteriorem sententiam D. Imperator Carolus V. in comitiis spirensibus Anno 1529 secutus est. *Wesem. in π. ff. de gradib. nu. 16 & in §. cum filius. 7. num. 6. Inst. de hered. qu. ab intest. defer. & in §. hoc etiam 3. nu. 4. Inst. de leg. agnat. success. & in tract. feu. par. 6 n. 17. Schner. in d. memb. 2. ca. 4. nu.* 11 secundum quam & in Camerâ Imperiali pronuntiatũ fuisse literis tradidit *Mynsing. cent. 3. obs. 94 in f.* & ita quoq; jure Saxonico observari attestatur Hartm. Pistor *qu. feu. 23.* Idemq; juris est in Nepotibus fratrum, ut in capita succedant, & non in stirpes. *Wesemb. d. c. 6. nu. 17. in fin.*

45 † Si deficiant fratrum filii, vocantur proximiores Agnati. *c. 1. de succes. frat. 2. F. 11. qui* remotiores sunt gradu repelluntur. *cap. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50. Schneid. d. memb. 2. c. 4. nu. 13. Duar. de feud. ca. 11. nu. 14.* Namq; jus repre-

representationis ultra fratrum filios nõ extenditur. *Novell. 118 §. si igitur in f.*

† Et succedunt transversales in feudis antiquis in infinitum, quoniam in his pro descendentib. habentur. *c. 1. de nat. success. feu. 1. F. 50. c. 1. §. hoc quoq; de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1.* At in Feudo novo ad septimum usque gradũ inclusivè & nõ ulterius. *c. 1. §. pe. 1. F. 1. ca 1 §. satis benè: de probib. feud. alien. per Loth. c. 1. de success. feud.* Pet. de Ferrar. *in d. gl. nec superstitib. n. 9. Zas. d. par. 8. nu. 5. & nu. 34.* Wesem. *d. ca. 6. nu. 19. Schneid. d. memb. 2. ca. 4. num. 14. & seq. Gemmel. de feu. par. 8. fol. 67.* Rationem adfert Zasius istam, quia si feudum ex pacto in fratrẽ vel eius sobolẽ perveniat, & ut novũ feudũ ad eã lineã devolvatur, tẽperanda est successio ne in infinitum excurrat, cum sufficiat, si vel in paucis ex alieno compendio alicui cõsulatur. *L. tutori 20. de negot. gest.* Quã rationẽ probat Gẽmelius in *d. par 8. & ita in Camera imperiali observari notant Mynsi. cent. 2. obs. 95. nu. 4. & Gail. 2. obs. 150 num. 4.* 46

† In successionib. Regnorũ & Principatuũ agnati indistinctè absq; cõtroversia succedũt in infinitũ. Unde si tota Prosapia Regia extincta sit, superesset autẽ adhuc aliqs de sanguine aliquo, etiãsi ultra millesimũ esset gradum, & tamen non à primo acqui- 47

rente

rente descenderet, succederet in regno. *Mynſ. & Gail. in locis citatis. Schneid. d. memb. 2. cap. 4. num. 14.*

48 † De jure saxonico non succedunt proximiores agnati, etiam in feudo antiquo, nisi sint simultaneè investiti. & sic agnatus nō succedit ex jure defuncti, sed ex simultanea investitura, nit auß krafft der Erbschafft oder angeborner Sipschafft/sonder allein auß macht deß gedings vnnd gesampten Lehen. *Schurpf. cent. 2. consil. 59. num. 3. incip. casus qui in facto Gail. d. obſ. 151. num. 5.*

49 † Proximitas in successione Feudorum consideratur respectu primi acquirentis, non verò respectu ultimi vasalli deß Eltesten Lehenträgers. *Zas. d. part. 8. n. 5. Gail. 2 obſ. 149. n. 2. & d. obſ. 152. nu. 3 Schrad. vol. 1. conſ. 6. n. 31.* Hinc regula traditur, ultimū agnatū sēper esse primi acquirentis successorem, etiamsi feudum per mille manus ambulaverit *per tex. in c. 1. in fin. de ſucceſſ. feu. Gail. d. obſc. 152 n. 3. & obſ. 154. num. 4. Schrad. conſ. 3. num. 118. & num. 147. Teſſaur. deciſ. 99. num. 25* Et agnati succedere volentes ultimo Vasallo, necessario originem feudi sive primum acquirentem den Ersten erwerber probare tenentur, & quod ipsi de linea eorum, qui à primo acquirente descenderunt sint, sola

enim

enim agnationis & gentilitatis qualitas, das sie eines Namens und Stammes/ eines Helms und schildes sind/ atque gradus prærogativa non sufficit. *Joan. Fichard. vol. 1. consil. 1. nu. 6. in f. eleganter Gail. 2. observ. 149.*

† Consuetudines, quod agnati ejusdem nominis, gentis & familiæ non teneantur probare primum acquirentem, valent. idque nõ solum propter præsumptionem juris. & antiquitatem familiæ atq; difficultatẽ probationis, sed etiam, quod huic rigori juris consuetudine vel statuto derogari possit: quia in materia feudali consuetudo præcipuè attendi debet. *c. 1. §. in judicio. de feu. cognit. 2. F. 1. Gail. d. obs. 149. nu. 10.* Quod si collaterales in eodem gradu concurrant, inter eos magis consideratur gradus descendens respectu ultimi Vasalli morientis, quã gradus ascẽdens respectu primi acquisitoris, licet par sit gradus utriusq;. *Ita vult. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 4. qu. 9. nu. 9. & seq.* 50

† Graduum computatio in jure Feudorum instituẽda est secundum jus civile, nõ autẽ secundum jus Canonicum *per c. 1. §. strenuus. de feu. cognit. 2. F. 1. Bald. in c. 1. §. & quia vidimus. nu. 19. & ibi Equin. Baro. 1. F. 1. Ferr. Mõt. in collect. feu. li. 1. c. 4. Pet. de Gregor. d. par. 4. qu. 12. nu. 15. Duar. d. c. 11. nu. 14. Schn. de feud. part.* 51

*6.memb.2.ca.4.nu.16.Et hoc omnes uno ore docuisse tradidit Hart.Pist.qu.feu.19.nu.7.*per rationem, quia in qualibet ſucceſſione gradus computari debet ſecundum jus civile, *ut voluit Od.in l.ſi ante C.de ſucceſſ.edict.* Hinc *tit.de gradib.* in jure civili fuit invẽtus propter hereditates, quæ per gradus diſcernũtur, & propter tutelas, & propter teſtimonia non dicenda, *ut dixit gl.Inſt.de gradib. à princ.*

Fœminarum ſucceſſio.

52 Fæminam regulariter non admitti ad ſucceſſionem feudalem, nec maſculos deſcendentes ex illa, indubitati eſt juris. *Tex.in c.1. §.hoc autem.1.F.1.de his qui feud.dar poſſ.c.1.de ſucceſſ.fra.2.F.11.c.1.§.hoc quoq; de ſucceſſ.feu.1.F.8.Jacobin.de S.G.in gl.& fæminis.num.1.H.Piſtor.qu.feu.34.nu.5.& ſeq. Teſſaur. deciſ.pedem.146.nu.2.Fichard.vol.3.conſi.7.n.1.Cling.Inſt.de hered.qu.ab inteſt.defer.tit.de ſucceſſ.in bon.feu num.2.Zas.part.8.feu.num.59.*

53 † Recipit tamen iſta concluſio plures limitationes. Nam I. ſuccedunt filię, ſimiliter & earum filii, ſi ſpecialiter fuerit dictum, ut ad eas feudum pertineat. *c.1.§.hoc autem.de his qui feu.dar.poſſ.1.F.1.& c.1.§.filia de ſucceſſ.feud.1.F.8.c.1.de ſucceſſ.frat.2.F.11.ca.1.à princ.de nat.ſucceſſ.feud.2.F.50.c.1.§.quin etiam 1.F.*

6. Episc.

6, Epis. vel Abba. c. 1. § si duo frat. de feu. March. 1. F. 14. Jacob. de S. G. in d. gl. & fœminis. num. 2. Gail. 2. obs. 159. nu. 5. H. Pistor. qu. feu. 34. nu. 42. Zas. part. 8. feu. nu. 38. Schn. part. 6. memb. 2. c. 1. num 29.

II. † Succedunt fœminæ, si feudum sit fœmineum & maternū hoc est, quod à fœmina primo fuerit acquisitū. *c. 1. à princ. de nat. success. feu. 2. F. 50. c. 1. à princ. de success. frat. 2. F. 11. c. 1. de feu. fæmin. 2. F. 30. Jacobi. in d. gl. & fœminis. nu. 3. Wesem. c. 6. feu. nu. 22. Hart. Pistor. d. qu. 34. nu. 12. Forst. de success. ab intest. lib. 4. c. 25. num. 51. Zas. d. part. 8. num. 39. Schneid. d. memb. 2. c. 1. num. 34.* 54

III. † Fœmina succedit in feudo, quod ab omni servitio liberū est, *text. est, licet extraordinarius in c. si cui militi. tit. 104. Hartm. Pistor. d. qu. 34. nu. 32. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. cō. concl. tit. de verb. signif. conclus. 6. num. 59.* 55

IV. † Fœmina secundum quosdā succedit in feudo emtitio *Clar. §. feudū. qu. 73. qui hāc opinionem communem dicit Anto. Gabr. Rom. lib. 6. com. concl. ti. de verb. signif. concl. 6. nu. 56. secundum quam in Camera Imperiali judicatū fuisse notavit Gail. 2. obs. 159. nu. 5.* Et videtur hoc æquitas suadere, ne Vasalli vel eorum posteri pecuniâ suâ in emtionem illius feudi collocatâ defraudentur. 56

57 V. Ex opinione nonnullorum fœmina ſuccedit in feudo conditionato, hoc eſt, quãdo feudum eſt conceſſum ad certum ſervitiũ, quod æquè & commodè & honeſtè per fæminam expediri poteſt. *c.1.à princ. tit. extraordin.104. Hartm. Piſtor. qu.feud.34.num.37. Zas.d.part.8.nu.48.*

58 VI. Fœmina ſuccedit in feudo Ligio, *prout tradit. Curt. part.1.qu.8.num.26.& Pet. de Gregor. in tract. de feud. conceſſ. part. 5. qu. 8.num.4.*

59 VII Fœminæ ſuccedunt in feudis pignoratitiis vulgò Pfandlehen. *Ita tenet Zas part. ult. Feud.num.24.*

60 VIII. Si conſuetudo fœminas ad feudi ſucceſſionem vocet nihil eſt impedimenti, quare non admittantur cum per ejuſmodi conſuetudinem ad jus naturæ & Civile ordinarium redeatur. *L.maximum vitium.4. C.de liber.præter. l.inter 11. C.fam.Erciſc. Forſt. d.c.23.nu.56. Gemmel.par.feu.8.fol.76.Zas.par. ult.nu.29. H.Piſtor quæſt.feu.34.nu.41. qui ait ita uno ore omnes tradere. Jacobin. de S. G. in d. gl.& fæminis.nu.9. Schnei. in d. memb.2.c.1.nu. 30.& ſeq.* Ejuſmodi cõſuetudo eſt in Regno Siciliæ. *Jacobin. de S. G. in. d. gl. & fœminis. num.9. Duar. de feud. cap.10.num.8. Zas de feu. part.8.nu.42.* In Gallia. *Guid. Pap. deciſ. 59. & deciſ.*

decis.292. Dua.d.cap.10.nu.8. In Anglia. *Forst. d.c.23.nu.56.* In Hispania. *Forst.d,loco.* in Germania in plerisque locis silesiæ, item in agro Mechelburgico *Obrecht de feud.ca.3.nu. 229.* sic & consuetudinem esse in Ecclesia Fuldensi atque item Hersfeldensi ut feuda Ecclesiastica etiam ad fæminas transeant etiamsi in investituris masculinorum tantũ feudorum mentio sit facta, testatur *Ferrar. Montan.in collectan.feud.cap.2.circ.fin.& Fichard.vol.1.consil.17.num.7.*

† Advertendum tamen est hisce omnibus in casib fæminas non aliter succedere, nisi masculis ejusdem familiæ legitimis omnib. defunctis, cum de natura Feudorum sit ut fæminæ ad successionem feudalem non admittãtur masculis extantibus. & sic ordine successionis, non autem simultaneo fæminæ succedunt. *Textus sunt clari in c.1 §.quinimò.Ep sc. vel Abb.1.F.6. n c.1.de eo qui sib.vel here.suis masc.& fæm.2.F.17.ubi disertè dicitur: Non patet locus fæminis in feudi successione, donec superest masculus ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit investitus Petr. de Ferra.in d gl.nec superstitib.nu.7.Fichar.vol.2.cons.10.num.3.& cons.95.nu.4.eod.H.Pistor.qu.feu.35.nu.1.Duar.7.c.10.nu.9.Mynss.cen.5.obs.74.nu.2.Fichar. vol.1.cons.3.nu.4.* quod omnes Feudistas conce- 61

dere scribit Duar.cap.10.nu.9. Hinc vulgatum juris Feudalis axioma natum quod ubicũq; est actum masculum & fæminam in feudo succedere tunc fæmina succedit nõ existẽte masculo ex eo, qui primus de feudo investituram accepit *d.ca.1.de eo qui sib. vel hered. Laud.& Belv.s.in d.§.quinetiam. Pet.Greg.de concess.feud.part.6.qu.10.nu.23.* Et huic Feudorum naturę tam concedens quã acquirẽs feudum sese conformare voluisse cẽsentur. *L.si stipulatus.4.vers.verum.π de usu.L.damni.18.§.9.π.de damn.inf.l.quidã.132.π.de verb. oblig. Alciat.lib.1.de verb.signif. Phederi.de legib.interpret.fol.mihi 81.*

62 Cæterùm hîc observandum † masculum natum ex linea fæminina, fæminam excludere, ut ! Quidam investitus de feudo eâ lege, ut ad fæminas transiret, decessit, relictis duab. filiab. quarum una filium masculum habuit altera filiam, quæsitum est: an masculus debeat tantum habere feudum exclusa matre & matertera? Et respondit textus in *c.1.à prin. de eo qui sibi vel hered. suis masc. & fæm.2.F.17.* masculum debere succedere per rationem, quia non patet locus fæminæ in successione, donec masculus superest ex eo, qui primò de hoc feudo fuerit investitus, *Duar.c.Feud.10.nu.10. Schneid.de feu.part.6.*

memb.

memb.2.c.1.num.47. Huic adfinis eſt quæſtio † Duo fratres Titius & Seius à Capitaneo de novo beneficio ſimul inveſtiti ſunt, 63
eo videlicet tenore, ut quamdiu ipſi vel eorum heredes maſculi viverēt, vel deficiētibus maſculis fæminæ, ſi ſupereſſent, feudū haberent! Titius deceſſit relicta filia, fratre adhuc ſuperſtite, quæritur cui portio defuncti deferenda ſit? Et ait textus *in c.1.de duob. frat.à Capitan.inveſt.2.F.18.* filiȩ. Unuſquiſq; enim ſibi ſuiſq; heredib. videtur proſpexiſſe & perinde eſt, ac ſingulis ſeparatim pars feudi eſſet conceſſa. *Duar.d.c.10.num.11.Zas. part.8 feud.num.51.Gemmel.part.8.feu.fol.79.*
Denique late diffunditur illa quæſtio! Quā- 64
do fæmina ſemel p maſculū fuerit excluſa, num perpetuò cēſeatur excluſa? Et hoc caſu ȩquius ac humanius eſt, fæminā deficiētibus maſculis ſuccedere *Mart. Laud.in c.1. §.quinetiam.Epiſc.vel Abba.1.F.6.Mynſ.cent. 5.obſ.74.nu.8.Hart.Piſt.d.qu.36.ſecundum quā opinionem Collegium Juridicum Marpurgenſe aliquoties reſpōdiſſe refert Vult.l.1.feu.c.8.n.52. per tex.in c.1.§.filia,de ſucceſſ.feu.1.F.8.in c.1.de eo qui ſib.vel here.ſuis maſ.2.F.17.in c.1.de duob. fratri.à Capit.inveſtit.2.F.18.* quibus in locis legitur, fæminam ex pacto ad ſucceſſionem feudi admitti filiis non extantibus.

CAP. XVII.

AD QUID VASALLUS DOMINO TENEATUR.

PRincipio notanda est Regula generalis.

1 † Quod mortuo Domino feudi Vasallus teneatur ab ejus successore infra annum & diem petere renovationem investituræ, & econtra Vasallo mortuo heres ejus quoque tenetur infra annũ & diẽ à domino directo petere renovationẽ investituræ: quod si nõ fiat utroque casu Vasallus feudo privatur. *Textus sunt expressi in c.1.quo temp.mil.invest. pet.c.1.à princ.qu.fuit prim.caus.benef.amit.c.1.§.præterea de prohib.feud.ali.per Frid.2.F.55. c.1.de L.Corrad.Zas.in Epit.feud part.3.nu.13. Sosbecc.part.11.Feu.num.1.Schneid.part.5.nu.1.de feud.*

2 *II.* Vasallus feudi conditionem meliorẽ facere debet, nõ verò deteriorẽ absq; Domini volũtate vel agnatorũ, ad quos feudũ per successionẽ pertinet. *Text.in c.1.§.quid ergò & §.econtrario,de invest.de re alien.fact 2.F.8. & ibi omnes Feudistæ,Zas.d.part.7.nu.54.Sonsbecc.de feud.part.11.num.51.*

3 *III.* Vasallus requisitus Domino tenetur de-

emonstrare bona feudalia, & feudi confi-
es. *gloss. in c. Imperialem. §. illud quoque. verb. isi requisitus. de prohib. feud. alien. per Frider. F. 55. & ibi Jacob. de Belvis. Andr. de Isern. Mart. Laud. Præpos. Fichard. volum. 2. cons. 8. num. 1. & cons. 148. num. 1. ubi ait, hanc communem esse Dd. consensum. Zas. de feud. part. 7. num. 52. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 1. quæst. 12.* Immò si Vasallus nollet bona specificare, tunc pro toto patrimonio Vasallus esse præsumeretur. *Fichard. d. loco. Frideric. Martin. de jur. cens. cap. 8. num. 259. Curt. 2. part. part. pr. 2. q. 6.*

IV. Vasallus tenetur Domino ostende instituram & jurare, quæ in re feudali prætendit. *Bald. in l. instrumenta. vers. quære a feudatarius. C. de fideiussor. Fichard. vol. 1. cons. 15. num. 7. Frideric. Martin. de jur. cens. cap. 8. num. 225. Schneid. part. 5. feud. num. 118. Id communiter esse receptum scriptum relinquit Hart. Pistor. quæst. feud. 46. num. 2* Quod si instrumenta feudalia Vasallus dolosè occultet, feudum amittit. *Bald. & Præpos. in c. 1. § vasallus feudum. si de feud. defunct. cont. sint. dom. & agnat. vas. 2. F. 26. Fichard. dict. cons. 148 num. 1.* 4

V. Vasallus juxta quorundam opinionem tenetur Domino suppetias ferre vel 5

conferre subsidium pro filia nuptui collo-
canda. *Ita Specul. tit. de feud. §. quoniam. We-
semb. cap 9. feud. in fin. Zaſ. in Epit. feud. part.
7. num. 50. Schneid. d. part. 5. num. 120.* Quod
alij extendunt etiam ad filiam spuriam. *Zaſ.
d. part. 7. num. 51.*

6 VI. Vaſallus ſecundum nonnullos te-
netur Dominum egentem & inopem de
bonis feudalibus alere, ſi unde non habeat
vivere. *Saiſon in conſuetu. Turonen. tit. 12. art.
1. c. 8. Ferrar. Montan. in collectan. feud. lib. 4.
cap. 1. Oldendorp. claſſ. 5. action. 9 tit. de beneſ.
action. qui ait, hanc eſſe peſſimam ingratitudi-
nem Vaſalli, ſi nolit Domino ad egeſtatem ver-
genti ſuppeditare quicquam ad alimenta. Pet.
de Gregor. de conceſſ. feud. part. 7. cap. 4. num. 1.
argum. l. ſi quis à liberis 5. §. ſolent judices. ff.
π. de agnoſc. & alend. liber. & l. fin. cod. l. 1. in fi.
C. de oper. libert. quibus in textib. dicitur, de-
fectis facultatib. Patroni, eum alere cogi liber-
tum, & quidem maximè uſque ad quantitatem
feudi. argum. c. Imperialem. §. firmiter. de pro-
hib. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55.* Vaſallum
verò æquiparari liberto, notat Everhardus
Top. legal. loc. à libert. ad vaſall.

7 VII. Vaſallus tenetur facere & tra-
re Domino inſtrumentum recognitionis
feudi, Muß einen Reverß von ſich geben/
darinnen

darinnen specificè außgedruckt/ was er vom Herrn vor Güter zu lehen empfangen hab. *Schneidevvin. de feud. parte quinta, numero 117. Baldus in lege sicut datam. Cod. de liber. caus.*

VIII. Vasallus lite de feudo mota Domino denunciare tenetur, ut illum defendat, & si non denunciet, cum possit, dolo id prætermisisse videtur, sicque ex stipulatu agere non potest, *cap. 1. si defend. Vasall. ab aliqu. interpell. fuer. 2, F. 25. l. si fundo. 53. §. π. de evict.* Quod tamen non obtinet, si vel pacto remissa sit denunciandi necessitas. *L. Herennius. 63. eodem*, vel si Dominus curet, nec sibi denunciari possit, vel si Vasallus, ubi Dominus agit, cognoscere non valeat. *L. si dictum. 56. ff. si præsente 4. π. de evict. Baro à Tautemb. in d. tit. 25. num. 3.* 8

DE SERVITIIS PRÆSTANDIS.

CAPUT XVIII.

PRÆTER ea quæ in capite præcedenti recensuimus, Vasallus Domino 1
etiam

etiam ad servitiorum præstationem obligatus est, propter quæ feuda non adinventa sunt, quemadmodum planè constat ex *c.1.§.imprimis. in quibus caus. feud. amitt. 2.F. 23. c.1.§. sed non est alia: quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. c.1. in fine. an mut. surd. vel al. imperf. 2. F. 36.*

2 † Servitium Dn. Obrechtus *in suo tract. feud. cap. 3. num. 155* ita definit, ut sit executio fidelis eorum, quæ Vasallum Domino nomine feudi præstare oportet, *argum. cap. 1. de form. fidelit. 2. F. 6.* Et intelliguntur per servitia non tantùm militaria *c.1. vers. & si contigerit, de nov. form. fidelit. 2. F. 7.* vel etiam illa duntaxat, quæ in juramento fidelitatis sunt expressa. *dict. c.1.* sed etiam alia quæcumque, dummodo sint honesta, juri naturali & divino non contraria, & à Vasallo citra dignitatis & conscientiæ læsionem præstari possint. *Baro à Tautemb. in d. c.1.§. imprimis, num. 14. 2. F. 23. Vult. lib. 1. feud. cap. 10. num. 27.*

3 † Unde secundum nonnullos servitia, quæ Vasallus Domino præstare tenetur, aut sunt industrialia, & personalia quorum actus non est continuus: Aut sunt officialia, & fidei & reverentiæ, quæ proficiscuntur ex jure naturali, vel ex obligatione antidorali

tidorali & reverentiæ. *L. sed et, si 28. § consuluit. π. de hæred petit. L. venia. 2. C. de in jus voc.* ad quæ Vasallus, cum sint naturalia ac perpetua existant, perpetuò tenetur. *Wesembec. de feud. cap. 9. num. 12. & num. 14. & cap. 12. num. 3.*

† Maximè autem Vasallus tenetur Domino præstare auxilium in bello. *Text. in c. 1. hîc finit. lex deind. incip. consuet. 2. F. 28. d. c. 1. vers. & si contigerit. 2. F. 7. c. 1. quibus mod. feud. amit. 2. F. 23. Jacobin. de S. Georg. in sua invest. in gloss. & promiserunt eidem Domino. num. 1. Borch. de feud. cap. 1. num. 3.* 4

† Et tenetur Vasallus præstare servitia, quandocumque vocatus fuerit à Domino. *c. 1. §. licet si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agnat. vasal. 2. F. 26. c. 1. §. ad hæc. hîc fin. lex. 2. F. 28. cap. 1. §. non cogitur. an illi qui interf. fratr. dom. 2. F. 27. Baro à Tautemb. in d. §. sed non est alia. num. 2.* etiam extra territorium vel patriam *Schneid. de feud. part. 5. num. 94* Et ergò etiamsi Dominus per centum annos staret, quod super servitiis Vasallum non requireret per hoc tamen Vasallus non punietur, nec feudo privabitur. *dd. textib. c. 1. a princip. ibi nam si steterit. de feud. sin. culp. non amitt. 1. F. 21. Zas. part. 7 feud. n 27.* 5

† Vocabit verò Dominus Vasallum vel 6

per

per ſeipſum, vel per Procuratorem ſuum, vel Dominus mittet literas Vaſallo, in quibus continebitur, quod ipſe Vaſallus ad præſtandum auxilium Domino venire debeat. In quibuſdam locis vocatio iſta fit per Edictum in albo propoſitum, ut in regno Siciliæ, *teſte Jacobino de S. Georg. in dict. gloſſ. & promiſerunt eidem Domino. num. 33.* De conſuetudine, *uti refert Schneid. d. part. 5 num. 99.* ſchicket man zu einem jeden Lehenmann einen ſonderlichen Auffgebottsbrieff: Oder wann es ſo eilendts fürfellet/ ſchicket man daſſelb in offener Form von einem Edelmann zu dem andern/die den Botten Bekandtnuß geben müſſen / daß jhnen ſolcher offener Auffgebottsbrieff zukommen ſey.

7 † Et ſerviet Vaſallus Domino, ſi potuerit. *Text. in cap. 1. §. non cogitur. an illi qui interf. frat. dom. 2. F. 37. in cap. 1. §. ſed non eſt alia. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F. 24. cap. 1. ibi pro poſſe meo. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Non tamen vaſallus vocatus ad expeditionem, perſonaliter comparere cogitur, ſed alium ſubſtituere poteſt, modò is Dominus acceptabilis ſit. *Textus in cap. Impe-*

rialem,

rialem. §. firmiter. de proh b. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55. Zasius in Epito. Feud. part. 7. num. 42. Rosenthal. in com. feud. cap 8. conclus. 38. 41. 42. & sequentib. Schraderus in tractatu feud. parte 6. cap. 6. num. 44. 45. & 49. ubi num. 55 ait: in Vasalli electione & arbitrio esse, an personaliter vel per substitutum servire velit. *Bidenb. in nobil. quæst. 21. num. 3.* acceptabilis autem Domino esse debet, si æquè commodus & idoneus substituatur. *Baro à Tautemb. in dict. §. sed non est alia. num. 5. Schneid. dict. part. 5. num. 112.* Quod tamen fallit, si Vasallus vir sit eminentis conditionis qui longum peditum, aut equitum ordinem, quocumque proficiscatur, secum ducat, & vocatus ad expeditionem substitutum mittere vellet, rarà comitante catervâ, quâ species Dominus ipsius vasalli adventum exposcere & exigere potest. *Jacobin. de Sanct. Georg. in glöss. & promiserunt eidem Domino. numero vigesimo septimo. Andreas de Isernia, & Baro à Tautemb. in dict. §. firmiter.* Idem dicunt Feudistæ, si Vasallus sit vir rerum bellicarum peritus, stratagematum exactè gnarus, pollens consilio, ingenio, rerum peritia, authoritate, & gratia in exercitu.

Nam

Nam hac ſpecie ob publicæ utilitatis reſpectum, ipſummet Vaſallum rejecto ſubſtituto accire Dominus poterit, quoniam talis vir unus mille aliis præſtat, & plus valet, Duce Leone cervorum exercitus quàm cervo Duce Leonum. *Andr. de Iſern. Alvar. & Baro à Tautemb. in dict. cap. Imperialem § firmiter. Jacobin. de S. Georg. in dict. gloſſ. & promiſerunt eidem Domino. num. 27.*

8 † Vaſallus ipſe ſi venire nolit, neque Domino acceptabilem mittere velit, tunc pro ſervitio dimidiam partem fructuum feudalium eius anni Domino ſubminiſtrabit, & hoc ipſi concedendum eſſe aſſerit *Textus in dict. c. Imperialem § firmiter 2. F. 55. & in c. 1. § ſimiliter. de cap. Corrad. 2. F. 40. Zaſ. dict. part 7. num. 42. Schneid. d. part. 5. num. 114.* Et ſi Vaſallus perſonaliter ire velit ad præſtandum auxilium Domino in expeditione belli: ſed Dominus mavult habere pecuniam, ſeu dimidiam partem redituum feudi illius anni, tunc electio ſpectabit ad Vaſallum per *L. plerumq; 10. in fine. π. de jure dot.* quod commune dicit *Jacobin. de S. G. in d. gloſſ. & promiſerunt eidem domino. num. 26. Bidenb. in nob. quæſt. 21. num ult.* ubi ait hanc ſententiam conſulendo quoque ſecutum eſſe

Alciat.

Alciat. *conſ. 2. licet ſuam num. 8. lib. 3* Hoc tamen fallit, quando Vaſallus non eſſet ſtrenuus, & Dominus magis ſtrenuum inveniret, ut voluit *Andr. de Iſern. in d. c. Imperialem §. firmiter. qu. 2. F. 55. quem refert & ſequitur Carolus Tapia in repetit. leg. ultim. in rubric. ff. de conſtitutione Principum, cap. 4. num. 68.*

† Mulier item feudum poſſidens Domino in propria perſona ſervire non tenetur. *cap. 1. quemadm. feud. ad fil. pertin. 1. F. 24.* non enim congruit ſexui muliebri, ut eat perſonaliter ad expeditionem belli; Tenebitur verò ipſa mulier ſervire Domino altero de duobus modis, ſcilicet contribuendo in ſumtibus Domini de reditibus feudi, vel ſervire per ſubſtitutum, *juxta textum in d. c. Imperialem. §. firmiter.* & ſi habeat virum, poterit ſervitia Domino exhibere per eum. *Jacobin. de S. G. in d. gloſſ. & promiſerunt eidem Domino. n. 30. verſ. ſextò.* 9

† Plures hæredes Vaſalli defuncti, ſi unum feudum poſſideant, hoc modo Domino ſervitia præſtabunt: Aut ſervitium eſt dividuum, & conſiſtit in dando, & tunc quilibet illorum tenebitur pro parte, quia ipſo jure diviſio fit à Lege. *l. 1. C. ſi cert. pet. L. ea quæ in nominibus. 6. C. famil. Erciſc.* Aut ſervi- 10

P

tium est personale, & sic individuum, puta ad prælium cum Domino ire, & isto casu ipsi hæredes vasalli defuncti debent eligere idoneum ex seipsis, qui omnium nomine serviat Domino in prælio, vulgò dicitur ein Träger/& cogitur dominus esse contentus, quod habeat unum æquè idoneum, sicut erat vasallus defunctus. *arg.l. jam tamen.5.§.si tamen plures 7.π.judic.solu.l.si quis domum.9.π.locat. Jacobin. de S.Georg in gloss. qui quidem investiti.num.13. Baro à Tautemb. in cap.1.§.omnes filij, num. 4.si de feud.defunct. content.int.dom. & agnat.vasall.defunct.2.F. 26.Schneid.de feud.part.5.num.14. Zas.part. ultim.feud.num.18.* Et is qui pro cæteris cohæredibus servitium præstiterit, compensationem à cæteris pro ea parte consequetur. *L.stipulationem 2 §.ex his.π.de verborum obligationib. L.hæredes 23. an ea. 9. π. famil. Erc[i]sc. Hartmannus Pistor.quæst.feud. 47.numero decimo sexto: qui ait, hoc omnes ita docuisse.*

11 † Contra si sint plures hæredes Domini defuncti, tunc vasallus servitium, si illud est dividuum, & consistit in dando, præstabit omnibus hæredibus proportionibus eorum: Ast si servitium est individuum, ut quia vasallus tenetur ire ad prælium, & hoc casu

casu ipsi Domini inter se comparare & unum eligere debent, cui soli vasallus serviat. Et si de eo convenire non potuerunt; nulli eorum interim servire tenetur, *per c. 1. §. præterea: de prohib. feud. alien. per Feder. ubi dicitur, vasallum pro uno feudo non compelli plures Dominos habere, & arg. L. ne plures 2. π. de exercit. act. L. si cuius 13. § æquissimum. & l. quotiens 34. π. de usufr. Oldend. class. 5. act. tit. de benefic. fol. 748. Baro à Tautemb. in dict. §. omnes filij. num. 8. Wesembec. de feud. cap. 8. numer. 26. Sonsbecc. de feud. part. 11. num. 19. Zasius in Epitome feud. parte septima. numer. 12.*

† Et si quis est vasallus universitatis, singulis servire nō tenetur, sed tantùm administratori: *arg. L. sed si hac lege. 10. §. qui manumittitur 4. π. de petit. hæred. Zas. d. part. 7. num. 53.* 12

† Porrò vasallus cogitur adjuvare Dominum contra omnes homines, & contra patrem, filium, ac fratrem. *Textus est in c. 1. §. contra. hîc fin. lex. 2. F. 28. conf. Bidenb. in nobil. quæst. 20.* 13

Et *juxta Zasium d. part. 7. nu. 29* hæc communis est opinio, quòd licet hoc durum sit, & rationi naturali obsistat, servandum tamen esse in feudis, cum Lex consuetudinis

ſic ſcripta ſit. *argum. l. proſpexit 12. π. qui & à quib. manum lib. non fiunt.* Sed quod in *d.§. contra.* dicitur de patre, illud cum moderamine honeſtatis & juſtitiæ accipio, & non genericè prout verba præ ſe ferunt. Quia omnibus hominib⁹ inter ſe commune eſt, ut parentibus pareant. *L. 1. in fine. & l. ſequ. π. de juſt. & jur.* & quidem ſummâ ratione, *ut in d. §. contra ſcribit Baro à Tautemb.* Nam ut cætera omnia ab ipſo Deo primam ſuam ſumſerunt originem, ita & à parentibus liberi initium naſcendi quodammodò acceperunt: Unde parentibus ſecundum Deum proximus honos debetur. *Val. Maxim. rer. memorabil. lib. 1. cap. 1. Weſembec. in π. ff. ad L. Pomp. de parricid. num. 4. Oldend. claſſ. 5. act. tit. de benefic. action. Schneid. dict. part. feud. 5. num. 94.*

14 † Excipitur primò antiquior Dominus contra quem Vaſallus Dominum adjuvare non debet, hic enim cæteris præferendus eſt: & licet ambo Domini eiuſdem ſint honoris, prior tamen præfertur. *Text. in d. c. 1. §. contra. arg. l. 1. C. de conſulib. lib. 12. Jacobin. de S. Georg. in d. gl. & promiſerunt eidem Domino. num. 31. verſ. undecima. Zaſ. d. part. 7. num. 22. & ſeq. Schneid. d. part. 5. num. 58.* Et ſi vaſallus plures dominos haberet, qui gererent bella contra

contra alios diverſos & ſeparatim & ignoratur quis ſit antiquior, tunc electio vaſalli erit, cui ipſe ſervire velit, & reliquis ſubſtitutum idoneum mittat. *Jacob. de S. G. in d. gl. & promiſerunt eidem domino. nu. 11. Hartm. Piſtor. qu. feud. 47. nu. 31. Obrecht. de feud. cap. 3. num. 162.*

II. Excipitur Superior vel is, cui vaſal- 15
lus ut ſubditus obligatus eſt. *Schneid. part. 5. feud. num. 84.* multò magis Imperator ſummus, qui in omni fidelitatis juramento intelligitur exceptus. *text. in cap. 1. §. ult. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55. fac. l. fi. à princ. π. ad municip. L. fin. π. qui ſatisd. cog. c. venientes ad ſedem, 19. circa fi. de jurejur. Pet. de Ferra. in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. in gl. contra. num. 2 Weſemb. de feud. c. 9. nu. 11. Schneid. d. part. 5. n. 83.*

III. Excipitur Patria. *text. in d. §. contra.* 16
Quia quilibet patriam ſuam defendere debet. *l. minimè 35. π. de relig. & ſumtib. fun. L. & qui originem. 3. § filio. 4. π. de munerib. & honorib. Tull. lib. 1. offic. Jacob. de Ardiz. in ſum. jur. feud. cap. 69. in fi. ubi monet, eiuſmodi vaſallum, qui præferet patriam Domino feudi, non ſolum excuſandum, ſed & præmio adficiendum eſſe. Jacobin. de S. Georg. in dict. gloſſ. & promiſerunt eidem domino. num. 31. verſic. decima ſecunda.*

Schneid. dicta parte quinta, numero octuagesimo sexto.

17 IV. Vasallus non tenetur contra seipsum Dominum adjuvare, siquidem in omni juramento vel obligatione etiam generali persona loquentis excepta intelligitur *secundum glossam communiter approbatam in c. 1. § fin. de prohiben. feud. alien. per Feder. 2. F. 55. Zasius part. 7. feud. num. 34. & part. ult. num. 28. Joan. Blanc. lib. 2. feud. cap. 1. num. 30. Matth. de Afflict. in rubric. de jure protimis. num. 81. Sonsbecc. de feud. part. 11. num. 41. Schneid. d. part. 5. num. 87. & ibi Hackelm. in addit. & num 95.*

18 † Cæterum quibus in casibus vasallus Dominum suum in bello adjuvare debeat, tenet *textus in c. 1. à princ. hîc fin. lex deind. incip. consuetud. 2. F. 28. Schneid. dicta part. 5. num. 100.*

Primus est, quando Dominus fovet justam causam, tunc ipsi Vasallus absque omni dubio suppetias ferre debet auxiliares. *d. c. 1 à princip. ibi: si sciatur, quod justè. cum quo concordat textus in c. 1. versi. & si scivero, te velle justè aliquem offendere. de nov. form. fidelit. 2. F. 7.*

II. Alter casus est, quando dubitatur, utrum bellum justum an injustum sit, & tunc vasallus

vasallus Domino itidem auxiliari debet *d.c. 1. à princ. 2. F. 28. ibi: aut cum dubitatur.* Tunc verò de eo dubitari potest, quando Dominus in consilium adhibuit suos cõsiliarios, qui illi bellum suaserunt. Etenim illud dicitur benè deliberatum, quod fuit deliberatum à consilio seniorum. *L. consensu 8. C. de repud. c. ult. dist. 20. in fin. ibi: seniores Provinciæ congregate, & eos interrogate: facilius namque invenitur, quod à pluribus senioribus quæritur, & text. in c. estote in fin. q. 1. ibi: graves expertosq; viros consilij vestri adhibete, participes, & cum eis communi deliberatione pensate.*

Tertius casus est, quando causa Domini est iniusta. Quo tamen casu vasallus Dominum adiuvabit ad eius defensionem: ad offendendum verò alium nõ adiuvet. Si vult. *Text. in d. c. 1. à princ. ibi: sed cum palam est. hic lex. 2. F. 28. Petr. de Ferrar. form. lib. quo agit. ad revocat. feud. verb. contra. n. 6. Jacobin. de S. G. in sua invest. in gl. & prom: ferunt eidem Domino. n. 8. Zas. de feud. part. 7. n. 39. H. Hartm. tit. 54. obs. 30. n. 1. Duar. de feud. c. 14. n. 7.*

† Quamvis autem vasallus pro feudo quod tenet, debitum servitium Domino exhibere teneatur sub amissione illius, nonnunquam tamen ob non præstita servitia excusari solet. 19

Primò, si Dominus esset excommunicatus vel bannitus: nam interim vasallus ipsum juvare non tenetur, sed censetur absolutus à debito fidelitatis. *Textus est in c.1, à princ. & ibi Baro à Tautemb. num.21.2.F.28, gl. in c.1. verb. justè. de nov. form. fidel. Jacobin. de S. Georg. n d. glo. & promiserunt eidem Domino. num.30. Zas. dict. part.7. num.40. & seq. Sonsb. c. part. feud.11. num.27.* Nec interea Vasallus feudum vendere potest, quia bannum suspendit, non autem prorsus extinguit jus Domini *dict. cap.1. à princip. 2. F. 28. Oldend. class.5. act. tit. de benefic. act.*

20 II. Vasallus servire non tenetur, si Dominus esset hæreticus, *ut probatur in Novell.109. Alvar. in d. tit. 2 F.28. Jacobin. de S. G. in loco citato, Carol. Tap. in repet. L. ultim. de constit. princ. part.1. c.1. nu.32. Schneid. de feud. part.5. num.102.*

21 III. Excusatur Vasallus, si Dominus esset infamis *Jacob. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem Domino n.30.* Ratio est, quia portæ dignitatum infamib. sunt clausæ & infames omnes debent esse exclusi ab omni beneficio. *l.2. C. de dignit. lib.12. & l. nec infames. C. de decurion. libr.10.* & quia reatus omnem honorem excludit. *L.1. & 2. C. de Senat. vel clariss. Jacobin. d. loco.*

IV. Va-

IV. Vasallus excusatur, si pignoravit feudum Ecclesiæ, à qua tenebat illud. Nam ecclesia percipiet fructus, nec tenebitur eos computare in sortem *Textus est not. in c. 1. de feud.* Et interim dum Ecclesia directa domina percipiet fructus Vasallus non tenebitur servire ipsi Ecclesiæ de illo feudo pignorato. Idem si pignorasset Vasallus feudum suum Domino seculari à quo illud tenebat; quin interim dum ipse dominus percipiet fructus, Vasallus non tenebitur præstare servitia, ipsi Domino de illo feudo. *Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eid. domino, num. 30. Schneid. d. part. 5. num 107.* 22

V. Excusatur Vasallus, si servitium quod petit dominus, nō possit præstari; vel si possit præstari, non tamen cum honestate, vel continet turpitudinem, vel contra bonos mores, vel lædit pietatem, vel æstimationem. Nam his casibus excusatur Vasallus, in serviendo domino, nec tenetur ei servire. *Jacobin. de S. G. d. num. 30.* 23

VI. A præstatione personalis servitii excusat Vasallum ætas, ut si est impubes. *ca. 1. §. si quis decesserit. Si de feud. def. cont. sit. int. dom. & agn. Vas. def. 2. F. 26.* & si est maior annis 70. *l. 1. & l. ult. C. qui ætat. lib. 10. & l. maiores. π. de jur. immun.* Hoc tamen casu coge- 24

tur satisfacere vel per contributionem redituum feudi, vel mittere substitutum idoneum. *c.1 § firmiter. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55, & d. § si quis decesserit. Jacob. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. nu. 31. vers. septima. Schneid. de feud. part. 5. num. 106.*

25 VII. Excusatio justa est infirmitas, sive adversa valetudo. *L. cum heres 4. §. stichum. 5. π. de stat. lib. ubi ita dicitur: Servire nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur. l. sanè si 23. π. mandat.* intellige tamen de prava infirmitate, non de levi. *l. quæsitum. 60. π. de re jud. Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. num. 31. Schn. d. part. 5. num. 108.*

26 VIII. Causa est paupertas Vasalli, quia non habet, unde faceret sumptus pro præstando servitium domino *Jacobin. de S. G. in loco citato* Quod verum, nisi talis paupertas contigisset culpa Vasalli. *Schn. d. ipar. 5. n. 105.*

27 IX. Vasallus excusatur, quando constaret, quod bellum ex parte domini esset injustũ. *text. in c. 1. à princ. hîc fin. lex. 2. F. 28. Jacobin. in d. num. 31. Duar. de feud. cap. 14. num. 7.*

28 X. Quando Vasallus non possidet feudum, ad servitia non tenetur, neq; ad capiendam

endam investituram. *Bald. in l. solennib. C. de rei vindic. Cagnol. in l. qui habet. 15. num. 8. π. de reg. jur.*

Illud hoc in capite non prætermittendum est, † quod Vasallus suis propriis sumtibus & expensis Domino servitia præstare debeat si modò feudum satis pingue sit, ducto argumento à liberto & patrono ad Vasallum & dominum *l. suo victu 17. π. de oper. libert. l. quod nisi 20. eod.* maximè si modica sint impendia. *arg. L. quod dicitur impensis. 5. & l. omninò. 12. π. de impens. in rebus dotal. fact.* fortè usque ad fructus feudi. *argum. l. ult. §. ubi autem. C. de bon. qu. lib. l. 1. C. de bon. matern. Oldendorp. Class. 5. act. tit. de benef. act.* Quod si feudum fuerit tenue, & parvum, ut Vasallus vix seipsum inde alere possit, & præstandi erunt vasallo à Domino sumtus, & si Dominus præstare nolit, tunc privetur servitio. *argu. l. alimenta. 6. π. de agnosc. & alend. lib. Jacob. de Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 5. Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. num. 1. Clar. §. feudum. qu. 21. num. 1. Zas. in Epit. feud. part. 7. num. 44. qui ait, moribus nostræ Germaniæ Vasallos curiam Domini pro jure dicundo propriis sumtibus accedere.* Suis autem sumptibus Vasallus servitia præstabit, cum dominus illa 29

exigat

exigat intra patriam seu territorium suum: Si extra territorium Dominus voluerit, ut vasall' ipsi inserviat servite, vasallus quidé, sed sumptib. domini, *arg. d. l. quod nisi. Jacob. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. Baro à Tautemb. in tit. hic fin. lex. 2. F. 28. num. 18. & sequ. Wurmbs. pract. observ. tit. 51. VVesemb. de feud. cap. 9. num. 13. Zas. d. part. 7. num. 46. Schneid. part. 5. Feud. num. 111.* Ita communiter esse receptum dicit *Bibenb. in nob. qu. 21. numer. 5.* Quod si ex tenore investituræ constet, cuius sumptibus servitium præstandum sit, illud observari debet. *Arg. c. 1. §. præterea. quid sit invest. 2. F. 2. l. 1. §. si convenit 6 π deposit. Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino, num. 1.* Idem dicédum, si consuetudo Curiæ Dominicæ aut Regionis certam ea in re legem præscribat, *arg. l. operarum. 50. π. de oper. libert. L. universorum. 12. π. de pignorat. act.*

30 Advertendum etiam † quod si Vasallus in prælio amiserit equum, vel arma, tunc adversus Dominum regressum non habeat, quia ex debito est adstrictus Dominum adjuvare, ideoq; casus fortuitus nó imputatur domino. *Innoc. in c. sicut. de jurejur. quẽ refert Petr. de Ferrar. form. libell. ad revocat. feud. in gl. contra. num. 9. Borch. de feud. cap. 1. num.*

num.27. De jure Saxonico aliter ſtatutũ reperitur, Dann wann der Lehenträger ein Pferd/oder etwas anders ſeines Gutts ſeinem Herren gelihen / oder etwas anders an ſeinem Dienſt verlohren / das jhm noch nicht vergolten iſt / dieweil iſt er nicht pflichtig zu Dienen ſeinem Herren / noch Lehenrecht zu pflegen. *Ita Schneidevv. in tract. feud. part. 5. numer.* 109.

Cap. XIX.

AD QUID DOMINUS VASALLO TENEATUR.

SUbſecuta traditione feudi legitimè acquiſiti, dominus † primò tenetur ad patientiam, ut nimirum patiatur inveſtitum re feudali liberè uti frui. hoc enim ſubſequitur poſſionem traditam, & eſt finis & effectus inveſtituræ veræ. *text. in c. 1. §. rei autem de inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8. in c. 1. quid ſit inveſt. 2. F. 2. in c. 1. à princ. de conſuet. rect. feud. VVeſemb. de feud. part. 8. num. 15. Schneid. part. 4. num. 4.* 1

II. Dominus tenetur poſt fidelitatem præſtitam inſtrumentum inveſtituræ factæ Vaſallo petenti conficere, per *text. in l. datam.* 2

tam 26. C: de liber. cauſ. Nam etſi feudum ſine ſcripturâ conſtet, ſicuti reliqua pacta. *L: contrahitur. 4. π. de pignoribus: l. pactum, 17. C: de pact.* Tamen quia præcipua feudi probatio ab inſtrumento dependet uſitatum eſt; ut illud & petatur & detur, & in controverſiis feudalibus probationem faciat *c. 1. in fin: de duob. fratr. a Capit. inveſt. Joan. Blanc. lib: 1. Feud. cap. 3. numer 53. Weſemb. d. part. 8: numer. fin. Schneidevv. part. 5. Feudor. numer. 118.*

3 III. Dominus tenetur Vaſallo de re aliena aut alii obligata inveſtito ignoranter de evictione ut aliud feudum ejuſdem bonitatis ſeu quantitatis ei præſtet, quod generaliter in feudis verum eſt: At ſi quis ſciens in feudum rem alienam vel alteri obligatam acceperit, tunc dominus non tenetur, quoniam in acquirendo malam habuit fidem Vaſallus, niſi ſtipulatio aut pactum intervenerit. *Textus eſt in c. 1. à princ: ubi FF: omnes. de inveſt. de re alien. fact. 2. F. 8. in ca. 1. ſi de feud. Vaſal: ab aliqu. interpell. fuer: 2. F. 25. & in titul. extraord. 80: de evict. Weſemb. cap. 9: Feud. num. 7. Schneid. de feud. part. 4. num. 68: & part. 5. num. 130.*

4 *IV.* Dominus vaſallo bona pro quib. ſervitia præſtat, eorumque fines, terminos & perti-

pertinentia ostendere, & specificare tenetur. *gl. in c. 1. § illud quoq; verb. nisi requisitus. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. per l. Titius 43. π. de act. emt. quam sequuntur ibi Jacob. de Beluis. Andr. de Isern. & Alvar.* Qui tamen monent, hoc prudentem & cautum vasallum petere non debere post factam investituram, quia Dominus posset ei exiguũ aliquam fundum ostendere & dicere, Ecce, hoc est feudum tuum. Cautius igitur & melius esse ut vasallus eo tempore, quo de feudo investitur, petat à Domino, ut illud expresse in investitura cũ suis finib. terminis, & pertinentiis declaretur. *Fichar. vol. 2. cons. 18. nu. 3. & cons. 148. nu. 1. Zas. de feud. part. 6. num. 39. Schneid. de feud. part. 4. num. 72. Gemel. in comp. feud. part. 6. vers. Quartus.*

5 *V.* Dominus in feudis jam concessis gravamen novum quod in concessione feudi impositum non fuerat, vasallis imponere nequit, *per L. cum dos 7. à princ. π. de pact. dotal. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 1. quæst. 10. & part. 3. qu. 4. num. 1.* nec quicquam facere potest in præjudicium Vasalli sui *ca. 1. §. si quis investierit. de feu. dat. in vic. L. commis. reprob. 2. F. 27. L. sed si quid. 15. § sed nec. 7. π. de usufr.* Ideoq; sine volũtate vasalli, neq; feudũ alienare *d. c. 1. §. si quis investie. 2. F. 27. c. 1. §. ex ea-*

eadem Lege.de Lege.Corrad.2.F.34.c.1.§.præterea Ducatus. ibi nec dominus feudum sine voluntate Vasalli ad alium transferat. de prohib. feud.alien.per Feder. 2.F.55. H. Hartm. pract. obs.ti.54.obs.40.nu.1.Schn. de feu. part.5 n 132. Sonsb.par.feu.10.nu.1. Borch.de feu.c.8.nu.79. Coler. in process. execut. part.1.cap.9.num.43. VVesemb.d.cap.9.num.9.& cap.11. num.1.Zas. de feud.part.9.num.9.& seq. Petr.de Gregor. de concess.feud.part.7.qu.4.num.18.Fabian.de Mont.in tract.emt.vendit.qu.3.princ.num.18. Carol.Tap.in repet.l.ult.part.2.cap.9.num.40. ff.de constit.Princip. Per rationem, quia nemo cogitur invitus esse alterius Vasallus. *arg.l.generaliter 24.in fin.& l.invitus 34 à prin. ff.de fidei commis.libert.Jason in §. Item Serviana.num.104.Inst.de action ib.* Nisi Dominus totam Curiam vel Territorium alienet, quia multa transeunt cum universitate, quæ separatim non transirent. *L.quædam 60.π.de acquir.rer.domin.fac.c.1.de capit. qui Cur.vend.Zas.d.part.9.num.11.Gemmel.in tract.feud.part.7.Petr.de Gregor.d.num.18.Fabian. de mont. d. loco.* vel nisi proprietatem Dominus Ecclesiæ conferat.*c.1.§.si verò contigerit.de allod.2.F.54.*

5 † Summatim Dominus ad omnia ea, quæ vasallus ipsi præstare tenetur, etiam Vasallo

lo obligatus est *per c.1. §. Dominus de form. fidel. 2. F. 6.* & proinde ut vasallo nō licet feudum deteriorare *c.1. §. econtrario de invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* ita & Domino illud prohibitum est. Sic Dominus tenetur Vasallo suo ad eum adjuvandum in bello. *Schneidt de feud. part. 5. num. 131.* Sic & Dominus tenetur adjuvare Vasallum circa revelationem, vel quando fuisset in periculo. *Vrsil: in addit ad decis. Matth: de Afflict. decis: 265. nu. 3.*

In pœnis inferendis Dominus & Vasallus quoq; ad paria judicãtur; veluti, quibus in casibus Vasallus feudo cadit etiam in iisdem dominus proprietatem feudi amittat, & illa Vasallo acquiratur. *Tex. in cap. 1. qual. dom. propr: feud priv. 2. F. 47: & in c. 1. § Domino committante. Si de feu. defun: cont: fuer: inter dom. & agn: vas: def. 2. F. 26: Baro à Tautemb: in d. tit. 47. Fichard. vol. 2. consil. 22. num. 2. Zas: part. 10. F: nu. 80. Coler. in processf. execut: part. 1. cap 9. num. 81. Duar. de feud. cap. 18: num. 7: H: Hartm: tit. 54. obs. 26. num. 1. & 2. Everh: in Top. leg. loc. à nat. Correl: num. 10.* Ratio est, quia obligatio feudalis Vasalli ad Dominū, & Domini ad vasallū est reciproca. *Zas. par: Feud. 7: num. 56. Fichard. vol. 2 consil. 13. num: 3. & consil. 18: num. 4. & consil. 22. num. 2.* Hinc vulgatum axioma Dominus & Vasallus re-

gulariter pari jure censentur Sollen in gleichem rechten geachtet vnd gehalten werden. *c.* 1. §. *Dominus. de form. fidel. 2. F. 6.* hoc est, qua fide tenetur & obligatus est vasallus suo Domino, eadem etiam econtrà Dominus suo vasallo. Notum enim est, Dominum & vasallum esse Correlativa, eamque ob causam, quod juris est in Domino, idem esse debet in vasallo & quod prohibitum est vasallo, prohibitum etiam censetur Domino. *d. c. 1. § Dominus. & ibi FF. 2. F. 6. Jacobin. de S. G. de feud. in gl. & promiserunt eidem domino. num. 29. Sichard. in l. 1. num. 6. C. de novat. Gail. lib. 2. obs. 34. num. 3. Fichard. vol. 2 consil. 13. numer. 1. & consil. 22. Schrad. vol. 1. consil. 16. numer. 1. Schneid. de feud. part. 5. num. 125.* Modò eadem subsit ratio in utroque, aliàs secus, *Everhard. in loc. à Correl. num. 11 Matth. de Afflict. decis. 265.*

7 Fallit ergò prædicta regula in casibus quibusdam. I. Dominus vasallo neque juramentum fidelitatis, neque reverentiam, neque obedientiam præstare debet. *d. c. 1. §. dominus Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. num. 16 Wesemb. de feud. cap. 8. numer. 25. Duar. capit. 13. Feud. num. 4.* Hoc enim jure Feudorum expressum non reperitur. Ergò secundum jus civile definimus, domino

omnino jusjurandum remitti debere. *argum l. qui bona 13. §. sed si eius nomine 14. π. de damn. infect. L. jusjurandum 34. §. qui jusjurandum. 4. π. de jurejur. quibus in locis dicitur, Patrono & parentibus juramentum calumniæ remitti.* Fides tamen inter dominum & Vasallum debet esse reciproca. *Text. in d. c. 1. §. Dominus. cujus verba sunt: Dominus quoq; in his omnibus vicem fideli suo reddere debet, quod si nō fecerit, meritò censetur maleficus. 2. F. 6. Ferrar. Montan. in collect. feud. lib. 3. cap. 1. Gail. lib. 2. obs. 34. num. 3. Wesemb. cap. 8. de feud. nu. 25. Ursill. in addit. ad decis. Afflict. decis. 265. num. 3. Schneid. de feud. part. 5. num. 135.* Arctior ergò est fidelitas vasalli utpote qui juramento eam promisit, quàm Domini.

† Altera disparitas inter Dominum & vasallum hæc est; quia licet vasallus non possit pignorare feudum sine licentia Domini *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55.* Tamen econtra Dominus potest pignorare proprietatem suam sine licentia Vasalli. *Jacobin. de S. G. in d. gl. qui quidem investiti. num. 16. Baro à Tautemb. à princ. d. c. Imperialem. Schneidevv. de feud. part. 7. capitul. 1. numer. 24.* nisi pro tanto impignoraret, quod non esset spes luitionis: 8.

quia tum esset idem, quod in alienatione. *H. Hartm. tit. de feud. 54. obs. 40. num. 10. Schn. part. 5. F. num. 133. & num. 135.*

9 Tertia disparitas est, quia licet Vasallus non possit utile suum dominium transferre in Ecclesiam sine licentia Domini. *c. 1. §. inde de alienat. feud. 1. F. 13.* Tamen dominus potest transferre suam proprietatem in Ecclesiam sine consensu Vasalli. *Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. num. 16. Schneid. de feud. part. 5. num. 135.*

Quartò. Dominus invito Vasallo potest dare sive vendere cui vult, commoditatem fructuum sive servitiorum; sive illa sit in pecunia, sive in aliis rebus. *Hartm. Hartm. pract. observ. tit. 54. obs. 40. num. 11.*

CAP. XX.

QUALE JUS DOMINUS IN CONFERENDO FEUDO retineat.

1 POstquam Dominus bona sua in Vasallum transfert, tunc ille dominium directum retinet: usus fructus verò seu utile dominium illorum bonorum ad accipientem transit, *Text. in ca. 1. §. imprimis. & ibi Bald.*

Bald.in quib.cauf.feud.amit.2.F.23.in c §.rei autem.de investi.de re alien.fact.2.F.8. Schn.de feud.part.4.num 58.Matt. Coler.in c.si diligẽti.nu.15 de præscr.Jason in §.sed istæ.nu.58 Inst. de action. Vasallum enim possidere feudum expressè probatur per *c.1.§.fin.d.ti.8.* possessionem autem presupponere dominium juris est certi *l.1.§ 1.π.de acq.possess.* Hinc Vasallus solus utiliter agendi & excipiendi habet potestatem *text.in ca.1.de controv.int. Vas & al.2.F.43.* Est verò de substantia Feudorum, quod dominiũ directũ seu proprietas rei beneficiatę penes dantem remaneat. *Bald.in prælud.Feu.vers.expedita. Carol. Tap. in repet.l.ult.ff.de const.Princ.part.1.c.1.nu.27. Zas.in Epit.feud.part.fin.num.8.Gemm.in cõp. feud.part.1.tit. definitio.*

Substantialia autem immutari non posse, juris est manifesti. *L.jurigentium.7.§.adeò 6. π.de pact. L.Julianus.9.§.sed si quis rem.3.π.ad exhibend.Coras.lib.3.miscell.cap.10.num.1.Zas. lib.1.sing.intell.ca.12.num.3.Tyraquel.in repet. l.si unquam.verb.revertatur.nu.64.C.de revocand.donat.* Unde conventio inter dominũ & Vasallum, qua proprietas feudi in Vasallum transfertur, invalida est, siquidé expressè habetur in definitione feudi, quã tradidit Obertus in *ca.1.§.imprimis 2. F. 23.* quod 2.

proprietas feudi penes dantem remaneat. Sic ait & textus in *c. 1. § quamvis: de invest. de re alien. fact. 2. F. 8.* quamvis possessio per beneficium ad vasallum pertineat tamen proprietas ad dominũ feudi spectat. Quod si igitur evenerit, ut rei beneficiatæ dominium directum & utile in vasallum transeat, negotium in aliud genus contractus trãsit. *L. Insulam 6 π. de præscript. verb. L. pen. C. de rer. permut.* Namq; cui non convenit definitio, uti que nec definitum convenit. *l. 1. §. 1. π. de dol. mal. Bald. in l. maximum vitium, C. de liber præter. Everh. loc. à definit. numer. 2.* Malè igitur aliqui credunt, feudum durare, cum ex pacto omne dominium directum & utile in vasallum transferatur. *Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 1. qu. 9. nu. 2. & qu. 9. part. 5. num. 4. Duar. cap. 2. Feud. num. 8.*

3 II. Dominus in concesso feudo hanc sibi reservavit potestatem, ut tempore belli invito Vasallo custodes ponere possit in castrum, quod Vasallus tenet in feudum. *Jacobin. de S. G. in verb. de Castro. num. 11. & 20. arg. l. si ita 16. §. Dominus. 1. π. de usu & habit.* & si Dominus tempore belli castrum fortificat, eo finito Vasallus impensam dare non tenetur. *Jacobin. d. l. num. 14.*

4 III. Civilis possessio penes dominum dire-

directum feudi remanet; at naturalis feudi possessio penes Vasallum est. *Petr. de concess. feud. part. 1. quæst. 12. num. 12.*

IV. Respectu directi dominii nihil domino per Vasalli litem decedere poterit. *text. in cap. si controv. int. vasal. & alium de benef 2. F. 43. & ibi Baro à Tantemb. num. 3.* cum res inter alios acta, alteri non præjudicet. *L. sæpè. 63. π. de re judic. L. Imperatores. 3. §. fin. π. de transact. Petr. Frider. de contin. caus. c. 13. num. 3.* 5

V. Domino permittitur irrequisito Vasallo directum suum dominium pignoris titulo obligare, itemq; proprietatem rei feudalis in Ecclesiam transferre, quemadmodũ circa finem cap. superioris dictum est. 6

Cap. XXI.

DE JURE QUOD VASALLUS IN FEUDO ACQUISITO habet.

IUs quod competit Vasallo in feudũ varium est. Namq; primò ex concessione feudi utile dominium consequitur, *ut est communis opinio Dd. in c. 1. §. res autem. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. in c. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. per illos textus.* 1

atquè feudo pro commodo suo uti fruique potest sed habet illud solummodò qualificatum & modificatum, ut scilicet discretè utatur & citra proprietatis imminutioné ad instar fructuarii *d. ca. 1. §. rei autem. 2 F. 8. Zas. de feud part. 6. num. 34. Fichard. vol. 2. consil. 2 num 3* & ita jus utendi fruendi habet non jure servitutis personalis sed proprio, siquidem quando verba utendi fruendi in consequentiam principalis dispositionis ponuntur, proprietatem significant. *Bart. in l. donationes. § species. π. de donation Gemmel de feud part. 6. vers. secunda pars.*

2 Hinc. II Vasallus cõsequitur ex investiturâ rei vendicationem utilem ut à quocumque possessore feudum vendicare possit *tex. in c. 1. §. rei autem de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. Schneid. de feud part 4 num. 60.* Ex quo colligitur, quod Vasallus non solum agere, verumetiam defendere poterit. *capitul. 1. de controv. int. Vasall. & alium. 2. F 43.*

3 III. Vasallus subinfeudare potest, hoc est feudum suum alteri in feudum concedere, nostri dicunt zum Affter Lehen verleihē. *Textus est in cap 1. à princip. qual. olim pot. feudum alien. 2. F. 9. capitul. 1. vers. per feudum per*

quos

quos fiat invest. 2, F 3. c 1. § similiter. de L. Corrad. 2, F 34. c. 1. §. benefi ium. si de feud. defunct, cont sit int. dom. & agn. Vasall. defunct. 2 F. 26. c. 1. §. insuper. vers. illud. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55. & ibi FF. Clar. in §. feudum, quæst. 32. Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 16 Alvar. in c. 1. à princ. vers. potest tamen. n. 11. Jacobin. de S. Georg. in glos. ita etiam quod ipsi vasalli. num. 9. Mynsing. cent. 1. obseru. 62. num. 1. Fichard. volum. 1. cons. 15. num. 1. Baro à Tautemb. in c. 1. §. ultim. si de invest. feud. controv. fuer. 1. F. 4. num. 1. Wesembec. cap. 11. feud. num. 9. Duaren. in tractat. feud. cap. 5. num. 5. & cap. 12. num. 13. Cagnol. in l. consilij 47. §. socij mei. num. 2. π de regulis jur. Gemmel. in comp. feud. part. 6. in fin. vers. nonus.

Adeò autem subinfeudatio valet, ut etiam non solùm ignorante & non consentiente, verum etiam invito Domino fieri possit *per d. c. 1. qual. olim pot. feud. alien.* Imò etiam contradicente, *prout ibid. dicit Matth. de Affl. ct. nu. 1. Fichart. vol. 1. cons. 15. num. 4. & vol. 2. cons. 26. num. 16.* Sed & in feudo Ecclesiastico illa subinfeudatio procedit *secundum Clarum in dict. §. feudum. quæstio. 32. versic. & hæc quidem. asserentem hanc magis communem. Fichard. in dicto consilio 15. num. 5.*

§. ult. num. 4. si de investit. feud. controv. fuer. Fichard. volum. 1. cons. 15. num. 5. & 6. & cons. 26. num. 16. Wesembec. dict. cap. 11. num. 9. Mynsing. cent. 1. observ. 62. num. 4. H. Hartm. tit. de feud. 54. obs. 37. num. 2. Schneid. de feud. part. 3. num. 89.

† Prædictis tribus illis requisitis ita observatis valet subinfeudatio non modò respectu subinfeudantis: sed etiam hæredum & quorumcumque successorum, si feudum fuerit novum, & Dominus cogitur etiam invitus novum illum vasallum recipere, nec resolvitur jus accipientis per mortem dantis, modò subvasallus ille investituram à priori Domino agnoscere, & operas præstare non detrectet. *Mynsing. d. obs. 62. num. 5. Borch. de feud. cap. 8. nu. 50.* Rationem adferunt hanc, quia de novo feudo vasallus disponere potest. 4

† Vasallus autem post infeudationem factam nihilominus manet vasallus, atque alter etiam vasallus est prioris Domini, & quamvis vasallus vasalli, Domini vasallus propriè non est, sicut nec socius socij mei, socius meus dici potest. *l. nã socij 1. π. pro socio. l. cons. 47. §. socij. π. de reg. jur.* Tamen latè accipiẽdo superior Dominus quasi duos vasallos habet: ut in posteriorẽ quoq; aliq d juris habeat, 5

habeat. Si enim vasallus dominum domini sui offenderit, & admonitus se ei supplicem non præbuerit, feudo privatur. *cap. 1 §. insuper. vers. illud. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55.* Et si Vasallus Dominus requisitus à suo Domino, ut inquirat suum inferiorem Vasallum, ut Domino maiori satisfaciat, neglexerit eius mandatum, suo quoque feudo spolietur. *d. c. 1. vers. illud. Duaren. de feud. cap. 12. num. 13.* Et quamvis Vasallus primus infeudans dominium utile transtulerit in Vasallum secundum, tamen remanent aliquæ reliquiæ apud ipsum: quia ei servitia debentur, & illi juratur fidelitas, eidemque fit recognitio, & ipse est Dominus feudi, quoad illum secundum vasallum suum. Unde non est in totum jus suum absorptum. *Jacobin. de S. Georg. in d. gloss. ita quod ipsi vasalli, num. 5. Eichard. volum. 1. consil. 15. num. 8. H. Hartman. tit. 54. observ. 38. nu. 3.*

6 † Servitia autem priori Domino præstat primus Vasallus, non verò secundus subinfeudatus. *Jacobin. de S. Georg. in dict. gloss. ita quod ipsi Vasalli. numero 6. & in gloss. & promiserunt eidem Domino, num. 12. Duaren. d. cap. 12. num. 14. Philip. Matth. in l. consilij 47. §. socij. num. 4. & ibi Cagnol. v. de regulis juris.*

Verum

† Verum quousque jure illo impetrato subvasallus uti possit quæsitum est? Etsi Vasallus feudum antiquum vel paternum subinfeudaverit, valet infeudatio, quamdiu ipse subinfeudatus vivat: Eo verò mortuo talis infeudatio agnatis successuris præjudicio non erit, utpote quę vitam concedentis non egrediatur in præjudicium superstitum agnatorum. *Jacobin: de S. Georg: in gloss. ita etiam quod ipsi Vasalli. num. 4. Mynsing. d. observ. 62: num. 6. Baro à Tautemb. in c. 1. §. fin. num: 5. 1. F. 4:* 7

Feudum si fuerit infeudatum à Vasallo, tunc ultimo vasallo moriente sine hærede feudum rectâ viâ revertitur ad priorem Dominum. *H. Hartm. tit. 54. obser. 38. num. 4: 5. & 7.* quia resoluto jure datoris, resolvitur jus accipientis. *vulg: l. lex vectigalis 31. π. de pignor. l: si creditor 2. C. si pign. pign. dat. sit.* & ne fortè invitus Dominus alium quàm quem voluerit, sibi acquirat Vasallum. *c. 1: §. si duo fratres. de frat. de nov: benef. invest. 2: F: 12: fac. tex: in cap. 1. §. fin. apud quem vel quos controv. feud. 1. F: 18. ubi dicitur, defuncto Vasallo totum quod alteri feudum concedendo fecit, revocari debere.*

† Subinfeudatus habens feudum, si illud rursus alienare voluerit, adhibere de- 8

bet

bet consensum Domini, cuius est proprietas, non eius qui feudũ ipsi subinfeudavit. *Jacobin. de S. G. in gl. & cum pacto de non alienando. num. 21. Zas. de feud. part. 9. num. 33. H. Hartm. d. tit. 54. obs. 39. Gemmel. in comp. feud. part. 9. quod commune ait Borch. cap. 8. feud. n. 52. & Zas. d. part. 9. num. 34.* namque apud vasallum, qui feudum suum alteri concessit, neque proprietas, neque ususfructus sive utile dominium remanet. *Clar. quæst. 32. n. 6.* Unde vasallo infeudante alterum, qui sine consensu alienat, feudum redit ad primum dominum, qui debet laudare dictam alienationem. *H. Hartm. tit. 14. obs. 38. nu.* 1.

9 † Possunt tamen descendentes & agnati subinfeudationem ità factam redimere, quasi jure retractus: *cap. 1. §. sed etiam. per quos fiat invest. 2. F 3.* *Wesemb. d. c.* 11. *num. 10.* Sed an dominus idem jus retractus habeat, docet *Wesemb. loco citato.* Et tali casu subvasallus contra vasallum de evictione agit, prout tradit *Gemmel. in compen. feud. part. 10. fol. mihi 118.*

10 † Recipit autem superior conclusio, quâ dictum fuit, vasallum subinfeudare posse, tres limitationes: Nam 1. vulgò traditũ est, quando in investiturâ appositũ est pactum de non alienando, quod vasallus feudum

alteri

alteri subinfeudare nequeat. Ita *Jacobin. de S. G. in gl. & cum pacto de non alienando. nu. 2. Curt. de feud part. 4. n. 84. Zas. par. 9. feud. n. 17. Borch. c. 8. n. 25.* Quod ea ratione factum autumant, ut pactum illud aliquid operetur. A quorum tamen opione recedit. *Ludovic. Vitalis lib. 2. var. lect. c. 31. n 3.*

II. Infeudatio prohibita est in Decimis. 11
c. prohibem⁹. de decim. Duar. de feud. c. 12. n. 15.

III. Subinfeudare non licet monaste- 12
rio neq; etiam Ecclesiæ, vel collegio. Quia numquam moritur. *c. gratiosè. de rescript. in 6. c. liberti 12. q. 2. c. 1. vers. unde potest. de alienat. feud. 1. F. 13. Leopol. Hakel. in addit. ad Schneid. de feud. part. 7. c. 2. lit. B.*

IV. Cuilibet vasallo generali consue- 13
tudine permissum videtur, ut terras incultas & desertas pascua & sylvas in Emphyteusin culturæ causa concedere possit, *uti testatur Curt. part. 4. feud. num. 4. feud. num. 91. vers. ad unum. quod & comprobat consuetudo Saxonica. Obrecht. de feud. cap. 3. numero 142.*

V. Vasallo licet in prædio feudali pro 14
sua commoditate & usu ædificare, *per textum in cap. 1. §. vasallus. hic fin. lex. 2. F. 28.* At illa ædificia vasallo eiusq; hæredib. cedent, ut infra in cap. 29. dicetur.

VI. Va-

15 VI Vasallus litem habens cum extraneo, de feudo transigere potest modò syncerè & bona fide absque fraude & dolo fiat, neq; id agatur, ut prædium feudale, quod vasallus possidet in alium transferatur: *cap.1. §. si vasallus. si de feud. defunct. cont: sit int. dom: & agnat. vas. de f: 2. F: 26. c. 1. de content: int. vasall: & a'ium de benefic. 2: F. 43. Joan. Blanc. in Epit: feud: lib: 2. cap. 1. num. 100: Zasius part: feud. 6. num. 45. Wesemb: de feud cap. 11. num. 7: Duar. de feud. cap. 12. num. 13. Schneid. in Epito: feud. part 4: num. 73. & sequ. & part 7. cap. 1: num. 36: H. Harim: tit. 54. observ 34 num 3 Ita commune ait Clarus §. feudum. quæst: 38.* Cuius ratio ea est, quod Domino respectu directi dominij nihi per vasalli transactionem decedere poterit, cum res inter alios acta alteri non præjudicet *L sæpè 63: à princ. π. de re judic. t. t. C: res int. al. act. alt: non noc. Wurmbs: tit: 22. obs. 17. Zasius de feud: part: 9. num. 19. & n. 21:* Imò superioritas Domini ullo modo alterius facto attenuari non debet, *text. in cap. 1: a princip: ibi maximè attenuatas cognovimus: de prohibend: feud. alien. per Lothar. 2 F. 52:* In regno Siciliæ simpliciter transigere licet de feudo per litigantes absque licentia Regia. *Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. q. 16. vers. quintum. nu. 15.*

VII. Va-

VII. Vasallum compromittere posse, plurimi volunt; quoniam sub judice vel arbitro litem de feudo motam finiendam jubet. *text. in c. 1. § ult. de investit. in mar. fact. 2. F. 15. ubi dicitur, si inter duos, qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio, alter alterum invitum trahere non potest ad dominum, vel eius Curiæ judicium. Si verò cum sua curia Dominus vocaverit eos, nulli eorum licet illius Domini vel eius Curiæ examen declinare. Similis est textus in c. 1. an apud jud. vel cur. dom. 2. F. 46. & in c. 5. § si autem, de L. Corrad. 2. F. 34. & ibi Baro à Tautemb. num. 2. Duaren. de feud. cap. 12. n. 11. Zas. in Epit. feud. part. 6. n. 46. Schneid. de feud. part. 4. n. 77. & seq. Euerhar. in Topic. loc. à feud. ad Emphyt. n. 32.* Hanc opinionem esse veriorem scribit *Zas. d. n. 46.* & communi interpretum calculo receptam notat *Curt. de feud. part. 4. caus. ult. privat.* Eamque nonnulli hoc temperamento accipiunt, ut scilicet vasallus super re feudali compromittere possit, quantum ad suum, non autem quantum ad Domini præjudicium attinet, *argum. c. cum tempore. de transact. Petr. de Ferrar. form. lib. quo agit. ad pœn. ex compromiss. gloss. poni faciatis. numero sexto. Baro à Tautemb. in dict. §. si autem, numero tertio.*

17 *Arbiter.* † Arbiter dicitur, qui electus est à partibus judex, ut finem sua sententia controversiis imponat. *L. Pomponius ait. 13. §. recepisse. 2. π. de recept. arb.* aliàs compromissarius judex appellatur. *L. cum L. Julia. 41. π. de recept. arbitr. L. Prætor. 4. π. de tutor. & Curator. dat. ab his.* quod ex compromisso partium sit sumtus. *L. pen. π de judic. Wesembec. in l. si quis 29. num. 16. C. de pact. Petrus de Ferrar. in dict. form. quæst. agn. ad pœn. ex comprom. gloss. tanquam. numero 1. Borcholt. de feud. cap. 8. num. 45.*

Hoc tamen communiter receptum est, quod vasallus in Arbitratorem compromittere nõ possit, hoc est, in eum arbitrum, cuius in secundo abitriorum genere meminit *text. in l. societatem ult. π. pro socio. Schneid. de feud. part. 4. num. 79. Borcholt. d. cap. 8. num. 45. Gemmel. in compendio feud. part. 9. tit. permutatio. Et ita omnes interpretes tenere testatur Clarus. §. feudum. quæst. 39. num. 1.* Arbitratorem Doctores nostri amicabilem compositorem appellant qui omni prætermisso juris ordine disponit inter partes, prout sibi æquum videtur. *Wesembec. in l. si quis 29. num. 16. C. de pact. Petr. de Ferrar. in d. glo. tamquam. num. 3.*

18 *Locatio.* † VIII. Feudum ad modicum tempus vasallum

vasallum locare posse, omnes Feudistæ admittunt *per tex. in c. 1. §. donare. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. Johan. Blanc. in Epit. feud. lib. 2. cap. 1. num. 88. Jacobin. de S. Georg. in glossa in fundum. num. 7. Zasius de feud. part. 9. num. 12.* nisi fortè in tam potentem locatio fieret, ut eius feudi non facilè recuperandi timor esset. *Petrus de Bella-Pert. in tract. feud. cap. 8. num. 24.* Sed de locatione feudi ad longum tempus plurimi dubitant. Ego existimo, & illam vasallo permissam esse, quoniam natura locationis eiusmodi est, ut nihil juris de dominio vel possessione in conductorem transferatur. *L. non solet. 39. l. cum in plures. 60. in fine princ. π. locat. l. servi emtor. 16. π. de peric. & commod. rei vend* neque diuturnitas temporis, quo res locata est, Domini aut vasalli conditionem facit deteriorem, sed minus justa merces. *Arius Pinell. ad l. 1. parte 3. num. 66. Cod. de bon. matern. Franciscus Connan. libro septimo, com. jur. civ. cap. duodecimo.*

† IX. Vasallus prædio feudali servitutem realem imponere potest, at quo ad suũ præjudicium non Domini. Unde servitus imposita, si feudum ad Dominum redierit, extinguitur. *Text. in c. 1. §. quid ergo. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. arg. l. lex vectigalis 31. π. de* 19 *Servitutis impositio.*

pignorib.l.is cui via.11.in fin.π.quemad.serv.amit. Dominus enim proprietatis securus esse debet de proprietate. *L.si cuius rei ususfructus.13.π.de usufr. Wesemb.de feud.c.11.nu.7. Duar.d.c.12.n.12. Fichard.vol.1.cons.n.5.& 6. Zas.de feud.part.7.nu.55.& part.10.n.56.Mynf. decad.3 resp.28.n.23.Fabian.de Monte in tract. emt.vend.quæst.4.princ.q.22.num.13. Schneid. de feud.part.4.num.80. Commune ait Pinell.ad l.1.part.3.num.70.C.de bon.matern.* Quæ tamen servitus cum morte imponentis finiatur propriè servitus non est. *l.1.ff.quib.mod. usufr.amit.l.servitutes.4.π.de servitut.* Namque rem ipsam non afficit, sed saltem inducit obligationem quendam personalem, ut scilicet is, cui hoc jus servituti simile ad diem est promissum, si ea uti impediatur, agat ex stipulatu vel pro qualitate promissionis alia actione in personam non vindicando servitutem. *Petr.de Ferrar.in gl.nec supersttib.num.19. H. Hartm.tit.54.de feud.obs. 28.& observ.35.*

20 X. Hæredes vasalli feuda dividere possunt. *Text. in c.1.§.præterea.de prohib.feud. alien.per Frider. 2.F.55.in c.1.§.omnes filij. si de feud.defunct.cont.int.dom.& agn.vas.def.2.F. 26.Jacobin.de S.Georg.in gl.qui quidem investiti.nu.22.Wesemb.de feud.cap.11.n. 8.Fabian. de*

Divisio feudi.

de Mont. tract. de emt. vend. quæst. 4. princ. 22. num. 16. Euerhard, loco à feud, ad Emphyt. num. 10.

Imò & adjudicari uni feudum, & alteri allodium poterit, dum vicissim æqua compensatio fiat. *d. §. omnes filij. & hoc consuetudine esse notissimum asserit Zasius de feud. part. 9. num. 40.* Idem est si hæredes plura haberent feuda: uni enim hoc, alteri aliud adjudicatur, *d. c. 1. § præterea. & ibi Alvar.* nec alteratur natura feudi divisione, ut diximus supra *cap. 5. divis. 9.* Et licet feuda vel unum vel plura dividantur, vasallis tamen sine hærede mortuis, pars quæ ex divisione habetur ad superstites revertitur, non ad Dominũ, nisi speciali pacto aliud convenisset. *Zas, d. part. 9. num. 40. H. Hartm. tit. 54. obs. 19. num. 9.* Et hæres qui post divisionem factam portionem alterius hæredis acquisierit pro illa parte de novo acquisita jurare denuò tenetur, cum juramentum primum saltem censeatur præstitum contemplatione partis suæ, qui illi in feudo competebat, atq; hac de causa minimè respiciat portionem deinde acquisitam, *Isern. & Alvar. in c. 1. §. sed & res per quos fiat invest. 2. F. 3, Hartm. Pistor. qu. feud. 47, num. 13.*

21 *Feudum in dotem datur.* † XI. Mulier, quæ de feudo fœmineo investita est, marito hoc feudum in dotem dare potest. *Textus est in capitulo 1. de invest. quam Tit. accep. à Sempron. 2. F. 13. Zasius de feud. parte 8. num. 69. Duar. de feud. cap. 12. num. 9. Oldendorp. class. 5. action. titu. de benefic. action.* Modò tamen nullo pacto dotantis vitam eius commoditas egrediatur. *Zasius dicta part. 8. num. 70.* Mortuâ namque conjuge nihil amplius eo in feudo maritus sibi vindicabit. Superstite verò conjuge, sicut rei feudalis commodo fruitur, & feudi muniis fungetur, servitiaque & obsequia uxoris vice maritus præstabit *secundum Alvar. & Baron. à Tautemb. in dict. tit. de invest. quam Tit. accep.* Et si maritus de feudo dotali investitus decederet, feudum ad uxorem revertitur, sicut dos & alia bona, & investitura nomine & effectu carebit. *Zas. de feud. parte sexta, numero 28. & parte octava. numero 70.*

22 † Econtrariò quidam volunt, maritum uxori donationem propter nuptias, aut ut nunc loquuntur, dotalitium in feudum constituere posse. *Bald. & Laud. in c. 1. §. donare. qual. olim pot. feud. alien.* Tutiùs tamen Jacobus de Belviso arbitratur etiam hoc casu Domini consensum requiri, cuius sententiam

tentiam usus approbavit testimonio *Hart. Pistoris quæst. civ. 4.* etiam in dotibus, *Wesem. de feud. c. 11. num 4. Gemmel. part. 9. de feud. alienat. fol. 95. qui ita scribit:* Quando vasallus vult sponsam ratione dotis & donationis propter nuptias, vulgò vmb das Heyrat vnd Gegengelt/ in rebus feudalibus adsecurare, requiritur Domini consensus: quo casu licet feudum, in quo uxor assecurata est per mortem vasalli mortui, aut alio modo Domino aperiatur, nihilominus manet uxori jus salvum, donec vivit secundum placita pactorum & consensus. Sin fuerit feudum antiquum, tunc requireretur consensus etiam agnatorum: de consuetudine tamen non observatur, sed sufficit Domini consensus. *Hæc Gemmel.*

† Pater vasallus feudum in dotem pro filiâ dare nequit. *Textus in capitulo primo, §. donare. qual. olim pot. alien. 2. F. 9. Jacobin. de S. Georgio in gloss. ita etiam quod ipsi vasalli, numero decimo septimo. Sonsbecc. de feud. part. 12. num. 76. Joan. Blanc. in Epit. jur. feud. libro 2. cap. 1. numero 95.* Ratio, quia in dotem dare pro venditione censetur. *Lege sicut 8. §. sed si permiserit. 13. versiculo quod si in dotem dederit. ff. quibus mod. pign. vel hyp.* 25

solu. L. ex promissione. 19. π. de Oblig. & Act. Dos namque apud patrem nõ manet, sed omnis in generum transfertur. *princ. Inst. quib. alien. lic vel non. L. doce ancillam. 9. C. de rei vindic. Ita Dd. communiter velle scribit Zas. de feud. part. 9. n. 7. & ita quoque in Camera Imperiali observatum fuisse literis prodidit Mynsing. cent. 4. obs. 86. num. 3.*

24 † De fructib. verò feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem constituere, & sic pro sua sese persona ad huiusmodi fructus obligare. *Oldendorp. class. 5. action. tit. de benef. act. fol. 753. Schneidevvin. de feud. parte septima. capitulo primo. numero duodecimo.* Namque prohibitus alienare, non intelligitur prohibitus se personaliter obligare. *L. alienatum. 67. π. de verb. signif. l. si pro fundo. 33. C. de transact. Bald. in l. fin. §. ult. C. com. de legat. Fabian. de Mont. in tract. emt. vend. quæst. 4. princ. q. 22. num. 3.* Quo salvari possunt Nobilium ætatis nostræ usurpationes, qui cum feuda pro filiabus in dotem dare consueverunt, fructus saltem pro dote obligagati intelligantur, ut pulchrè dicit *Zasius dict. part. 9. num. 8. Mynsing. dict. observat. 86. num. 6. Gemmel. in compend. feud. part. 9. tit. pignoratio.*

XII. Quam-

XII. Quamvis vasallus non possit in rebus feudalibus concedere usumfructum vel usum sine licentia Domini, ut in cap 23. dicetur: Tamen benè potest fructus à rebus feudalibus separatos alienare. *Fichard. vol. 1. consil. 5. num. 5. & vol. 2. consil. 26. numer. 9.* fructus enim separati amplius non sunt pars fundi. *L. fructus, 44. π. de rei vindic. L. ult. §. fructus, 6. π. qu. in fraud. credit.* sumto argumento à contrario sensu. *Coler. in proces. execut. part. 2. ca. 3. num. 290.* Hinc Ulpianus ait *in l. feudi, 17. π. de act. emt.* vinum & fructus perceptos villæ non esse constat, Et hoc est, quod docuit Camerarius, tales fructus recollectos & resectos à solo esse Burgensaticos. *Camerar. in repetit. c. Imperialem. de prohib. feud alien. per Feder. 2. F. 55.* & quod illi inter bona allodialia computentur latè probat Hartm. Pistor. *in quæst. civ. 24 num. 38.* Idem juris est, in fructibus pendentibus, quos Vasallus absq; consensu domini vendere potest. *Clar. §. feudum, qu. 31. num. 9. Gemmel. in compend. feud. part. 9. ti. permutatio.* sive vendat fructus pro tempore, quo feudum remanet apud eum, sive ad certum tempus. *Jacobin. de S. G. in gl. ita etiam quod ipsi Vasalli. num. 15. Zas. de feud. part. 10. num. 94. H. Hartm. tit. 54. obs. 40. num.*

25 *fructuum alienatio.*

12. *Borch. de feud. cap 8. num 58. Mynsing. cent. 4. obs. 86. num. 5. Fachin. 7. controv. capit. 79. Ita inter omnes Dd. convenire. asserit Eichard. vol. 2. cons. 26. numer. 9.* Nam etsi fructus pendentes alibi dicuntur pars fundi, & jus fundi sequi, *d. l. fructus l. licet ex diverso. π. de Rei vend.* non tamen pars sunt integrans, sed accedens. Itaque qui fructus rei alienat, rem ipsam non alienat *l. in ædibus. 9. § 1. π. de donat.* neque enim fructus sunt feudum sed feudi utilitas & commodum. Imò fructus feudi oppignorari posse à vasallo vult *Laudens. in d. cap. 1. §. donare Jason. in §. item Serviana. numer. 115. Inst. de action. Wesemb. de feud. cap. 11. numer. 6 Gail. 2. de pac. publ. cap. 17. num. 17. Duar. de feud. cap. 12. nu. 7. in fin.* per rationem, quia & vendi possunt, *argum. l. necessario. ß. ult. π. de peric. & com. rei vend.* Hinc quoque est, quod ex communi Dd. opinione commoditas rei feudalis sine consensu Domini in dotē dari possit, ut in conclusione præced. diximus.

26 XIII. Si Vasallus in feudum possideat sylvas, arbores fructiferas, quæ non sunt cæduæ, amputare non potest: Quia illæ non censentur in fructu esse sed ad proprietatem pertinent *argum. l. Divortio 7. §. si fundum. 12. & ibi Bart. Castr. Bald. π. solut. matrim.*

trim. Everhard. in Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyt. numer. 40. Fichard. vol. 2. consil. 22. num. 3. & sequ.

XIV. Si vasallus est investitus cum mero & mixto imperio, & jurisdictione omnimodâ, in terra suâ statuta condere poterit, etiam pœnalia, quod indubitanter verum esse adserit *Jacobin. de S. G. in gl. cum mero & mixto imperio, num. 7. & Tessaur. decis. Pedem. 268, num. 3.* 27

CAP. XXII.

DE REFUTATIONE ET RENUNCIATIONE FEUDI.

PRæter illa jura quæ vasallis in feudum competunt, de quibus in cap. præcedenti, sunt & alia, ut Refutatio & Renunciatio feudi.

1 † Refutatio est professio vasalli dicentis se Vasallum amplius esse nolle, *cap. 1. & ibi not. de Vasall. qui contr. constit. Lothar. 2. F. 38. capitul. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49. Obrecht. de feud. capit. 4. numer. 6.* De qua *Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. nu. 29. & in gl. & unus ex dictis Vasallis. Mynsing.*

ſing. cent. 5. obſ. 65. & cent. 6. obſ. 23. Clar. §. feudum. qu. 34. Everh. in Top. loc. à feud. ad Emphyt. num. 15. Oldend. claſſ. 5. act. 11. de benef. act. Zas. de feud. part. 10. num. 85. & ſeqq. Sonsb. in com. Feud part. 12. num. 114. & ſeqq.

2 Eſtque duplex † Expreſſa & Tacita. Illa propriè refutatio eſt: hæc impropriè, quoties lapſu temporis Vaſallus ſciens jus ſuum, quod in feudo habet, non proſequitur. *Alvar. in capit. 1. §. porrò. qual. olim. pot. feud. alien.*

3 † Poteſt verò regulariter, quilibet Vaſallus feudum ſuum refutare, die Lehen aufſchreiben *tex. in d. c. 1. 2. F. 38.* etiã invito domino *d. c. 1. ibi ſine domini voluntate. Clar. quæſt. 34. Weſemb. de feud. cap. 11. num. 10. Duar. de feud. cap. 12. num. 18. Schneid. part. Feud. 1. nu. 16. Mynſing. cent. 5. obſ. 65.* inſtar uſufructuarii, qui pro lubitu uſufructu abire poteſt. *L. cum fructuarius paratus 64. l. ſi abſente 48. à princ. π. de uſufr. Weſemb. d. ca. 11. num. 10.* quãvis contra Dominus invito Vaſallo feudum renunciare non poſſit, quia videlicet Vaſalli intereſt, ne jure Feudali, ex quo fructus conſequitur, invitus ſpolietur. *ca. 1. & t. t. de feud. ſin. culp. non amit.* Aſt dominus etiamſi refutatio fiat tanto incommodo non afficitur, imò ſi Vaſallus, feudum in manus Domini

mini refutaverit, dominus commodum, ſentit conſolidatione utilis dominii & proprietatis facta, & facilè alium Vaſallum invenire poteſt. *Weſemb. de feud. cap. 9. num. 3. Zas. part. 10. Feud. num. 86. qui ait, hanc doctrinam conſuetudine Germaniæ firmari.*

Et procedit hæc concluſio adeò, ut Vaſallus etiamſi ſuum feudum ſubinfeudarit, refutare tamen poſſit; ut tunc reſolvatur jus accipientis, cum reſolutum fuerit jus dantis. *c. 1. de alien. feud. 1. F. 13. cap. 1. §. rurſus. quib. mod. feud. amit. Zas. d. part. 10. num. 86. Oldend. d. claſſ. 5. tit. de benef. act.* Attamen ſubvaſallus, ſi recognoſcere dominum, & ei ſervire paratus ſit, audietur. *c. 1. qual. olim. pot. feud. alien. 2. F. 9. ubi dicitur: Vaſallum, qui ſecundo loco beneficium accepit, feudum non amittere ſi priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere volebat. Jacobin. de S. G. in gl. & unus ex dictis Vaſallis refutavit. num. 9. Zas. & Oldend. dd. locis.*

† Feudum novum invito Domino refutari non poteſt agnato, & hoc ſi fieret, feudum nihilominus ad dominum reverteretur: quia refutatio, quæ ei fit, qui jus ſuccedendi non habet, pro alienatione habetur. *Hottom. conſil. 4.* Tametſi refutatio aliâs alienationis verbo non contineatur, cum

Va-

vasallo feudum: ejusvè partem Domino etiam repugnante, refutare permissum sit: *text. in d. c. 1. 2. F. 38. Mynsing. cent. 6. obs. 23. nu. ult.*

4 † Sunt tamen quidam Vasalli, qui refutare suum feudum, quod possident, nequeunt. I Qui feudum habent conditionatum, hoc est, ad certum servitium in specie deputatum. Etenim feudi conditionati refutationem fieri non posse, *Dd. com. sentiunt juxta Zas. de feud. part. 10. num. 86. licet ipse in part. ult. numer. 13. de hac opinione valde dubitet. Schneid. de feud. part. 1. num. 41. Cæs. de Ursil. in addit. ad decis. Afflict. decis. 265. num. 54. Oldend. d. titul. de benef. act. Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti. num. 29. & gl. unus ex dictis Vasallis. nu. 1. Pinell. ad l. 2 part. 1. num. 2. C. de rescind. vendit.*

5 II. Vasallus juratus se omnia, quæ pactis feudalibus comprehensa sunt servaturum, feudum refutare non potest. Licet ejus heres, quem juramentum non obligat, refutare possit. *Jacobin. de S. G. in gl. qui quidem investiti, num. 29. Obrecht. de feud. cap. 4. num. 13.*

6 III. Tradunt aliqui, vasallum Ligium feudum suum refutare non posse *Cur. de feu. part. 1. qu. 8. nu. 26. Saison. ad Consuet. Turon.*

tit.

tit.12.cap.8.art.1.Ferrar. Montan. in collectan. Feud.lib.1.cap.6.Wesemb.de feud.cap.2.num.8. vers.deinde.

† Cæterùm non omnibus, & quibuscũque voluerit Vasallus, refutatio fieri potest: sed primum Domino suo ea facienda est, & tunc si feudum sit novum præjudicatur descendentibus. *Zas. de feud. part.3 numer.5. Mynsing. cent.6.obs.23.numer.1.* nisi filiorum intuitu datum esset. *Gemmel. de feud.part. 10. tit.secundum caput.* Sin verò antiquum vel paternum, nocet refutatio filiis & agnatis, quamdiu refutans vivit: postquam autem decessit, feudum ad liberos vel agnatos iterum devolvitur, per regulam, qua docetur: quod resoluto jure datoris, resolvatur jus accipientis. *c.1.§.rursus. quib. mod. feud.amit.1.F.5.L.lex vectigalis.31.ff.de pignorib.Sonsb.de feud.part.12.num.122.* & quià semper prima & potior causa est liberorum *ca.1.de success.fratr.2.F.11.* Liberis autem masculis non extantibus, tunc feudum refutatione facta ad agnatos revertitur. *capit.1.de eo qui fin.fec.agn.2.F.49. Mynsing. d. obs. 23.numer.2.* Quibus consequens est, si Vasallus feudum antiquum Domino refutet, ut filia investiatur, ea refutatio, quamdiu refutans vivit, tenebit: quo sine

masculi-

masculo herede defuncto frater Vasalli, si extat, vel cæteri agnati feudum à filia revocabunt: vivente tamen patre vel descendentibus non revocabunt. *Textus est in ca. 1. §. hoc quoq; 1. F. 8. Zas. part. 9. Feud. numer. 14.* Quinetiam vivente eo, qui refutavit, proximi redimere à Domino feudum possunt. *cap. 1. §. porrò. qual. olim. pot. feud. alien. 2. F. 9. VVesemb. cap. 11. de feud. num. 11.*

8 II. Vasallus feudum rectè refutat descendentibus & filiis suis, & tunc Dominus eos investire obnoxius est, sive feudum novum sit, sive antiquum, quoniam descendentes in utroque feudo succedunt. *ca. 1. de Vasall. de crep. ætat. Myns. obs. 23. numer. 3.*

9 III. Denique rectè Vesallus feudum antiquum refutat agnato proximiori descendenti ab eo qui primus feudum acquisivit. *c. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 39. VVesemb. d. cap. 11. num. 10.* Et ea specie obligatur pariter Dominus agnatum investire si tamen sit proximior. & ab eo descendat, cui feudum primò concessum fuit, Nam regulariter feudi refutatio non permittitur, nisi in eos, qui ex primi investiti stirpe & progenie descenderunt, ac ordine successivo ad feudi successionem vocantur; quemadmodum

dum eleganter Hottom. *d. cons. 4.* tradidit *Mynsing. d. obs. 23. nu. 5. Fichard. vol. 2. cons. 13. num. ult. vers.* vnd hat demnach.

Necesse tamen est, ut hi in quorum favorem refutatio facta est, tempore legitimo, id est, intra spacium unius anni & diei investituram petant etiam vivente refutante. *c. 1. quo temp. mil. invest. pet.* Hoc enim si negligerent, feudum amitteretur. Nec potest Dominus petenti investituram jure denegare. Quod si eum investire recuset, nihilominus is, qui feudum possidet, possessionē suā continuare pōt. *juxta Baron. à Tautemb. post Alvar. in c. 1. §. si verò. num. 4. qual. olim. pot. feud. alien.* 10

Amplius Domino intempestivè refutatio facienda non est, ut cum dominus est in procinctu belli, & Vasallus ad detrectandas operas, refutationem intempestivè facit. *arg. l. cum fructuarius. 64. π. de usufr. Bald. in c. 1. quæ Ecclesiarum. de constitut. Mynsing. cent. 5. obs. 65. num. 12. Jacobin. de S. G. gl. & unus ex dictis Vasallis. numer. 1. Wesemb. de feud. capit. 11. num. 11.* Quia feudum utriusque gratia datur. *H. Hartm. pract. observ. tit. de feud. 54. obs. 8. num. 4.* 11

Effectus refutationis varius est. I. Si quis omninò refutaverit feudum in manus do- 12

domini, fit consolidatio dominii directi & utilis in persona Domini, cui res sua servire nequit, *ut in §. ult. Inst. de usufr.* alio quam dominii jure, *L. quicquid. 11. π. com. præd. l. cum essent 38. §. 1. π. de Serv. rust. præd. l. in re. 26. π. de serv. urb. præd. Wesemb. d. cap. 15. num. 1.*

13 II. Si quis feudum ideò refutat, ut alius investiretur, is omni spe successionis feudalis excluditur. *ca. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49. Jacobin. de S. G. in gl. & unus ex dictis vasallis refutavit. num. 4. & seq. Obrecht. de feud. cap. 4. num. 16.*

14 III. Vasallus post refutationem feudi ad servitium non tenetur. *d. c. 1. in fin. de Vasal. qui contr. constit. Lotha.* Tamen Domino cavere debet, quod eum numquam sit offensurus: imò etiamsi non caveat, contra Dominum moliri nihil debet, idquè propter memoriam præcedendis beneficii. *d. c. 1. ibi: sed eum quidem tum offendere non debet. Jacob. de S. G. in gl. & unus ex dictis Vasallis. num. 1. Duar. cap. 12. Feud. num. 18. Schneid. in Epit. feud. part. 1. num. 16. Zas. de feud. part. 7. num. 25. Baro à Tautemb. in d. c. 1. 2. F. 38. num. 9. Wesemb. in tract. feud. cap. 9. in fin.*

15 IV. Refutatio feudi non mutat qualitatem feudi antiqui, ut fiat per eam novum.

text.

text. in cap.1.de Vasall.decrep. ætat. 2.F. 14. in fin. W:semb.de feud. cap. 11.num.11. Petr. de Gregor. de concess.feud.part.3,quæst. 6. numer. 4. Zas. in Epit.feud.part. 3. numer. 1. Jacobin. Ricc.in tract. de union.prol. capitul.7.numer. 63.

Quinimò si filius refutaverit Domino feudum paternum consentientibus agnatis, & denuò fuerit investitus tamquam de antiquo vel paterno, agnatis non præjudicabitur, quin paternum maneat. *Zas.d.part. 3.num.1.* Quod verum esse Oldr.ait *in consil. 178.* nisi pacta feudi paterni mutentur.

V. Refutatio Vasalli non præjudicat filiis. *Zas.de feud. part.10.num.88. Jacobin. Ricc. tract.de union.prol.cap.7.num.62.* Nisi pater & suo & heredum nomine refutet, filiique heredes ejus existant. *Jacobin.de S.G.in d.gl. & unus ex dictis Vasallis.num. 8.* Quod tamen accipiendum monet *Obrecht. d.cap.4.num. 19.* ut procedat in feudo antiquo, non etiam in novo, & nisi feudum sit hereditarium, prout est communis atque recepta Dd. sententia *juxta Schrad.part.1. consil. 20. numer.10.* Multò minus poterit fieri refutatio in præjudicium agnatorum. Nam hi feudum refutatum revocare poterunt. *capitul, 1. & ibi notat. de eo qui fine. fet.* 16

agn. 2. F. 49. Mynsing. cent. 6. obs. 23. numer. 2.

17 † Durat autem refutatio feudi tantùm usque ad vitam refutantis. Quo mortuo feudum ad liberos vel agnatos iterum devolvitur per tritam & vulgarem regulam, quæ docet, quod resoluto jure dantis, resolvatur jus accipientis *cap 1. §. rursus. quib. mod. feud. ami. l. 1. F. 5. L. Lex vectigalis. 31. ff. de pignorib. Sonsbec. de feud. part. 12. num. 122. Wesemb. d. cap. 11. num. 11. Mynſ. cent. 6. obs. 23. num. 2.*

Renunciatio feudi.

18 † Renunciatio feudi facta à filio vel agnato defuncti asserente se nolle in feudo succedere, non minus licita est, ac refutatio. *per text. in capit. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49. & in capitul. 1. an agnat. vel fil. 2. F. 45.*

Posse autem renunciari feudo etiam invito Domino, dubium est nullum, per ea quæ supra diximus de refutatione, licet communis opinio *juxta Eman. Soaz. in com. opin. lit. F. numer. 99.* in contrarium
19 sit. Certa enim est regula juris † quod quisque favori pro se introducto renun-

ciare

ciare possit. *L. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & cler. l. penult. C. de pact.* Nam ut Julianus scripsit, unicuique licet contemnere hæc, quæ pro se sunt introducta. *L. si judex 41. π. de minorib.* Ejusmodi renuntiatio bonorum feudalium etiam ritè & legitimè facta à patre filiis, nepotibus, vel aliis descendentibus item etiam agnatis non nocet neque præjudicat. *Schrad. vol. 1. consil. 1. nu. 152, & consil. 20. nu. 23. Pet. de Gregor. de concess. feud par. 3. qu. 6. nu. 4.* Quia pater videtur tantùm juri suo quod habuit in feudo ipso vivente non autem juri filiorum renunciasse. *Bald. in l. qui se patris. nu. 12. C. und. lib.* 20

† Filius patris aut ascendentium hereditatem ac feudum sive novum sit sive antiquum simul agnoscere vel simul repudiare cogitur. Utrumq; si agnoscat ad onera hereditaria tenetur. *c. 1. an agnat. vel fil. 2. F. 45. arg. c. 1. Inst. quib. ex caus. manum. lic. Schn. de feud. part. princ. 6. memb. 2. cap. 2. nu. 45. & seqq. Ludovic. Vital. lib. 2. var. lect. ca. 29.*

21 † Agnatus si defuncti heres universalis est, ejus hereditatem repudiare feudum verò si est antiquum, retinere potest. Unde saltem debitum tenetur solvere de fructibus ejus anni, quo mortuus est Vasallus *d. cap. 1. 2. F. 45. Schneid. d. memb. 2. cap. 4. numer. 19.*

Feudum si est hereditarium, & agnati & filii volentes illud obtinere, etiam heredes esse coguntur *Vital.d.c. 29.num.5.*

Illud sicco pede prætereundum non est, in generali renunciatione hereditatis paternæ non venire feuda *Jacob. de Beluis. in c. 1.an agn. vel fil. def. hered. vincent. Caroc. in tract. de excus. bonor. qu.6.num.1. qui ait hanc esse magis communem opinionem. Mynsing. cent. 6.obs. 66. Gail. 2. obs.154.numer.16. VVurmbs. pract.observ.tit.de feud. 51.obs.10.* Etiamsi filius hereditati paternæ in vitâ patris cùm juramento renunciasset *juxta ca.licet.de jurej. lib.6.c.quamvis.de pact.eod. lib. Jacob.de S. G. in gl.ita quod ipsi investiti. nu.7. Caroc. d.qu.6. num.2.Zas.de feud. part.8.nu.9.vers. Quartò fallit. Gemmel. in comp.feu. par.8 ti. exheredatus.* Quę videntur locum habere etiam in filia, ut non obstante renunciatione in feudo fæmineo succedere possit. *Zas. Caroc. & Gemmel.dd.locis.*

CAP. XXIII.

DE ALIENATIONE FEUDI.

ALienatio Feudorum prohibita fuit ab origine usque juris Feudalis introducti,

cti, & acquirentem feudum ab initio modicum jus in eo habuisse legitur in *ca.1.§.& quia vidimus. de his qui feud. dar.poss.1. F.1.* Posteà Vasallis necessitate suadente *cap.1.à prin.qual.olim pot.feu.alien.2.F.9.* sine cõsensu domini dimidiam tantùm partem feudi alienare concessum erat. *c.1.§.aut si libellario. quib.mod.feud.amit.1.F.5. c.1.à princ.de alien. feud. 1. F.13.* † Hodie vasallus absq; speciali domini consensu neque totum neque partem feudi quocumq; contractus genere alienare potest, secus facientes feuda amittũt, & scriba instrumentum faciens, infamis est: manusque amissione interim multandus. *c.1.de prohib.feu. alien. per Loth.& per Frider.2.F.52.& 55. Hieron. Schurpff. cent. 1. consil. 41.num.1.VVesemb.de feud.cap.11.num. 1. Mynsing.cent.6.obs.30.* Quæ Constitutiones prohibent non solum, ne in futurum alienationes fiãt: verum etiam alienationes jam factas volunt omninò irritas esse: licet aliâs numquam, nisi hoc nominatim exprimatur ad preterita sed ad præsentia & futura tantum leges pertineant. *L.leges.7.C.de le. L.fin.C.de pact.pig.& L.Commiss.* Addit Imp. Frideric. *in d.ti.55.nulla temporis præscriptione impediente*: quia rerum feudaliũ possessores nulla se possunt tueri præscriptiõe, *c.1.§.1.de* 1

cap Corrad.2. F.40. Derogatur autem hisce constitutionibus veteri consuetudini *c.1.de alien.feud.1.F.13.& c.1.qual.olim.pot.feud. alien.2.F.9.* Idq; ideò, quia alienationes feudorum in injuriam & damnũ Domini vergebant, & honos imperii minuebatur. *d.c.1. princ.2.F.52.ibi: per quod vires Imperii maximè attenuatas cognovimus.& d. c.1.à princ. 2. F.55.ibi.& honor imperii minuebatur.*

2 † Adeò autem prohibita est alienatio feudorum, ut ne quidem sine consensu domini permissa sit Vasallis ob casum necessitatis, puta famis, aut æris alieni dissolvendi. *d.c.1.à princ.2.F. 55.* quamvis olim secus fuerit *c.1.vers.necessitate. qual. olim pot.feud. alien.2.F.9.Jacobin. de S. G. in gl. & cum pacto de non alienando, num.14. Schurpff.cent. 1.consil.41.à princ. & consil. 67.num. 22.& cons. 30. numer.4. Hartm. Pist.quæst.feud. 6. numer. 49.& seqq. Zas in Epit.feud. part. 9. numer. 13.VVesemb. d. capitul. 11.numer.2. Schneid.de feud. part.7.cap. 1.num.16.* Quam tamen ampliationem Julius Clarus *in §.feudum quæst.31.vers.pone.* cum temperamento accipit, ut nimirum Vasallus per superiorem possit cogere dominum, quo ejusmodi necessariæ alienationi consentiat. Et Alimentorum causa feuda invito Domino

mino alienare posse scripsit *Osasc. decis. 170. & Menoch. de arbitr jud. quæst. lib. 2. cent. 2. casu 182 num. 160. quos refert & sequitur Thesaur. decis. Pedem. 99. num. 5.* Quod rationi consentaneum videtur, cum ea sit vera crudelitas Domini petentis, vasallum potius fame perire, quàm rem alienare, quæ certè repugnat mutuæ alienationi inter Dominum & vasallum. *c. 1. in fin. de form. fidel. 2. F. 6. Gœdd. ad l. alienationis, 28. num. 15. π. de verbor. signific. Duar. de feud. cap. 12. num. 7. Obrecht. de feud. cap. 3 num.* 114. Et ita in Camera Imperiali referente Mynsingero *cent. 6. observ. 30. numer. 5.* decisum fuit, vasallum nempe ob famem vel aliam necessitatem feudum absque Domini consensu alienare posse.

† Ratio huius tam arctæ prohibitionis 3
est ne feudis divenditis, vel alienatis vasalli Dominorum servitia exhaustis jam bonis subterfugerent, néve Dominorum imminuerent utilitatem, *ut inquit textus in c. Imperialem. à princ. 2. F. 55. Hartman. Pist. quæst. feud. 17. num. 11. in fine. Zasius de feud. part. 9. num. 4. & sequ.* Unde Dd concludunt, favore Dominorum, quorum superioritas ullo modo alterius facto attenuari non debet, *text in c. 1. ibi. attenuatas. de prohib. feud. alien.*

per Feder.2.F.55. hanc prohibitionem inductam fuisse.

4 † Alienationis verbum in materiâ feudali latissimè accipitur, & eo continetur omnis actus per quem dominiũ transfertur. *L.1.C.de fund.dot.ibi: Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur. Mynsing.d.observ.30.num.2.* Fabian.*de Monte in tractat.emt.vendit.quæst.4.princ.quæst.22. num.2.Duaren.de feud.cap.12.num.6. Gœdd. in l.alienationis 28.num.15.π.de verborum significat.*

5 † Veluti traditio ex causa venditionis. *d.c.1.à princ.2.F.52.& 55.& ibi Feudistæ omnes.*

6 † Permutationis.*dd.cc.argum.l. vel permutavit 19.π.de liber.caus.l.permutationem.2. C.de rer.permut.L.apud 4.§ Authoris 31.π.de dol.mal.& met.except. Baro à Tautemb.in dicto cap.Imperialem.2.F.55.num.1.Wesembec. dicto cap.11.num.3.Zasius dicta parte 9.num.4.* Fabianus *de Monte dicta quæst.22.num.17. Schneid.de feud.part.7.cap.1.num.27.& num. 37.Gemmel.in compendio feud.part.9.titu.permutatio.*

7 † Compensationis. *dicta l. vel permutavit.& in l.tantum.18.π.de liber.caus. Gemmel. dicto loco.* siquidem compensatio nihil aliud est, quàm solutio. *d.l. vel permutavit.l.si debitor*

bitor 4. π qui pot. in pign. hab. Wesemb. in π. ff. de compens. n. 6.

† Donationis. *cap. 1. §. donare. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. argum. l. 1. §. sed etsi 6. π. quand. de pecul. act. annal. Fabian. de Mont. d. quæst. 22. num. 21. Vult. de feud. libro 1. cap. 10. num. 45.* 8

† Cessionis & dationis in solutum. *arg. l. si prædium 4. C. de evict. l. apud Celsum. 4. §. Authoris 31. π de dol. mal. & met. except. l. ult. π quibus ex caus. in poss. eat. Baro à Tautemb. in d. cap. Imperialem. à princip num. 1. Zasius dicta parte 9 num. 4. Fabian. de Mont. dict. quæst. 22. num. 12.* 9

† In dotem vel propter nuptias donationem. *dicto cap. 1. § donare. 2. F. 9. argum. d. l. 1 §. sed etsi 6. Clarus § feudum. quæst. 36. Wesembec. dicto cap. 11. num. 4. Schneid. dicta parte 7. cap. 1. num. 28. & sequentib. Zasius de feud. parte 9. numero 7. qui ait, ita Dd. communiter sentire.* 10

† In eandem classem referimus traditionem ex causa Emphyteuseos. *d. c. 1. §. donare. versicul. quis enim dubitat. 2. F. 9. & d. c. Imperialem. à princ. ibi nomine libelli. 2. F. 55. Jacobin. de S. G. in gl. ita etiam quod ipsi vasalli. num. 8. Ferrar. Montan. in collectan. feud. lib 4. cap. 1. Bernh. Wurmbs. tit. de feud. 51. observ. 33.* 11

Schneid.

Schneid.de feud.part.7.cap.1.num.5.& sequen. Fichard.volum.2.cons 9.num.16. Duar.de feud. cap.12.num.8.Fabian.de Mont.dict.quæst.22. num.14.

12 † Usus fructus *argum.ult.C.de reb.alien. non alien.l.sed si pecunia 3.§.nec usus fructus.5. π.de rebus eor.qui sub tit. Wesembec.dicto cap.* 11,*num.5.Gemmel.dict.part.9. Schneid.d.part. 7.cap.1.num.*11. *Fabian.de Mont.dict.quæst.22. num.*11. Et quod vasallus in rebus suis feudalibus sine consensu Domini, usumfructum alteri nec constituere, nec cedere possit, cum sit alienatio quædam. *dict.l.ult.* communior videtur esse opinio, ut apparet ex *Jacobin.de S.Georg.in gloss. ita etiam quod ipsi vasalli.num.13. Fichard.vol.2.cons.26.nu.8. & cons.79.n.3.*

13 † Nec permittitur vasallo feudum obligare loco pignoris. *d.c. Imperialem.à princip. 2.F.55.cap.*1.*in fin.de invest.de re alien.fact.2.F. 8. Jason in § item Serviana,num.*114.*Instit.de actionib.Zas.de feud.part.9.num.6. Wesemb.d. cap.*11.*num.5.Duaren.dict.cap.*12.*num.7. Borcholt.de feud.cap.8.num.40. Schneid.d.part.7. cap.19. Fabian.de Mont.in dicta quæst.22. num.10.*

14 † Hoc tamen receptum est vasallum pro pecunia à Domino mutuò accepta posse feudum

feudum Domino pignori dare. *c.1. de feud.* sicque Dominus percipit fructus rei suæ & est casus unicus, quo pignus rei propriç valet. Nam etiamsi Dominus rei propriæ sit, tamen eius fructus non habet; neque jus utendi: quod ipsum facit, ut pignus valeat: & quia verum est nullum præjudicium hac pignoratione Domino afferri. *Duaren. de feud. cap. 12. num. 7. Schneid. de feud. cap. 1. part. 7. num. 25.*

† II Feudum à vasallo pignori dari potest, quoties pro utilitate Domini oppignoratio fieret, aut pro re ipsa feudali. *Bald. in d. c. Imperialem. 2. F. 55. Jason in §. Item Serviana. n. 107. Inst. de action. Schneid. d. part. 7. cap. 1. num. 12.* 15

† III. Pignus judicale in feudo contrahi potest, & feudum in causam judicati cadit. quoad vivit vasallus, dummodò aliàs non habeat, unde satisfacere possit creditoribus, sicque soli fructus in vitâ vasalli ad creditores spectant. *Jacobin. de S. Georg. in gloss. Comes de Villaris. num. 3. Gail. lib. 1. observ. 117. per tot. & lib. 2. de pac. publ. cap. 17. num. 16. Hartm. Pist. quæst. civ. 15. Pet. Frider. de Mand. lib. 2. cap. 60. num. ult. Ita communis est opinio secundum Chil. Regul. in practic. cap. 103.* Missio ergò fit pro personali actione non in substan- 16

ſubſtantiam bonorum feudalium, ſed in creditorem ſolummodò commoditas & utilitas fructuum rei feudalis tranſit, latè *Jacobin. de S. Georg. in gl. dictiq; vaſalli promiſerunt*. Interim autem, quo creditor miſſus eſt in poſſeſſionem, vaſallus debitor nihilominus ſervitia Domino ſuo præſtare tenetur, non autem creditor. *arg. c. 1. de feud. Regul. in d. cap. 103. §. 21. H. Piſtor. d. q. 15. n. 5. Gail. d. obſ. 117. nu. 6. Dan. Moller. lib. 3. ſemeſt. cap. 33.* Vaſallis feuda pignorantibus in aula Electorum Saxoniæ, quomodo ſoleat dari conſenſus, tenet *Moller. d. lib. 3. cap. 34.*

17 † IV. Vaſallus in ſui præjudicium benè poteſt hypothecare rem feudalem (id quod jam crebrò fit) retenta tamen poſſeſſione penes ſe, quo caſu venditione non ſecuta, hypothecando nihil peccat. *Jacob. de S. G. in gl. qui quidem inveſtiti. n. 62.* Fich. *vol. 1. conſ. 5. n. 5. Zaſ. de feud. p 9. n. 18. Gemmel. part. 9. feud.*

18 † Prætereà vaſallus nec teſtamento, vel ullâ aliâ ultimâ voluntate feudum alienare poteſt, ut ſupra cap. 16. deduximus: neq; tacitè quoniam in generali diſpoſitione non cenſetur de feudo actum. *c. 1. §. in generali. 2. F. 26.* neque expreſsè, quia de feudo diſponi nequit. *c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. donare. qual. olim pot. feud. c. Imperialem. 2.* F. *55. de probib.*

feud.

feud.alien.per Feder. Wesemb.de feud.c.11.n.6.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus Vasallis feuda sua alienare licet. † Primus est, 19
si feudum est novum, illud consensu Domini etiam in præjudicium liberorũ vasallus alienare potest. *Petr.de Gregor.de concess.feud. part.3.q.7.& q.9.Zas.de feud.part.9.n.30.Mynsing.cent.4.obs.85.n.12.Oldend.class.5.act.tit.de benef.act.* nisi horum quoq; intuitu concessio facta sit, ut si feudum sit concessum patri cum clausula, & filiis suis, tunc enim filiis non nocet alienatio patris. *Ita ait Wesemb.de feud.c.11.n.17.Duar.de feud.c.12.n.5.Zas.part. feud.10.n.87.infi.VVurmbs.tit.51.obs.4.n.1.* vel nisi pacto investituræ agnati ad successioné eius feudi essent vocati. *Myns.cent.4.obs.85. Zas.d.part.9.n.30.Wesemb.d.c.11.n.17.* vel nisi feudum novum esset concessum jure feudi primi & jure antiqui. *Mynsing.cent.4.observ.34.*

† II. Feudum à lege datum, ut ipse & 20
sui hæredes masculi & fœminæ, & cui dederit habeant, est alienabile. *Textus in c.1.de feud.non hab.propr.nat.feud.2.F.48. Jacobin. de S.Georg.in gloss.& quibuscumque hæredibus. nu.3.& in gl.in feudum.num.13.& in gl.& cum pacto de non alienando,n.29. Clarus §.feudum. quæst.31.nu.8. Borch.cap.7.feud.mod.2.num.6.*

Phan.

Phan.de Phan.in tract.de invent.hæred.part.6. num.38. Nec specialis Domini consensus ut adhibeatur in alienatione, necesse est *dict.c. 1.2.F.48.Jacobin.de S.G.in dict.gloss.ita etiam quod ipsi vasalli.num.1. Phanuc.d.part.6.n.44. & seqq.*

21 † III. Sic feudum, quod est receptum pro se & quibuscumque hæredibus & successoribus alienabile, ac ad extraneos hæredes transmissibile est. *Phan.de Phan.in d. tract.de invent.hæred.part.6.nu.37. ubi & alios pro hac opinione citat.*

22 † IV. Feudum antiquum cum consensu Domini alienari potest. Quæ tamen alienatio agnatis, ad quos feudum quandoque esset reversurum, non præjudicat. Mortuo ergo alienante illud ab ipsis agnatis revocari potest. *c.1.à princip.de alien.feud.pat.2.F. 39.& ibi Baro à Tautemb.num.2. Mynsing. cent.4.obser.85.num.1. Duaren.dict.capitulo 12. num.3. Wesembec.in tractat feud.capitulo 11. num.12.*

Tacitum quoque consensum Domini, ut si ipse alienationi intersit, vel eam consignet, vel alia quavis ratione probet, hîc sufficere communiter concludunt *Dd.in c. 1.§.præterea.quibus modis feud.amit. Wesemb. d.c.11.num.13. Zasius de feud.part.9.num.31.*

Schneid.

Schneid. part. 7. cap. 2. nu. 47. de feud. Gemmel. de feud. part. 9. Imò quod amplius est, volunt solam scientiam Domini sufficere. *Schurpff. cent. 1. cons. 41.* Idque communiter tradi ait Jacobin. de S. Georg. quantumvis alia opinio verior sit. *Jacobin. de S. Georg. in dict. gl. & cum pacto de non aliendando. num. 20. Wesemb. d. cap. 11. n. 13.* Nec refert, an consensus Domini alienationem feudi sequatur vel præcedat. *Wesemb. d. c. 11. n. 15. Zas. d. p. 9. n. 32. Schneid. d. part. 7. cap. 2. nu. 49.* Nec Dominus rebus adhuc integris consensum mutare potest, si ipsum pœniteat. *Schneid. dicta parte septima, capitulo secundo. num. 50. & sequent.*

† Memineris tamen, quod Domini consensus sibi in dominio directo non præjudicet, cum vasallus in dubio non alium consensum quàm circa sui juris scilicet dominij utilis alienationem petere censeatur. *Andreas de Isern. & Alvar. in c. Imperialem. 2. F. 55. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 14. num. 5. Gemmel. in compend. feud. part. 9. fol. mihi 94.* Unde si vasallus cum Domini consensu alienans moriatur sine hæredibus masculis, feudum nihilominus ad Dominum revertitur. *Zasius de feud. part. 9. n. 35. Schneid. d. part. 7. cap. 2. num. 74.* 23

24 † Alienatio feudi inconsulto Domino permittitur, si fiat in proximum agnatum alioquin in id jure sanguinis successurum, cum non tam alienatio, quàm refutatio quædam censeatur. *textus in c.1. à princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39. Baro in d. c. Imperialem. à princ. n. 2. Jacob. de S. G. in gl. & cum pacto de non alienando. n. 33. Zas. d. part. 9. n. 23. Schneid. d. part. 7. c. 2. n. 84.*

25 † VI. Feudum si est Francum & liberum, vasallus juxta opinionem quorundam irrequisito Domino alienare potest. *Felin. in c. quæ in Ecclesiarum n. 72. de constitu. Schneid. de feud. part. 1. num. 56. Gemmel. part. feud. 10. fol. 104.*

26 † VII. Feudum si est hæreditarium, alienari potest per patrem. *Andreas de Isern. in c. 1. in fin. qui success. feud. ten. Alexand. vol. 5. cons. 29. quos refert & sequitur Gail. 2. obser. 154. num. 12.*

27 † VIII Si consuetudo Regionis & mos Curiæ liberam feudi alienationem, Domino non requisito permittat: ista obtinet. *Zas. d. part. 9. n. 22. ubi & alios citat. H. Hartman. tit. 54. obs. 37. num. 5.* Ita in regno Franciæ moribus receptum esse, ut feuda, sicuti res quævis patrimoniales, vendi, donari, & trasferri etiam ad filias successione devolvi possint,

possint; dummodò jura Dominica salvà maneant Domino, literis prodit *Johan. Fab. in auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Petr. Rebuff. in tract. suo circa arbor. feudal. & Duar. de feud. cap. 12. num. 2. in fin. Jason in §. item Serviana. num. 116. Instit. de action.* Etiam de jure Siculorum feuda omnia sunt alienabilia, *teste Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 4. q. 1. n. 15.* Quas tamen consuetudines cùm sint contra publicam imperij utilitatem, & per eam magnitudo & augmentum Imperialis Maiestatis attenuetur. *textus in d. c. Imperialem. à princ.* rectè improbat Zasius *in d. parte 9. num. 22. & Oldendorp. in tabul. action. verb. feudum.* licet durum foret eas consuetudines avertere.

Et notabis, † quod si vasallus habuerit licentiam alienandi feudum, intelligatur habere licentiam totum feudum alienandi. *Argum. l. si sine. 9. §. qui interrogatur. 5. π. de interrog. act.* nec partem tantum alienare debet. Quia Domini interesse potest, ut feudum non distrahatur ac dividatur inter plures vasallos: sicut enim Vasallus non cogitur plures Dominos agnoscere. *dicto cap. Imperialem. 2. F. 55.* Ita etiam Domini interesse potest, ne plures habeat vasallos eiusdem feudi 28

nomine devinctos, quibus & ipse contra obligatus sit. *Schrad. in comment. feud. part. 8. sect. 4. n. 15.*

29 † Cæterùm meminisse oportet, alienationis verbum hîc cum effectu accipiendum esse, ut tum demùm alienatio facta intelligatur, cum per traditionem ex justo titulo res est alienata. *Clarus §. feudum. quæst. 31. num. 3. per L. alienatum. 67. π. de verb. signif. Wesembec. dicto cap. 11. num. 3 Fabian. de Monte in tract. emt. vendit. quæst. princ. 4. quæst. 22. nu. 1. commune effert Soaretz in thesaur. recept. sent. lit.* F *num. 71.* Unde vasallus rem feudalem vendens feudo non cadit nisi sequatur traditio, quia dominia rerum transferuntur per traditionem. §. *per traditionem 40. Inst. de rer. divis. L. traditionibus. 20. C. de pact. L. qui prædium 13. C de distract. pign.* Et non dicitur traditio, postquam est retenta possessio. *Petr de Ferrar. in libell. act. real jure dominij. num. 12. Duar. d. cap. 12. num. 6* Fichard. *vol. 2. cons. 26. num. 9.* Quamvis autem feudum à vasallo regulariter alienari vel pignoris loco obligari nequeat: tamen fructus feudi, accessiones, & emolumenta rectè alienari & obligari possunt, quemadmodum dictum est supra capite vigesimo primo.

Denique

Deniqueadvertendum eſt,† quod in ge- 30
nerali alienatione bonorum vaſalli bona feudalia non comprehendantur. *Textus eſt in c.1.§.in generali.ſi de feud.defunct.cont.fuer. int.dom.& agnat.vaſal.defunct.2.F.26. Theſaur.deciſ.Pedemont.193.num.2.VVeſemb.dict. cap.12.in fine*.niſi appareat, & feudum vendere vaſallum voluiſſe; quod colligimus ex precij quantitate, & aliis circumſtantiis, veluti ſi precium maius ſit, quàm reliqua bona præter feudum, hæc prudens judex facilè æſtimabit. *Duaren, de feud. cap. 14. num.17.*

DE REVOCATIONE FEUDI.

CAPUT XXIV.

QVANDO alienatio feudi legitimè facta fuit, hoc eſt, adhibito conſenſu Domini, tunc alienatio firma manet uſque
ad mortem alienantis † Quo mortuo com- 1
petit revocatio feudi iis ad quos beneficiũ quandoq; reverſurum eſt. *c.1.§.Titius.ſi de feud.defunct.cont.ſit int. dom.& agn. vaſ.def. 2.F.26.c.1.à princ.de alienat.feud.pat.2.F.39. Alvar.in c.1.§.hoc quoque.num.1.2.& 4.de ſucceſſ.feud. Oldendorp.in tab.act.verb.feudum.*

Schuuan.in consf.feud.2. Nam ante mortem alienantis feudum hæredibus nullum jus competit, vocantur enim ordine successivo. Secus quando alienatio non fit Domino consentiente, tunc nihil prorsus valeret alienatio. *c.1.in fi.de prohib.feud.alien.per Lothar.2.F 52.& c.1.à princ.de prohib.feud.alien. per Feder.2 F.55.* & statim in vita alienantis revocatio fieri potest. *Wurmbs.pract. obs.tit. 51.obs 4.n.3.*

2 † Possunt autem revocare feudum cum consensu Domini alienatum post mortem alienantis primò filij qui omnibus agnatis præferuntur. *Textus est in cap.1.§.Titius.ibi: Quod si Titius filios proprios haberet. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn.vas.defunct. 2.F.26.Jacob.in.de S.Georg.in glo. & cum pacto, de non alienando.num.35. Zasius de feud part. 9.num.30. Vinc. Caroc.in tract.de excuss.bonor. quæst 3.10.qu.princip.num.4.Wurmbs.d.obs.4. num.2. Oldendor. class.5.tit.de benef.act. Hanc opinionem communi Dd. calculo esse receptam refert Hartm.Pistor.quæst.feud.13.num.1.à qua tamen ipsemet dissentit num.33. Ita consuluit collegium Lipsense in cons.15.num.7.inter consil. Henning.lib.1.& Lud.Schra.vol.1.cons.20.n.22.* Minus refert, an filij sint nati ante alienationem vel postea. Nam utrorumq; eadem

est

est ratio. *arg. c. 1. §. hoc quoq. de success. feud. 1. F. 8. & c. 1. à princip. de alienat. feud. pat. 2. F. 39. Oldend, d. lo. Pet. de Greg. de concess. feud. part. 6. q. 14. num. 4.*

† Recipit autem ista conclusio multas 3
limitationes. Nam primò filiis non competit facultas revocandi feudum, si vasallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat, quo casu neque filij neque eius descendentes ad id feudum revocabũtur, sed agnati qui quarto gradu sunt: dummodò ad eos pertineat. *Ita est text. in c. 1. §. si vasallus. si de feud. def. cont. sit int. dom. & agn. vasall. def. 2. F. 26. & in c. 1 ibi filius tamen ad id nullatenus aspirabit. si vas. feud. priv. cui defer. 2. F. 31. Ludo. Vital. lib. 2. lect. var. c. 29. n. 7. Eich. vol. 2. cons. 14. nu. 6. Zas. de feud. part. 10. n. 96.* Si tamen pater deliquit avo vivente filiis non præjudicat. *Ita Galiaul. in repet. l. Gallus. §. & quid si tantũ. n. 6. de lib. & posth. Duenn. reg. 346. quos refert & sequitur Vinc. Caroc. de exces. bon. q. 3. 10. q. princ. n. 4. Wurmbs. tit. 51. obs. 4. n. 7.*

† II. Si pater vasallus alienans in optimâ 4
formâ non solũ se, verũ etiã hæredes suos de nõ cõtraveniendo obligavit, tũc filij feudũ alienatum, si hæredes esse velint, repetere non possunt. *Sonsb. de feud. part. 13. num. 176. Eichard. vol. 2. cons. 19. num. 4.*

5 † III Quando proximior agnatus consentit vasallo alienanti feudum paternum seu antiquum, in extraneum cum consensu domini, specialiter se obligando quod huic obligationi contravenire, aut eam revocare nolit: tunc præjudicat filiis, adeò quod alienatore etiam mortuo filij revocare feudum non possint. *Bald. in c. 1. §. hoc quoq; post Jacob. de Belvis. de success. feud. Jacobin. de S. Georg. in glo. & cum pacto de non alienando. nu. 36. Zasius in Epit. feud. part. 9. nu. 27. Schurpff. cent. 1. cons. 30. num. 3. Gemmel. d. part. 9. tit. consens. patr. qui refert se hunc casum contra Electorē quendam Principem habuisse. VVurmbs. d. tit. 51. obser. 4. num. 1. Et ita in Camera Imperiali pronunciatum fuisse refert Mynsingerus cent. 1. obs. 50. & cent. quinta, observ. 55. num. secundo.*

6 † IV. Feudum alienatum si est hæreditarium, à filiis revocari nequit. *Jacob. de Belvis. Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. in c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. & alij qui citantur à Schrader. cons. 20. num. 7. qui tamen num. 32. ab hac opinione recedit. Schurpff. centuria prima, consilio quadragesimo septimo, numero 50.*

7 † Deinde mortuo alienatore sine hærede masculo ad revocationē feudi licitè alienati admit-

admittuntur agnati qui in feudo quandoq; successuri erant, si non fuisset alienatum, ita ut proximiores revocare volentes, ulteriores non admittantur. *c.1.à princ.de alie. feud.pat.2.F.39.c.1.§.hoc quoq; de success.feud. 1.F.8. Zas. de feud.part.9.num.30. Mynsing. cent.5.obs 85.num.1.* Quo tamen casu precium emtori refundere non tenentur *per text. in d.ca.1.§ Titius.2.F.26.vid. Pistor.qu.feud. 6.num.58.& seqq. Kirchov.cons.9.num.77.int. cons. Gæbl. Baro à Tautemb. in c.1 §.hoc quoq;. num.9. de success.feud.1. F.8. Schurpff.cent.1. cons.41.num.6.* Emtor tamen fructus, quos durãte vitâ alienatoris percepit, suos facit, nec tenetur restituere *d.c.1.§.Titius Myns.d. obs.85.num.2.& d.obs.55.num.1.* Plures agnati si sint in pari gradu, & alienatio feudi antiqui fiat in unum ex eis, reliqui existentes in pari gradu poterunt pro ratâ portione post mortem Vasalli revocare alienationẽ. *Jacobin.de S.G.in d.gl. & cum pacto de non alienando.num.33.Zas.d.par.9.numer.30. Hac-Kelm.in addit.ad.Schneid.de feud.part.7.cap. 2.lit. Q.Pistor.qu.feud.7.num.14.*

† Nec quicquam revocatione impedit, si Vasallus agnatis prius requisitis & nolentibus emere, vendat extraneo, quia nihilominus agnati huiusmodi alienationem

revocare poterunt. *Tessaur decis. Pedem. 99. num. 16. Schneid. de feud part. 7. c. 2. nu. 94. & n. 204. Hartm. Pistor. d. quæst. 7. num. 6.*

9 † Non autem feudum alienatum semper à proximiori agnato revocari potest. Nam qui Vasallo alienanti consentit, feudum revocare nequit. *textus est in c. 1. §. Titius ibi: quod si consensit alienationi si de feud. def. cont. fuer. int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. c. 1. à princ. de alien. feud. pat. 2. F. 39. c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. l. non videtur. 11. π. si quid in fraud. patr. Mynsing. cent. 5. obs. 85. numer. 1. & cent. 4. obs. 85. numer. 7. Baro à Tautemb. in d. cap. 1. §. præterea. per illum text. Ludov. Fachs in consil. subjuncto H. Pist. quæst. feud. 20. num. 4.* Quia qui consentit, jura sua perdit. *L. cum quædam. 26. C. de administ. tut. Schneid. d. part. 7. capit. 2. num. 96. & numer. 86.* Notandum tamen quod agnatus, qui est præsens alienationi feudi à Vasallo factæ, & tacet, nec contradicit, huic alienationi tacitè non dicatur consensisse *juxta Schnei. d. part. 7. capit. 2. num. 89. & Hackelm. ibid. lit. e.*

10 II. Revocatio feudi non competit, quãdo quis per annum, ex quo scivit tacuit. *d. cap. 1. §. Titius. in fin. 2. F. 26. l. fidejussor. 26. §. Pater Seio. 1. π. de pignoribus Jacobin. de S. G.*

in

in d.gl. & cum pacto de non alienando nume.33. Mynsing. d.obs.55.num.9. Gail.2.obs.19 num. 13 Duar.de feud.cap.13. num.5. Wesemb. titul. 51.obs.4.num.8.& 9. Quod tamen procedit, quando alienatio sit facta in remotiorem agnatum *d.cap.1.§. Titius. ubi Alvar. & alii Chirchov.cons. 9.nu.75.int. cons.Gabl.Schurpf. cent.1.cons.30.nu.1.Myns.decad.5.resp.48.nu.7.* Etenim si in extraneum vel etiam Dominũ facta sit alienatio feudi antiqui tunc filio vel agnato alienantis non oberit lapsus anni, sed admittetur usque ad 30 annos. *gl. in d.c.1.§.Titius quam communiter esse approbatam scribit Gail.d.obs.19. num.13. Baro à Tautemb.in d.§.Titius.nu.fin.Fichard.vol.2. consi. 3.num.2.& consil.9.num.13.& seq.Tessaur.decis. 99.num.14.Myns.d.obs.85.num.10. Schrad.vol. 1.cons.20.num.52.* Et procedunt ista, sive sciverit agnatus revocare volens alienationẽ feudi factam, sive nesciverit, quia hoc tempus 30. annor. non solum scientibus sed & ignorantibus currit, & præjudicat, *ut per Alvar.in c.1.§.porrò.qual.olim.pot.feu.alien. Fichard.loco citato.Zas.d.part.9.nu.29.*

Quod si ergo proximior excludatur à revocãdo feudũ alienatũ, vel quia alienationi consensit, vel quia intra constituta tẽpora 11

revo-

revocandi vel redimendi facultate usus non fuit, hoc jus revocandi vel redimendi defertur ad agnatum sequentem. *Matth. de Afflict. in c. 1. §. sed & res num. 8. per quos fiat invest. Sonsbec. de feud. part. 13. num. 170. & seq. Schrad. d. consil. 20. num. 41. qui ait ita consuluisse Collegium ICtorum Lipsense. Pist. qu. f. 7. n. 13.*

12 † Competit autem pro Revocatione feudi rei vindicatio. *c. 1. an apud jud. vel Cur. 2. F. 46. c. 1 §. rei autem. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. c. si alter. tit. extraord. 83. Tessaur. decis. 99. num. 14.*

13 Porrò filii etiam in vitâ patris feudum alienatum revocare possunt, dummodo emtori precium restituant. *Textus est in c. 1. §. Titius. si de feud. def. cont. sit int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. Mynsing. cent. 4. obs. 85. num. 2. & cent. 5. obs. 55. num. 1. Schurpff. cent. 1. cons. 89. Oldend. in tab. act. verb. feudum. Obrecht. de feud. cap. 5. num. 68. VVurmbs. tit. 51. obs. 4. num. 4. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 6. quaest. 14. num. 4.* Filiis enim debetur feudum ex pacto & providentiâ majorum, ita ut vivente patre filius feudi dominus esse videatur, itaque mox ab emtore feudum revocare potest precio restituto. Idem jus competit agnatis, qui si pro eo precio, quod extraneus

neus attulit feudum redimere vellent, tūc statim revocarent. *Zas.de feud.part.9 nu.30.* Idq; jure prothimiseos, quo uti potest consanguineus etiam in alienatione feudi. *Matth.de Afflict.in rubr. tract.de jur. protimis.num.13.& in §.tota hæc Lex.num.12.Pet. de Gregor. de concess.feud.part.6.qu.14.num.5. Schneid.d.part.7.cap.2.num.78.*

Deniq; illud memoria retinebis, † quod 14
Vasallus feudum vendens ignoranti emtori, postquam feudum vel ab Agnatis vel à Domino revocatum fuit, ad precium emtori restituendum teneatur, etiamsi inter contrahentes provisum fuisset, ne de evictione tenetur *Zas.d.part.9.num.38. & sequ. Schrad.vol.1.consil.20.num.64.*

CAP. XXV.

DE AMISSIONE FEUDI.

FEudum Vasallo absque culpa adimi non posse juris est indubitati. *Text. in ca.1.de feud.sin.culp.non amit.1.F.21.& in capit.1.à princ.de nat.feud.1.F.7.*

Culpa in jure Feudali felonia vocatur *in* 1.
c.1.§.Domino committente feloniam.si de feud. defun.cont.fuer.int.dom.& agn.Vas.def.2.F. 26.c.

26. c. 1. qual. dom. pro pr. feud. priv. 2. F. 47. ca. 1. de Vasall. qui cont. const. Lothar. 2. F. 38. Felonia dicitur perfidia, ingratitudo & improbitas vasalli *Borch. de feud. cap. 2. num. 17.* Culpæ autem vocabulum hic sumitur pro dolo *per d. c. 1. de feud. sin. culp. non amit. Equinar. Baro in c. Imperialem. vers. Quoniam. 2. F. 55. Fichar. vol. 1. consil. 18. num. 25. & vol. 2. consil. 13. num. 5.* Incuria quoque vel negligentia præsertim crassa & planè supina, cum alias *L. Divus Marcus 14. in fin. π. de offic. præsid. L. magna 226. π. de verb. signif.* tum etiam in feudalibus culpæ annumerari solet. *Textus est in d. c. Imperialem. § præterea. 2. F. 55.* ut si feudum Vasallus infra annum & diem à domino recognoscere vel investituram eius petere negligat. Hoc enim etiam ingratitudini, quæ Vasallum indignum feudo reddit adscribitur. *per text. in c. 1. à princ. qu. fuit. prim. caus. benef. amit & in d. c. Imperialem §. præterea. Fichard. vol. 2. consil. 13. numer.* Sic videmus in usibus Feudorum vocabula ista (delictum, culpa & causa) indifferenter & generaliter usurpari & omnia ista facta vasalli, quæ privationis causam præbent, inter quas etiam alienatio enumeratur, modò culpam, modò causam appellari. *c. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. & in cap. 1.*

qui b.

quibus mod. feud amit. 1. F. 5. & 17 c. 1. §. si Vasallus; si de feud. def. cont. fuer. int. dom. & agn. Vasal. def. 2. F. 26. c. 1. à princ. de mil. Vasal. qui contum. est 2. F. 22. Nam vel ex hoc ipso satis designatur, quod inter delictum & culpam nulla probabilis sit diversitatis ratio, cum præsertim omnes illæ causæ, quæ ad longum recensentur in *titul. qu. fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. & in tit. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5* ad hæc duo membra distinctionis referantur, utrum domini personam respiciant necne. *H. P. stor. qu. feud 17. num. 4.*

Lubrica verò est disputatio de privatione feudorum ob commissam feloniam, ut rectè Obertus ab orto ad Anselmum filium rescribens, dixerit: *Memineris verò causas illas, quibus beneficium amittatur sub aliquâ certâ regulâ, aut definitione rotundâ non posse comprehendi. Nam sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus; sic & de his causis sine calumnia dicere possumus. Si quis enim dixerit, quæ causæ, quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicujus Vasalli probandam possint sufficere, nullo certo modo posse definiri, nihil erraverit. De illâ tamen ingratitudine loquor, per quam beneficium amittatur. Non enim adhoc sufficit omnis occasio per quā fidelis accepti beneficii videtur ingrat⁹, sed* "

sunt

" *sunt quædam (ut ita dixerim) egregiæ ingrati-*
" *tudinis causæ ; quibus beneficium secundum*
" *mores Curiarum solet adimi : Quomodo enim*
" *Vasallus quàm humiliter, quàm devotè ; quàm*
" *benignè, quàm fideliter erga Dominum se debe-*
" *at habere, potius ex naturalibus & bonis Curi-*
" *arum consuetudinibus potest percipi, quàm lege*
" *aut scripto aliquo possit comprehendi.* Hæc O-
" bertus in *c.1.in quib.caus.feu.amit.2.F.23.* Sic
" & *in c.1.quæ fuit prim.caus.benef.amit.prædi-*
" *ctis modis* (inquit) *beneficium debere amitti,*
" *tam naturalis quàm civilis ratio suadet : quæ*
" *potest colligi, si quis novam constitutionem, ju-*
" *stas exheredationis causas enumerantem ; & a-*
" *lias Constitutiones veteres ; justas ingratitudi-*
" *nis & repudii causas ; quibus matrimonia rectè*
" *contracta solvuntur, & donationes jure perfectæ*
" *revocantur: subtiliter scrutatus fuerit. Sed quia*
" *natura novas de properat edere formas, potest*
" *multis modis contingere, ut aliæ emergant cau-*
" *sæ, quibus videatur justè adimi posse feudum. I-*
" *deoq; judex solers & discretus, & æquitati obse-*
" *cundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans*
" *provideat, si qua fuerit antiquioribus causis si-*
" *milis aut major, ut proinde sciat; utrum bene-*
" *ficium sit amittendum an nihilominus retinen-*
" *dum.* Hactenus autoris verba adscripsimus,
ut videas, quantam vim æquitas habe-

at etiam in consuetudinario militiarum jure.

Causæ autem privationis feudi, quæ in jure Feudorum expressæ reperiuntur, sunt sequentes † I. Si Vasallus servitium debitum, propter quod beneficium datum fuerit, domino exhibere recusaverit, beneficium amittit: *text. in ca. 1. §. sed non est alia. qu: fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. & ibi FF. commun. Wesemb. de feud. capit. 15. numer. 5. Zas. de feu. part. 10. num. 17. Duar. de feud. ca. 14. num. 12. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 8. qu. 5. per tot. Schneid. part. Feud. 8. cap. 1. nu. 16.* Et licet Vasallus intra investituræ petendæ tempus sit, vel nondum juraverit ad hujusmodi tamē servitia sub privationis pœnâ tenebitur. *Zas. d. part. 10. num. 18. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 7.* Aliud est si forte ideo Vasallus non servierit, quia non potuerit; tunc enim feudum non amittit. *d. §. sed. non est alia. c. 1. §. non cogitur. an ill. qui interf. frat. dom. 2. F. 37. c. 1. ibi pro posse meo. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* 2 *Servitiorũ recusatio.*

II. Altera causa privationis feudi est, si Vasallus assilierit Dominum suum, aut castrum vel locum, in quo dominus residebat, aut per violentiam in ipsum locum sciens ingressus est. *text. in c. 1. §. similiter quibus* 3 *Oppugnatio.*

mod.feud. amit.1.F.5.c.1.§.porrò.qu.fuit prim. cauſ.benefic. amit.2. F.24.Conſtit.Heinr. II.de cauſ. amit.feud.lib.5.Feud.ibi:ipſum dominum ſuamvè dominam obſederit.Jacobin.de S. G. in gl. dictique Vaſalli promiſerunt. numer. 33. Petr.de Ferrar. in form.lib.quo ag. ad revocat. feud. gl. nec ſuperſtitibus. numer. 17. Weſemb. de feud. capitul. 15. numer. 5. Zas. d. part. 10. numer.37. & ſequ. Sonsbecc. de feud. part. 12. numer. 35. Schneid.d. part. 8. capitul.1 nu.155.

4 †Aſſilire vel aſſultare eſt aggredi, adoriri, infeſtare, vim intentare, invadere quoquomodo & quidem tàm propè, ut manus conſeri tela projici, munitiones oppugnari poſſint. *Jacobin.de S. G. in d.gl.dictique Vaſalli promiſerunt.num.33.*

5 III. Si Vaſallus Dominum ſuum cumquo ad prælium iverit, in acie periclitantem dimiſerit, non mortuum nec ad mortem vulneratum, beneficio indignum ſe judicavit. *Text. in cap. 1. à princ. & in §.item qui. qu.fuit prim. cauſ. benef. amit. 2. F.24. & ibi Baro à Tautemb.c.1.§.ult.de feud.ſin.culp. non amit. 1.F.21.Clar.§.feudum.qu.45 Jacobin.de S.G. in gl.dictiq; vaſalli non promiſerunt.nu.41.* Quod Julius Cæſar *in com.bel.Gall.* judicavit ſemper nefas & viro indigniſſimum. *Zas.de feu. part.10.num. 28. Duar.cap. Feud.14.numer.4.*

Dominum in prælio dimittens.

Cu-

Cujus ratio ea est, quia Vasallus deserendo dominum facit contra juramentum fidelitatis, quo juravit Dominum tutum & incolumem adjuvare. *c. 1 de form. fidel. & tit. sequ. Petr. de Ferrar. form. lib. ad revoc. feud. gl. nec superstitibus. num. 17.* Ubi autem Dominus in prelio mortuus esset, aut ipse Vasallus vulneratus sit; ita quod factus esset inutilis Domino auxilium præstare; vel ipsa fuga domino non noceat; tunc excusatus esset. *Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. numer. 18. Petr. de Ferrar. & Zas. dd. locis. Schneidevv. de feud. part. 8. capit. 1. numer. 20.*

IV. Si vasallus cucurbitaverit dominum, idest, cum uxore eius concubuerit; vel concumbere se exercuerit aut cum ea turpiter luserit: Vel si cum filia aut nepte ex filio. aut cum nupta filio, aut cum sorore domini concubuerit (hæc ita obtinent, si in domo domini maneat). jure feudum amittere censetur *Text. in d. cap. 1. § item si fidelis: quibus modus feud. amit. in cap. 1. §. fin. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. Const. Henr. 11. de caus. feud. amit. lib. 5. Feud. ibi vel eum cucurbitaverit. Jacobin. de S. G. in d. gl. dictique Vasalli promiserunt. numer. 29. Petrus de Ferrar. in d. gl. nec superstitibus. num. 17.* 6 *Concubitus cum uxore Domini.*

Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 151. Zas d. part. 10. numer. 24. Wesemb. de feud cap. 15. num. 5. Duar. d. cap. 14. num. 11. Locum etiam obtinere hanc conclusionem, volunt aliqui, si vasallus cum vidua Domini defuncti stuprum committat, quo casu illum feudo privari scribit *Zasius d. par. 10. num. 27. Andr. de Isern. Alvar. & Afflict. in d. c. 1. §. item si fidelis. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 153.* Sed contrarium tenent *Baro à Tautemb. in d. § si fidelis. num. 4. Harprecht. in tract. crimin. tit. de publ. judic. §. Item Lex Julia 4. num. 32. per c. 1. § si quis miles. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. ubi dicitur, Vasallum feudo esse privandum si côcubuerit cum uxore Domini domino vivente.*

7 V. Si vasallus manifestaverit secretum sibi commissum à Domino à beneficio excidet. *Text. in c. 1. quib. mod. feud. amit.* 1. *F. 17. Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; vasalli promiserût. num. 28. Zas d. part. 10 num. 34. Wesemb. cap. 15. de feud. num. 5.* Sed quoniam ea res periculosa est. Ideò Doctores hæc ita restringunt, ut tria dicant requiri ad hoc, ut Vasallus ob revelationem secreti feudo privari possit 1. ut revelet scienter & dolo malo. 2. Ut animo dominum dammo afficiendi & injuria. 3. ut damnum verè sit insecutum. *Wesemb. & Zas, in locis citatis. Schneid. de feud. part.*

Revelatio secreti.

part.5. num.77.& part. 8.cap.1. num. 93. Gemmel in comp.feud.part.10.de feud.privat.

VI. Si Vasallus Domino exigenti servitia negat, se ejus Vasallum esse, feudo privabitur. *Tex.in c.1. §.Vasallus si feudum, si de feu. def. cont. sit int. dom.& agn.Vas.def. 2. F. 26. & in c.1.§. si fuerit de L.Corrad. 2 F.34. Petr. de Ferrar.form. quo ag. ad revocat.feud.gl.nec superstitibus.num.25. Sichard. in Auth. item possessor.num.10. C.qui pot. in pign. hab. Jason. in §.omnium, numer.88.Inst.de action. Vincent. Caroc. in tract. de excus. bon. quaest. 69.part.2. Fichard. vol.1.consil. 16. numer.1. Clar.§ feudum, quaest.59 numer.4. Duar. capit.14.Feud. numer.23. Schneid.de feud. part.8.cap.1 num. 39.Gemmel.part.10. Feud.* Et intellige hoc procedere, quando Vasallus feudum negat sciens per dolum vel latam culpam, alioquin ex negatione, si justas habeat vel infi-ciandi vel dubitandi rationes, non privaretur *c.1.§.Vasallus feudum, si de feud.def. con. sit int. dom.& agn. Vasal. def.2. F.26. d. cap.1.§. si fuerit 2. F.34. Jacobin.de S. G.in d. gl. dictiq; Vasalli promiserunt. num.34. Fichard.d. consil. 16.num. 1. Zas.d. part. 10.numer. 51. & numer. 53. VVesemb. d.capit. 15.numer. 5. Everh. loc. à feud.ad Emphyt.num.12.* Et si partem feudi vasallus negat, cadit tantum à parte. *per tex.*

8 *Inficiatio feudi.*

in c.1.ibi : si alienaverit totum perdat totum, si partem, perdat partem. de Vasall. qui contr. constit. Lothar. 2. F.38.& cap. 1. §. illud enim. quæst. fuit prim. caus. benef. amit. Fichard. vol. 2. consil. 18. num. 2. Clar. qu. 59. num. 3. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 46.

9 *Iustitiam Domino negligens.* VII. Quando Vasallus Domino justitiam facere noluerit, feudum quod tenebat, perdet. *Text. in cap. 1. § illud tamen. qu. fuit. prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Schneid. d. par. 8. capit. 1. numer. 68. & sequ. Gemmel. d. part. 10. de feud. privat.* Quod verum est, si Vasallus requisitus super re feudali, recusasset exhibere justitiam domino. *Jacobin. de S. G. in d. gl. dictique Vasalli promiserunt. num. 23.* Secus si super aliâ re non feudali non comparuerit, tunc enim non privetur feudo, quia judicium super unâ re non extenditur ad aliam. *L. si unus. 27. §. pacta. 4. vers. ante omnia enim. π. de pact. Jacobin. de S. G. d. lo. VVesemb. d. cap. 15. num. 7. Zas. de feud. part. 10. num. 43. & sequ.*

10 *Cõtumacia.* VIII. Si Dominus vocârit vasallum ob aliquod delictum perpetratũ, per quod feudum amittere debeat & hîc non respondeat, tunc ad Curiam vocari debet, & si non venerit, iterum is vocari debet, usq; in spa-

tio

tio tertio septem vel decem dierũ arbitrio ejusdem Curiæ terminando. Quod si neq; venerit ad tertiam vocationẽ hoc ipso feudum amittat, & ideo debet Curia dominũ mittere in possessionem. Sed si intra annum venerit, restituitur ei possessio: alioqui & beneficium & possessionem amittit. *Text. in c.1.de mil.Vasal.qui contum. 2. F.22. Jacobin.de S.G. in gl. dictiq; Vasalli promiserunt. num.46. Gail.lib.1.obs.28.numer.6. Zas.d.part. 10. numer. 61. Gemmel.d. part.10.de feud.privat.*

IX. Sic si Vasallus de feudo novo abusivè investitus à Domino realem investituram pollicente, ad præstandum fidelitatis juramentum tribus vicibus requisitus fuerit, & jurare noluerit, beneficio privabitur. *cap.1. §. est alia ingratitudo. qu. fuit prim. caus.benef.2.F.24. Zas.d.part.10.num.16. Duar.de feud.cap 14.num.3. VVesemb.de feud.cap. 15.num.7. Schneid.d.part.8.cap.1.num.5. & numer.14.* 11 *Iuramentũ fidelitatis nõ præstans.*

X. Si vasallus impias manus in personam Domini ubicumq; ingesserit, vel aliàs graves, vel inhonestas injurias ipsi intulerit, feudo cadit. *Text. in capitul. 1. §. porrò. qu. fuit prim. caus.benef.amit.2.F.24. Fichard.vol. 1.consil.18 num.6. & seq. Zas. d.part. 10. numer.* 12 *Iniuriam Domino inferens.*

39. *Schrad.vol.1.consil.4.nu.213.& seq.Schnei. d.part.8.cap.1.numer 92.& numer.98. & seq. Petr.de Gregor. de concess.feud.part.8.qu.16. vers.octavum.* Ut si instituat adversus Dominum actionem famosam. *Blanc.in Epi.ju. feud.lib.2.cap.1.num.56.VVesemb. de feud.c.9. num.15. Zas.d.part.7.numer 49.Schrad. vol.1. consil.17.numer.25 Fichard.vol.2.consil.22.nu. 5.Schneid.de feud.part.5.num.115. Sichard. in l.evicta.numer.14. C.de jur.dot.* Vasallus enim tenetur Dominum, & honorem Domini exaltare, quantum sibi possibile est. *can.tibi domino. dist. 63 gl.& Dd.in c.1.& ibi Matth.de Afflict. nu.35.qual.vasal.jur.deb.* nec de domino malum loqui, etiãsi illud verum sit. *Afflict.d.lo.Schrad.consil.17.nu.26. & num.28.vol.1.* Et si Vasallus adversus dominum levaverit manum vel arma, ut ipsum verberet, nulla secuta percussione secundũ quosdam feudo non privatur. *arg.c 1.§.si voluerit.de Cap.qui Cur.vend.2.F 51.l.qui falsam. 19.π.ad L.Cornel.de fals.Zas.d.feud.part.10. numer.38. Schneid.de feud.part.8.cap.1.num. 96.Baro à Tautemb.in d.c.1.§.si voluerit.à prin.* Nam ad hoc, ut Vasallus privetur feudo, necesse est, ut sit magna causa *c.1.§.illud.quæ fuit pri.caus.bene.amit.2.F.24.* Nõ enim quelibet levis occasio est sufficiẽs ad privationẽ feu-

feudi.*cap.1.§ de illa tamen.quibus modis feud. amit.2.F.23.* Tenetur tamen vasallus ex illa sola elevatione manus actione injuriarum. *L.item apud Labeonem. §.1.π.de injur. Jacobi. de S.Georg.in d.gl.dictiq; vasalli promiserunt. num.49.*

† Sic si vasallus Dominum eum injuriantem offendat susceptam offensam fortè retaliando, vel vim vi repellendo, nec hoc casu vasallum feudo privari, ait Zasius *d.part.10.num.102. Schneid.dict.part.8.cap.2. num.11.vers.sextò.* Ignoscendum enim ei est, si voluit se ulcisci provocatus. *arg.l.qui cum maior.4.§ si libertus.6.π.de bon libert. Baro. à Tautemb.in c.1 §.item si delator.num.3. quæst. fuit prim.caus.benef. amit. Harprecht. in tractatu crim.tit.de injur.§.hæc actio.num.170. & sequent.* 13

† XI. Sic vasallus vitæ Domini insidiatus fuerit veneno, gladio vel aliter, feudum amittit. *Textus in cap.1.§.porrò, quæ fuit prim.caus.benefic.amit.2.F.24. Pet.de Ferrar. form.libel.ad revoc.feud. verb. vitæ. num. 1.* Quod intelligas verum esse, si ipse vasallus ad hoc faciendum laboraverit, *per text. in c.1.§.si voluerit.de cap. qui cur.vend.2.F.51. Jacob.de S.G.in gl.dictiq; vasalli promiserunt. num.44. Baro à Tautemb.in d.§.si voluerit.n.2.* 14 *Insidiæ vasalli.*



15 *In consilio contra Dominum.* † XII Si vasallus fuerit in consilio quò dominus amittat vitam, vel recipiat aliquã lęsionem in personam, vel injuriam, vel cõtumeliam, indignum se facit beneficio. *tex. in cap. 1. vers. ego juro. de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Etenim cõmittendo ista facit vasallus contra juramentum fidelitatis. Jurat namque vasallus ad sancta Dei Evangelia, quod non erit in consilio, auxilio, facto quò Dominus membrum, vitam, amittat, vel recipiat aliquam læsionem in personam, vel injuriam, vel contumeliam, *ut probat textus in d. c. 1. 2. F. 7. Jacobin. de S. G. in d. gl. dictiq; vasalli promiserunt. num. 41. & Schneid. in comp. feud. part. 5. n. 76.*

16 *Periculum Domini celans.* † XIII. Si vasallus sciat, Domino aliquod magnum periculum imminere, & ipse ultrò se non offerat ad occurrendum isti periculo cum possit, ex causâ justâ feudo privabitur. *text. est in c. 1. §. licet vasallus. si de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. & agn. vas. defunct. 2. F. 26. & in c. 1. §. ad hoc. hîc finit. Lex. 2. F. 28. Jacobin. de S. Georg. in gl. dictiq; vasalli promiserunt. nu. 41. & in gl. & cum pacto quod dicti vasalli. num. 6. Schneid. de feud. part. 5. num. 98. Wesemb. de feud. cap. 15. num. 7. Zasius d. part. 10. num. 19. Duaren. cap. feud. 14. num. 10.* & hoc propter juramentum fidelitatis.

d. c.

d.c.1.2.F.7. Caballin.in tract.de evict.§.3.num.47. Inde quæsitum est! Si Dominus in perjuriam incidat, quia dare non valeat; quod dare juraverat, & vasallus cum liberare possit suam pecuniam dando & non faciat, an beneficium amittat, & responsum est non amittere. *Ita textus in dicto cap.1.§ licet vasallus.2.F.26. Jacobin.de S.Georg.in gloss. & cum pacto quod dicti vasalli.nu.6. Zas.d.part.10.num.20.*

† XIV. Si vasallus sciat Dominũ suũ esse inclusum vel detentum, & non curavit eum liberare, cum posset, feudo cadit. *Text. in c.1.§. item si delator. quæ fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24. & ibi Baro à Tautemb.num.9. qui ait, textum in d.§. item si delator. esse intelligendum de potentia tam facti quàm juris.* Id enim posse dicimus, quod justè possumus. Inclusus autem vincto comparatur, quia nihil interest, parietibus an compedibus quis teneatur, *L.succurritur.9. in fin.π. ex quibus caus.maior. Jacobin.de S.G. in d glo. dictiq; vasalli promiserunt.num.37.& seq. Petr. de Ferrar. in dicta gloss.nec superstitibus.num.37. Schneidevvin.in Epitome feud.parte quinta, numero 121. & parte octavo, cap. primo, numero 76.& sequent.* Quod tamen ita verum est, si Dominus captus à latronibus, vel

17 *Dominum de carcere nõ liberans.*

vel hostibus proprio ære, vel propriis nummis vel alio modo, vel absque maxima diminutione bonorum & patrimonij sui ab hostibus se redimere non potest. *Schneid.d. part.8.cap.1.num.79.* Verùm numquid vasallus Dominum ob æs alienum inclusum pecuniis suis liberare teneatur, in jure feudorum expresse decisum non extat? Et licet vasallus non teneatur Dominum ære alieno gravatum sublevare, quamvis in carcerem ideò coniectus fuerit, nisi fortè credita propter vasallum essent contracta quia cedendo bonis ipse sibi consulere potest. *Vasquius illustr. controv. lib.1.cap.6.num.6. Zas. in epit.feud.part.7.num 47. Schneid.part.5.feud. num.123* Fidejussione tamen est succurrendum per *Novell. 118.cap.3.§. justas causas. & quæ notat Baro à Tautemb. in d.§. item si delator.num.10.*

18 † XV. Quando vasallus fœdus amicitiasque contraxit cum inimicis Domini sui, istam justam esse causam privandi vasallum feudo ait *textus in cap.1. à princ. quot sint test. necess. ad proband feud. ingrat. 2. F. 57. Zas. d. part.10.num.32. Wesemb. de feud. cap.15.num. 5. Schneid. d. part.8. cap.1.num.55. & num. 171. commune renunciat Soaretz in thesaur. com. opin. lit. F. num. 79.* Et obtinet ista conclusio,

Fœdus contra Dominũ initum.

quando

quando huiusmodi âmicitia fuisset contra-cta per vasallum in damnum, & injuriam Domini. Nam aliàs propter solam amicitiam contractam cum inimico Domini ad alium effectum; non esset vasallus feudo privandus. *Clarus § feudum. quæst. 54. Jacobin. de S. G. in d. gl. a ctiq; vasalli promiserunt. num. 14. Zas. d. part. 10. num. 32.* Unde si iniret fœdus ad defensionem, & ita non in præjudicium & perniciem Domini, & eius Provinciæ, non potest privari feudo. Cognoscitur autem ex signis & ex eo, quod postea sequitur, an in perniciem Domini tale fœdus initum fuerit. *Obrecht. de feud. cap 4. num. 30.*

Ampliùs ut vasallus non debet copulare âmicitiam cum inimicis Domini sui: Ita etiam non debet habere inimicitiam cum amicis Domini sui, & si contrarium fecerit, feudo privari potest *juxta Euerh. in Topi. loc. à contrar. sens. n. 5.*

† XVI. Si vasallus existat delator Domini privatur feudo. *Textus in c. 1. §. sed etsi delator. & ibi Andr. de Isern. Alvar. & Afflict. qu. fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Fichard. vol. 1. cons. 18 num. 5. Wesembec. de feud. cap. 15. num. 5. Schrad. vol. 1. cons. 17. num. 24.* Ut si vasallus detulerit vel denunciaverit Dominum 19 Delatio Domini.

num aliqua bona possidere ad fiscum pertinentia. *Schneid. in Epit. feud. part. 8. c. 1. n. 73. & seq. & n. 85. & seq.*

20 † XVII. Si vasallus Dominum criminaliter accusaverit, feudum amittet. *text. in c. 1. §. similiter. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. in c. 1. §. item si delator. & ibi gl. 2. F. 24. Zas. d. part. 10. num. 40. Baro à Tautemb. in d. § item si delator. n. 2.* Et paria dixeris, si vasallus accusatorem subornet. *arg. l. qui cum maior 4 §. 2. π. de bon. libert. Alvar. in d. §. item si delator. Zas. d. part. 10. n. 45. Baro à Tautemb. in d. § item si delator. num. 5.* Nisi suam vel suorum injuriam persequatur *Wesemb. d. c. 15. nu. Duar. d. c. 14. n. 14. Zas. d. p. 10. n. 47. Schneid. in Epit. feud. p. 5. n. 76. & part. 8. c. 1. n. 75. Obrecht. d. c. 4. n. 33.*

Accusatio.

Fallit secundò ista conclusio. Quoties vasallus Dominum accusando intentionē suam probare potest, aut jus suum persequitur, ex communi Dd. sententia. *Alvar. in d. cap. 1. §. sed etsi delator. 2. F. 24. Zasius dicta parte 10. num. 47. Schneid. dicta parte 8. cap. 1. num. 75.*

3. Si læsæ Maiestatis Dominum accusaverit. *arg. l. qui cum maior 4. §. si libertus 6. π. de bon. libert. gloss. & FF. in d. §. sed etsi delator. Curt. de feud. part. 4. num. 64. Zas. d. part. 10. n. 47. Duar. d. cap. 14. nu. 15. Baro à Tautemb. in*

in d. § item si delator num. 3. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 75.

† XVIII. Si vasallus contra Dominum in causis civilibus etiam modicis, nedum in criminalibus testimonium ferret, feudũ salvâ declaratione sequenti amittit. *Text. in c. 1. § similiter. de consuet. rect. feud. 2. F 33. Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; vasalli promiserunt. n. 25. Schurpff. cent. 1. cons. 60. n. 12. & seq Borch. de feud. cap. 8. n. 128. Sonsb. part. feud. 12. nu. 68. Ita omnes Dd. velle ait Fichar. vol. 1. cons. 18. n. 5.* Quæ tamen conclusio tum demum procedit, quando vasallus spontè tulit testimonium adversus suum Dominum: secus si fuisset coactus per judicem, puta quando resistebat deponere contra dominum. *Jacobin. d. lo. Zas. d. par. 10. n. 49. Harprecht. in tract. crim. tit. de iniur. §. iniuria autem. n. 128. Fall. 2.* Si vasallus super investituræ negotio in causa feudali testimonium contra Dominum ferret. *tex. in c. 1. quid sit invest. Baro à Tautemb. in c. 1. § similiter de consuet. rect. feud. 2. F. 33. Zas. d. part. 10. n. 49.* 21 *Testimoniũ adversus dominum.*

† XIX. Si vasallus spontè advocârit cõtra Dominum suum, tanquam ingratus beneficio spoliari potest. *arg. c. ult. de postul. & §. item si delator. qui fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. Jacobin. de S. G. in d. gloss. dictiq; vasalli* 22 *Advocatio*

vasalli promiserunt. num. 26. Zasius d. part. 10. num. 42. Baro à Tautemb. in d. c. 1 §. item si delator. num. 6. & ibi Alvar. Et ita Dd. communiter velle ait Fichard. *vol. 1. cons. 18. num. 5.* Secus si per judicem compellatur patrocinium adversus Dominum suscipere, tunc enim excusatur *not. in l. ult. C. de inoffic. testam. fac. text. in l. post legatum 5. §. advocatum. π. de his quibus ut indign. Gail. lib. 1. observat. 88. num. 5. Gemmel. in compend. feud. part.* 10. *de feud. privat.*

23 Fideiussio. † XX. Si vasallus fidejusserit adversus Dominum criminaliter accusatum, indignum se reddit feudi beneficio. *arg. l. post legatum 5. §. sunt qui putant. π. de his quibus ut indign. Curt. de feud. part. 4. num. 69. Baro à Tautemb. in c. 1. §. item si delator. nu. 5. qu. fuit prim. caus. benef. amit. Zasius d. part.* 10. *nu. 43 Gemmel. d. part.* 10. *tit. revelatio.*

24 Iudex. † XXI. Si vasallus judex sententiam in gravi causâ adversus Dominum tulerit, eaque ipsa postea in causa appellationis ex iisdem actis & non ex novis allegationibus infirmata fuerit, feudo privandus est. *arg. d. l. post legatum. 5 §. quidam & Præsidem 12. π. de his quibus ut indign.* præsumitur enim dolo malo, aut saltem culpa contra suum juramentum, quo Domini commoda juvare, incom-

incommoda avertere juravit fecisse. *Curt. d. part. 4. num. 73. Jacobin. de S. Georg. in d. glo. dictiq; vasalli promiserunt. num. 27. Baro à Tautemb. in d. §. item si delator. num. 7.* Quod tamen fallit, quotiens sine culpa sua talem sententiam pronunciaverit. *Andr. de Isern. in d. §. item si delator. Zasius dicta part. 10. num. 47. & n. 59. Gemmel. d. part. 10. fol. mihi 109.*

† XXII. Quando vasallus irrequisito domino feudum in extraneum alienat, feudo cadit. *cap. 1. à princ. de prob. feud. alien. per Lothar. & per Frideric. 2. F. 52. & 55. & ibi FF. Zasius d. part. 10. num. 11 Schneid. de feud. part. 8. cap. 1. num. 148.* nec refert, an alienatio fiat inter vivos, seu in ultima voluntate, vel alio quovis modo. *dd. textib. c. 1. à princ. de succeß. feud. 1. F. 8. c. 1. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9.* Quod tamen tum demum procedit, quando secuta est traditio rei feudalis, puta ducendo emtorem in possessionem. *Jacobin. de S. G. in gloß. & cum pacto de non alienando. num. 4. & in gloß. dictiq; vasalli promiserunt. num. 45. Clar. §. feudum. quæst. 31. num. 3. Zasius d. part. 10. num 6. Ita inter omnes Dd. covenire testatur. Dan. Moller. lib. 1. semestr. cap. 6.* Traditionibus enim rerum tantùm dominia transferuntur. § *per traditionem. 40. Instit. de rer. divis. L. traditionibus. 20. Cod. de pact.* &

25 *Alienatio feudi.*

non dicitur traditio, postquam est retenta possessio. *Petr. de* F*errar. form. act. real. gloss. jure dominij. num. 12. Duaren. de feud. cap. 12. num. 6.* Fi*chard. volumine secundo, cons. 26. numero 9.*

Secundò procedit ista conclusio, quando alienans vendendo feudum constituit se tenere & possidere nomine emtoris, quo casu per tale constitutum transfertur utile dominium, & possessio in emtorem. *L. quod meo 19. π. de acquir. vel amit possess. Jacobin. de S. Georg. & Zas. dictis locis.* F*achin. 7. controv. cap. 86. Hanc opinionem esse crebriorem dicit Moller. libro 1. semestr. cap. 6.* Adeò enim est verus possessor emtor eo casu, ut pro lubitu rem feudalem tamquam precariò possessam avocare possit. *d. l. quod meo. Wesemb. de feud. cap. 11. n. 3.*

26 † Et si vasallus totum feudum non alienaverit, sed partem solummodò, æquius est, illum saltem partem feudi alienatam perdere. *Textus in cap. 1. à princ. de vasall. qui contr. constit. Lothar. 2. F. 38.* W*esemb. dicto cap. 11. n. 2. Duar. de feud. cap. 14. n. 19. Zasius dicta part. 10. num. 1. Blanc. in Epit. feud. lib. 2. cap. 1. num. 70. Gemmel. in comp. feud. part. 10. à princ.* Sic si vasallus plurium Dominorum alienans rem feudalem de consensu aliquorum

non

non requisito consensu aliorum, non cadit à toto, sed saltem à parte illius, cuius consensum non requisivit. *d. c. 1. 2. F. 38. Ita velle plures Dd. refert Euerhard. loc. à feud. ad Emphyt. n. 36.* Non enim ulterius progredietur pœnæ metus, quàm reperiatur delictum. *L. sancimus 22. C. de pœn. L. rescriptum. 6. π. de his quibus ut indign. aufer. Gail. libro 1. de pac. publ. cap. 5. num. 18. & lib. 2. cap. 18. num. 20. Et hanc opinionem omnes Doctores excepto Baldo probare asserit Clarus d. quæst. 31. num. 7.* Usque adeò verò feudum alienatum amittitur, etiamsi vasallus illud recuperaverit & redemerit. *Text. in c. 1. quid jur. si vasall. post alien. feud. recup. 2. F. 44.* quia alienatione facta, feudum ipso jure in commissum cecidit *Duaren. d. cap. 14. num. 18. Zasius in Epitome feud. part. 9. num. 11. & part. 10. num. 2. Gemmel. dicta parte 10. de feud. privat. tit. recuperatio.* Hoc nonnulli limitant dicentes, non procedere, si vasallus in continenti feudum alienatum recuperet. *Zas. d. part. 10. n. 4. & seq. Curt. de feud. p. 4. n. 104. vers. secundò limitatur. Afflict. & Baro à Tautemb. in d. tit. 44. lib. 2. feud.* quod enim modicum distat, nihil distare videtur. A quorum opinione recedit *Clarus d. quæst. 31. num. 6. Schrad. in commentario feud. part. 9. cap. 1. numer. 17.*

Rosenthal.in tract.feud.cap.9.concl.5. Borch.de feud.cap.8.num.31. Fachin.lib.7.controv.cap. 84. Quæ opinio ut communiter ab interpretibus recepta, teste Claro *in d.loc.* de jure verior est. Quia feudum inscio Domino alienatum ipso jure amittitur, & Domino applicatur, si illud sit novum. *c.1. à princ.de prohib.feud.alien.per Frider.2.F 55.*

27 † Caducitatis verò pœnam is evitat, qui ignorans feudum alienavit, & credidit fore allodium vel proprium. & ei alienationem non præjudicare, sed ipsi feudum restituendum, & ad interesse emtori ignoranti condemnandum esse vult *textus in c.1. §. si vasallus, si de feud. defunct. cont. fuer. inter dom. & agnat. vas. defunct. 2.F.26. & ibi Baro à Tautemb in c.1.de controv. int. dom. & emtor. feud. 2.F.42. Pet.d. Ferrar. in form. libel. ad revocat. feud. gloss. nec superstitibus. num.18. & 24. Duaren. dict. cap.14. num.17. Zasius d.part. 10.num.9.& seq. Gemmel.part.9.feud. & part. 10. Cagnol. in l. qui in alterius 42.n.8.π.de regul. juris.*

28 † XXIII. Quando vasallus non petit investituram infra tempus debitum, vel juramentum fidelitatis Domino facere recusat, feudo privabitur. *Textus in c.1.§. præterea. de prohib. feud. alien. per Frider. 2.F.55.*

Non petens investiturã.

cap.

cap.1.quo temp.mil.invest.pet 1.F.22.c 1.à princip quæ fuit prim.caus.benef.amit.2.F.24.cap. 1.à princip.de L.Corrad.2.F.34. Jacobin.de S. Georg.in gloss.dictiq; vasalli prom serunt. num. 2. Schrad.volum.1.cons.1.num.17.per tot. Zasius dicta parte 10.num.16. Wesembec.de feud. cap.15.num.7.Schneid.in Epitome feud.part.4. num.4.& part.8.cap 1.num.1.& num.13. Dan. Moller.lib.1.semestr.cap.11.num.7.vid. thesaur. decis. Pedem.227.num 3. Quod verum esse puto, quando vasallus in possessione feudi erit: Secus si fortè intra debitum tempus, hoc est, intra annum & diem non possideat feudum, quo casu si non petierit investituram, feudo privandus non erit. *per textum in cap.1.à princip. per quos fiat invest.2.F.3.qui expressè loquitur in possidente feudum. Jacobin. de S.Georg. in gloss. qui quidem investiti.num. 32. quod commune ait Clarus in §. feudum. quæst.49.*

† Fallit secundò ista conclusio, si vasallus rem feudalem esse ignorasset, quia excusatur, ne lapsus temporis eum premat. *Zasius de feud.part.7.num.6.* 29

3. Limitant aliqui hanc conclusionem, ut non procedat in feudis exiguis. *Roman. sing.118. Sonsbec. de feud. parte 12. num. 24. Schneidevvin. de feud.parte 8. cap.1 num.11.*

Wesemb. dicto cap 15 num. 7. qui ait, hoc notandum esse pro feudis rusticorum, qui licet investituram non petant intra annum, ex hac causa privari feudo non debent, nec enim non sunt obligati ad servitia militaria & personalia quemadmodum hi qui vera possident feuda. In Gallia etsi petita non sit renovatio investituræ, non tamen amittitur feudum, sed dominus eo fruitur & fructus percipit, donec ei fidelitas facta sit. *Duaren. dicto cap. 14. numero 2.*

30 *Filius vasalli delinquens.* † XXIV. Si filius vasalli Dominum offenderit, pater à Domino requisitus deducat filium ad satisfaciendū Domino vel à se filium separet, alioqui feudo privetur. Si autem pater vult eum deducere, ut satisfaciat. & filius contemnit, patre mortuo in feudum non succedit, nisi prius satisfecerit Domino, parique modo vasallus pro omnibus suis domesticis faciat. *Text. in c. 1. §. insuper. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55. Jacobin. de S. Georg. in gloss. dictiq; vasalli promiserunt. num. 3. Pet. de Ferrar. in dicta glo. nec superstitibus. num. 25. Zasius dicta parte 10. num. 57. Wesemb. dicto capitulo decimo quinto, numero septimo. Duarenus dicto cap. decimo quarto, numero 20. Obrecht. cap. quarto feud. num. 49.*

XXV. Si

† XXV. Si vasallus de feudo suo alium Vasallum habuerit, & vasallus vasalli Dominum Domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius Domini sui hoc fecerit, quē sine fraude ante habuerit, feudo suo privetur, & ad Dominum suum, à quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit, satisfacere maiori Domino, quem offenderit, & nisi vasallus idemq; Dominus à Domino suo requisitus, eum qui maiorem Dominum offenderit, requirat ut satisfaciat, suum feudum amittit. *Text. in c. 1. §. illud quoq;. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. & ibi Baro à Tautemb. Jacobin. de S. G. in d gl. dictiq; vasalli promiserunt, num. 11. Duar. de feud. c. 12. n. 13.* 31 *Subvasallus delinquens.*

† XXVI. Amittit vasallus feudum, quando illo abutitur, vel deteriorat. *per tex. in c. 1. §. quicumq;. de pac. tenend. 2. F. 27. & ibi Bald. in §. publici latrones. c. 1, §. quid ergò. & §. è contrario. vers. meliorem. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. Duar. d. c. 14. n. 22. Schneid. de feud. part. 8. cap. 1. n. 30. & seqq.* instar usufructuarij qui & malè utendo jure suo cadit. *L. hoc amplius. 9. §. fi. π. de damn. infect. L. eos 3. C. de aqu. duct.* & Emphyteutæ, qui ob deterioratiōné prædio Emphyteutico ejicitur. *Anth. qui rem. C. de SS. Eccles. Novell. 120. c. 8.* 32

Jacobin. de S. G. in gl. dictiq. Vasalli promiserunt. num 36. Petr. de Ferrar. in d. gl. nec superstitibus. num 25. Fichard. vol. 2. consil. 6. num. 1. Quæ tamen conclusio obtinet, quando vasallus insigniter feudum reddit deterius. *Zas. d. part. 10. num. 54. Wesemb. d. cap. 15. num. 6. Gemmel. d. part. 10. de feud. privat. tit. deterioratio.* Quo fit, quod quotidiè in Germania accidit, ut Vasalli quibus jurisdictio feudi concessa est si eâ abutantur, & injustè in judiciis procedant, præsertim criminalibus, jurisdictionem amittant. *per d. ca. 1. §. quicunq. 2. F. 27. Gail. lib. 1. obs. 17. num. 2. & 4. Wesemb. d. cap. 15. num. 6. Fernand. Vasqu. lib. 1. controv. illustr. c. 8. numer. 18. Everhard. in Topic. legal. in præamb. vers. nonò.*

33 *Homicidium dolo commissum.*

XXVII. Regulariter Dominus propter homicidium Vasallum feudo privare nequit, etiamsi etiam fratrem domini occiderit. *Text. in c. 1. an ill. qui interf. fratr. dom. 2. F. 37. Petr. Frider. in process. cap. 9. num. 5.* Nisi homicidium insidiosè vel proditione factũ sit hoc est, non indicta prius inimicitia, sed commissum in eum, cum quo familiariter, aut saltem sine inimicitia vixit per *d. c. 1. & ibi Alvar. an ill. qui interfec. fratr. dom. Duar. de feud. cap. 15. numer. 2. Oldend. class. 5. act. tit. de actionib. benefic.* Quò fit licet aliâs fratre do-

domini occiso Vasallus feudo non cadat, tamen si proditione occidit, secus erit: aut si in injuriam Domini. *Jacobin. de S. G. in d. gl. dict. q. Vasalli promiserunt. num. 16.*

XXVIII. Quando Vasallus Parricidium, aut tale delictū commiserit, propter quod honestè in curiâ amplius stare non potest, amissione feudi mulctabitur, *Text. in ca. 1. §. denique vers. si verò. qu. fuit. prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. cap. 1. § similiter. vers. item si fratrem. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. c. 1. an ill. qui interf. fratr. dom. 2. F. 37. Petr. de Ferrar. in d. gl. nec superstitibus. num. 17. Baro à Tautemb. in d. § deniq. num. 3. & 4. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 158.* ut puta si fratrem suum occiderit, spe occupandæ totius hereditatis aut feudi integri *c. 1. an ill. qui interf. frat. dom. 2. F. 37.* vel nepotem, id est, filium fratris. *c. 1. § similiter, quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. Zas. d. part. 10. num. 66. Schneid. d. part. 8. ca. 1. num. 159.* Imò si Vasallus fratrem suum non quidem occideret, sed incarceraret, dummodò incarceratio truculenta sit, & quæ periculum immane minetur, feudo mulctandum esse asserit. *Zasius d. lo. Obrecht. de feud. capitul. 4. num. 58.* 34 *Parricidiū.*

† Et si convasallum suum occiderit, etiam feudo privabitur. *Alvar. in ca. 1. an ill.* 35

qui interf. frat. dom. Ardiz. in Epit. jur. Feud. cap. 57. Blanc. lib. 2. Feud. cap. 1. num. 6. Schurpf. cent. 1. consil. 43. Wesemb. d. cap. 15. num. 5.

36 Item Vasallus feudo privatur si commisit crimen læsæ Majestatis. *Ferrar. Montan. in collect. feud. lib. 4. cap. 5. Schrad. vol. 1. consil. 17. num. 20. vers. similiter & num. 23. Schneid. de feud. part. 8. c. 1. num. 134.*

37 † Si fiat Rebellis. *Schrad d. consil. 17. num. 21. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 147.*

38 † Si committat incestum. *Alvar. in c. 1. § si fidelis. quibus mod. feud. amit. 1. F. 5. Curt. part. Feud. 4. num. 40. Zas. d. part. 10. numer. 29. Ferrar. Montan. d. cap. 5. Baro à Tautemb. in d. cap. 1. §. item si fidelis. 1. F. 5. VVesemb. d. cap. 15. numer. 5. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 154.*

39 † Si est proditor. *Ferrar. Montan. d. cap. 5. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 162.* non enim meretur habere beneficium proditor, *c. clericus. distinct. 46.* quia nescit esse fidelis, & feudum dicitur à fidelitate *c. 1. §. nulla. per quos fiat investit. 2. F. 3. Jacobin. de S. G. in d. gl. dictique Vasalli promiserunt. num. 16. Schrad. d. consil. 17. num. 21.*

40 *Invadens rē litigiosam.* XXIX. Si Vasallus rem feudalem, de qua cum alio litigat, pendente lite invadit, litem & instantiam perdit, at duplum solvere

vere cogitur Jus tamen suum quod habet, aut postea acquirit, non amittit: ita ut liberam facultatem experiundi de novo habeat. *capitul.1.§.si duo.de pac.ten.2. F.27. Zas. d. part.10.numer.21. Obrecht.de feud.capit.4.numer 63.*

XXX. Vasallus perdit feudum, quando efficitur clericus, vel religionis votum assumit. *Text.in capitu.1.§.qui clericus.si de feud.defunct.cont. fuer.int.dom. & agn.Vas. def.2.F.26.capitul.1.de Vasal.qui arm. bell. depos. 2.F.21.cap.1.§.ex hoc illud.de feud.fæmin.2.F.30 Jacobin.de S. G.in gl.dictiq; Vasalli promiserunt.numer.40.VVesemb. d. capitul. 15.numer.8.in fin.* Eo quòd desiit esse miles seculi, qui factus est miles christi: nec beneficium pertinet ad eum, quis non debet gerere officium. *text. in d.capitul.1.2. F.21.* 41 *Clericus factus.*

Denique in genere sciendum est, † quandocumque Vasallus non præstat ea, quæ in juramento fidelitatis promisit, ut sunt ipsa fidelitas, reverentia, obsequium, periculorum & incommodorum Domini propugnatio & aversio, commodorũ illius procuratio & alia quæ recẽsentur in *ti.de for.fide.cũ ti.seq.* quod privãdus sit feudo, tamquã perjurus & ingratus. *Constit.Henric.II.de caus.* 42 *Faciens contra fidelitatem.*

amit.

amit.feud.lib.5.Feud,ibi:vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit. Fichard. vol. 1. consil.18.num.2.Zas.d.part.19.num.63. Schrad. vol.1.consil.17.num.26.in fin.Schneid. de feud. part.8.cap 1.num.126.& seq. Verum tamē hoc est in delictis atrocioribus. & si Vasallus enormiter peccârit, non verò in vulgaribus & levioribus vel admissis vel injuriis cum fieri possit ut perjurus fiat Vasallus, & tamen feudum retineat. *Fichard. d. consil. 18. num.13. Duar.de feud.cap.14.num.1. Schneid. d.l.num.128.& sequ.*

43 Et memoriæ etiam tradendum est, † quod Vasallus non aliter ob culpam commissam feudo privari possit, quàm si dolum malum commiserit. Nam ignorantia etiam injusta à commisso excusat. *Jason in l. fin. num. 127. C.de jur. Emphyt. Zas.de feud. part.10.num.53. Wesembec.d.cap.15 num.8.* Dominum autem in hac controversia dolum malum Vasalli probare oportere ait *Molin.in consuet. Paris. §.13 gl.5.numer.6.* quia dolus non præsumitur. *l. dolum.6.C.de dol.mal.L.merito.51.π.pro soc.*

44 Unicus reperitur casus apud interpretes, in quo Vasallus propter commissam feloniam non amittit feudum †, ut si feudum Vasallo concessum esset, quia dominum conce-

concedentem à morte, ab hostibus à latronibus liberaverat, nam tunc nulla culpa, nulla ingratitudine feudum amitti posse asserit. *Zas. de feud. part 10. num. 102. vers. Quarto. Gemmel. de feud. part. 10. de privat. fol 122. Schneid. d. part. 8. cap. 1. num. 11.* Quia feudum potius habet loco mercedis quàm beneficii. *Bald. in cap. 1. an mut. surd. vel al. imperf.*

† Conatus offendendi Dominum amissione feudi non punitur, modò Vasallus sua sponte pænitentia ductus ab incepto destiterit *c. 1. § si voluerit. & ibi Bar. à Tautemb. num. 2 de Capitan. qui Cur. vend. 2. F. 51.* ut si Vasallus jurasset occidere Dominum, non tamen occideret eum non privabitur feudo. Quia non omnis occasio est sufficiens ad privationem feudi, sed necesse est, quod sit gravis. *c. 1. §. de illa quib. caus. feud. amit. 2. F. 23* Secus si cum aliis Vasallus jurasset se occisurum Dominum nam tunc feudo privabitur. *Ita volunt Andr. de Isern. & Jacob. de Beluis. quos refert & sequitur Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; Vasalli promiserunt. num. 42. Zas. de feud. part. 10. num. 39* Fallit tamen ista doctrina, nisi Vasallus laboraverit. *text. in d. §. si voluerit. & ibi Baro à Tautemb. num. 2. & in c. 1. §. item si fidelis. ibi se exercuerit, quib. mod. feud.* 45

feud. amit. 1. F.5. idem Baro in cap. 1. §. denique. num. 4. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. Fichard. vol. 1. conſil. 18. num. 8. & num. 20. & ſeq. Zas. d. part. 10. num. 27.

46 Illud non prætereundum eſt, quod feuda impropria ex iiſdem cauſis amittantur, quibus propria & vera *Textus eſt in cap. 1. in fin. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F 48.*

47 † Porrò ſi Vaſallus habens feudum à pluribus delinquat tantum contra unum, feudo cadit pro parte tantum *per text. in capit. 1. de Vaſall. qui cont. conſtit. Lothar. 2. F. 38.* Videtur enim ſolum pro parte deliquiſſe, ex quo eum tantum offendit, quem pro parte ſaltem in dominum recognoſcit. *Clar. §. feudum. quæſt. 53. hoc commune ait.*

48 † Sic culpa unius ex coheredibus ceteris non præjudicat. *cap. cum feudum. tit. extraord. 78. Jacobin. de S. G. in gloſſ. & promiſerunt eidem Domino numer. 20. Petr. Frider. de contin. cauſ. lib. 3. cap. 19. numer. 29. confert. Schneidevv. in Epit. feud. part. 8. cap. 1. numer. 22.*

49 † Civitas habens feudum illud perdit, ſi tota delinquat non ſi pars, quoniam innocentium melior conditio eſt, & una pars alteri delinquendo non nocet. *cap. in noſtra. de jurejur.*

jurejur. Jacobin. de S. G. in gl. & promiserunt eidem domino.nu.20.& in gl. dictiq; vasalli promiserunt.num.54. Zas.d. part.10.num.71. Gem. part.feud.10. Hartm.tit.de feud.54.obs.3.

† Ecclesia si habeat feudum à Domino seculari, quem prælatus offendit, tunc Prelato vivente ipsa Ecclesia feudo privatur: at post ejus mortem feudum restituitur Ecclesiæ. Et sic Prælati delictum Ecclesiæ saltem ad tempus nocet. *text. in. cap. 1. §. item si de capit. Corrad. 2. F. 40. Contard. in L. diffamari. cap.5.num.128.C. de ing. man. Zas. d. par. 10. num. 70. Duar. de feud. cap.11. num. fin. Cæsar. ursil. in addit. ad decis. Afflict. decis. numer. 21. Schneid. de feud. part. 8. cap. 2. num 12.* 50

† Maritus si pro feudo, quod illi mulier dedit in dotem, non præstitit servitium, æquior est opinio, quod hoc feudum dotale habeatur pro commisso durante tempore matrimonii in odium viri, sed post mortem viri restituatur feudum mulieri vel ejus heredibus. *Jacobin. de S. G. in d. gl. & promiserunt eidem domino. num. 31.* 51

† Sed num Vasallus ipso jure feudum amittat, an per sententiam, non usquequaque expeditum est? Et juxta Feudistarum communé Opinionem Dominus regulari- 52

ter

ter vasallum propriâ authoritate feudo privare non potest, etiamsi delictum manifestum esse videatur, propter quod delictum illo privandus esset, sed ad demonstrandam noxam & feloniam vasalli cognitio & condemnatio requiritur. *Ferrar. Montan. in collect. feud. lib. 4. cap. 3. Gail. lib. 2. observat. 51. & lib. 2. cap. 3. num. 10. de pac. publ. Duar. de feud. cap. 15. num. 4. Oldendor. class. 5. tit. de benef. act. Fichard. volum. 1. cons. 18. num. 38. & volum. 2. cons. 6. num. 2. Schneid. part. 8. cap. 2. num. 26.* Certi enim juris est, ubicumque vasallus ex delicto feudum perdit, processum judicij & privationis sententiâ requiri. *tex. in c. 1. de feud. sine culpa non amitt. 1. F. 21. in c. 1 §. fi. quo temp. mil. invest. pet. 1. F. 22. in c. 1. § quicunq; Advocatiam. de pac. ten. 2. F. 27. c. 1. § ut autē æquitas. 2. F. 52. Cōstit. Henr. II. de caus. amit. feud. lib. 5. feud. ibi: Parium laudatione beneficium amittat. Fichard. vol. 2. cons. 128. num. 17. & cons. 141. num. 3. & sequent. Wesembec. de feud. cap. 15. num. 9.* Et licet delicti causâ ipso jure sit definita, quæ feudum adimit, quia tamen multa sunt, quæ delinquentem excusare, & ut causam dicat, admittere possunt, propterea cognitione opus est, ne injustè privetur. *cap. 1. § adhæc. hic fin. lex. 2. F. 28. L. defensionis facultas 7. Cod. de jure fisci.*

Coler.

Coler. in process. execut. part. 1. cap. 3. numer. 84. Schneid de feud. part. 5. num. 113.

† Communi omnium Opinione ab hac regula excipitur casus alienationis factæ Domino irrequisito. Quo casu si Dominus feudum traditum extraneo revocare velit; non esse expectandam sententiam; sed ipso jure ad dominium feudi reverti volunt *per text. in c. 1. quid jur. si post alien. 2. F. 44. & arg. cap. 1. §. ex hoc de feud. fæmin. 2. F. 30. Clar. §. feudum quæst. 62. Duar. de feud. cap. 15. num. 5. Fichard. vol. 1. consil. 15. num. 18. & vol. 2. consil. 13. numer. 10. Zas. d. part. 10. num. 72.* Ratio differentiæ hæc est, nam cum Vasallus feudum alienat, censetur prorsus habere pro derelicto, quatenus consideratur juris effectus; Ergò non solùm jus utilis dominii, quod non ita magnum est, verùm etiã possessio amittitur, nihilq; retinet Vasallus L. fin. π. pro derelict. proinde opus nõ est sententiâ, quâ privetur jure vel possessione. At quoniam non licet domino emtori auferre possessionem propria autoritate, quoniã daretur ansa rixis ac bellis. Et emtor nõ habet à domino causam. *L. 1. §. necessario. π. si vent. nom. mul. in poss. mit. arg. l. at qui natura. 19. §. cum me absente. 3. C. de negot. gest.* Certè bonũ & æquum est, in hoc casu agi adversus pos-

sessorem, ut apertum feudum restituat. c. 1. de controv. int. dom & emt. feud. sed in aliis causis, ob quas amittitur feudum, istæ considerationes cessant. *Oldend. class. 5. act. tit. de benef. action.*

54 Pro complemento huius capitis sciendum est, † quod Dominus feudi ex iisdem culpis, quibus Vasallus feudo privatur sua proprietate privari debeat. *Textus est in ca. 1. qual. dom. prop. feud. priv. 2. F. 47. Zas. d. part. 10. num. 80. & seq. Duar. d. cap. 13. num. 7. & cap. 15. num. 3. Schneid. part. 5. nu. 125.* Ratio est qa Dominus & Vasallus Correlativa sunt, & judicantur à pari. *Everh. in Topic. loc. à Correlat. num. 11. Petr. de Ferrar. form. ad revocat. feud. verb. contra. num. 5. Wesembec. d. cap. 9. n. 8.* Idque tam in novo, quàm in antiquo feudo locum vendicat. *Alvar. in ca. 1. §. Domino committente. si de feud. def. cont. fuer. int. dom. & agn. vas. def. 2. F. 26. Baro à Tautemb. in d. tit. 47.*

Amittit autem Dominus feudum non ipso jure, sed sententia requiritur. *Schuuan. cons. feud. 3. num. 5.* Et ad quem proprietas Domini amissa pertineat vide *Schneidevv. de feud. part. 5. num. ult. & Hackelm. in addit. par. 8. cap. 2. in fin. Obrecht. de feud. cap. 4. numer. 94.*

FEU-

FEUDUM AMISSUM CUI APERIATUR.

CAP. XXVI.

VAsallo propter justam culpam à feudo cadente, utrum ad Dominum, an ad successorem Vasalli beneficium pertineat; sæpè quæsitum fuit? Et in usibus Feudorum hæc distinctio tam ratione, quàm moribus comprobata est, ut siquidem vasallus ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat: non ad proximos, sed ad dominum beneficium revertatur: ut hanc saltem habeat suæ injuriæ ultionem. Si verò non in Dominum sed aliàs graviter deliquerit, vel grave quid commiserit, feudum amittit: & non ad dominum, sed ad proximos pertinet: si tamen beneficium fuerit paternum: *Text. in c. 1. §. deniq; qu. fuit. prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. cum quo textu concordat prin. tit. in ill. qui interf. fratr. dom. 2. F. 37.* at talis distinctio communiter ab interpretib. recepta est. *Petr. de Ferrar. form. ad revoc. feud. gl. nec superstitib. num. 27. Wesembec. de feud. cap. 16. numer. 1. & sequ. 1. Everh. in Topic. loc. a lib. ad Vasall. numer. 11. Schneidevv. in Epit.*

feud.part.8.cap.2.num.4.& seqq.Duar.de feu. cap.17.num. 2. & sequ. Baro à Tautemb.in d. §. deniquè. Vincent.Caroc. de excuss. bonor.3. quæst.10.quæst.princ.num.3. Jacobin. de S.G. in gl.dictique vasalli promiserunt.num.59.Fichard.vol.1.consil.18.num.32. Oldend. class.5. act.tit.de benef.act.Zas.in Epit.feud.part.10. num.104.

2 † Filio regulariter feudum amissum non aperitur, cum certi sit juris ! Ex quocumque delicto vasallus feudo privatur, ex eodem & filios & ceteros descendentes privari, non habita ratione, an in dominum, an verò in alios felonia commissa sit: *c.1.§.si vasallus.si de feud.def.cont.fuer.int.dom.& ag. vas.def.2.F.26.d.ca.1.§. deniq. c.1. an ill.qui interf.fratr.dom.2.F.37. Wesemb. de feud.cap. 16.num.2. Mynsing. respons.44.numer. 28.& seq.Schrad.vol.1.cons.10.num.34* Ratio adfertur ista, quia sicut pater in Curia honestè stare non potest, ita nec filius, cum ex vitiis paternis ad filiorum præsumatur. *Argum.l. quod si nolit.§. qui mancipia.π.de ædil. edict. Zas.de feud.part.10.numer.96. Oldend. class.5. act.tit.de benef.action.*

3 Limitatur autem hæc regula. I. † Quando feudum venit jure proprio, & ex personâ propriâ ; tunc delictum patris non nocet

nocet alio, ut si feudum esset concessum patri & liberis descendentibus, vel avus vel pater fuisset stipulatus feudum pro se & liberis, & descendentibus. Secus quando feudum venit ex personâ patris, & tunc delictum patris nocet ipsi filio. *Ita Jacobin. de S. G. in gl. dictique vasalli promiserunt. numer. 58. qui ait, ita consuluisse Cynum, Bart. Bald. Castr. Petr. de Bellafert. & Joan. de Imol. Anton. Gabr. lib. 3. com. opin. titul. de jur. Emphyt. concl. 2. numer 21. Myns. dec. 5. resp. 44. nu. 30. Zas. d. part. 10. num. 98. Schneid. d. part. 8. cap. 2. num. 3.*

† Limitatur 2 si patre delinquente 4
feudum apud avum adhuc esset, quia tunc si pater in vita avi de medio sublatus fuerit, vel per sententiam super delicto declaratus, & futuro succedendi jure privatus, avo postea mortuo, patris delictum nepoti, qui in locum ipso patre secluso successerat, non nocebit, Quod si pater nepotis, qui est filius avi in hereditate ejusdem avi successisset, tunc fortè ex patris offensa nepoti noceretur. *argum. L. qui se patris. C. und. lib.* Nam nepos patri succedens ex ejus persona veniet. *Zas. d. part. 10. numer. 98. Gemmel. de feud. part. 10.*

3. Fedum ad filios pertinet, si illud citra 5

delictum amittitur, ut per refutationem, aut ingressum religionis, *cap.1.de mil.Vasall. qui arm. beli. depos. 2. F. 21. VVesemb. de feud. cap.16.num.4. Schneid. in Epit.feud.part.prin. 6.membr.2. cap.2.num.25. Zas.d.part.10.num. 91. Mynf.conf.44.nu.22.*

6 4. Feudum ad filios revertitur, si licitè fuerit alienatum. *Zas. & Gemmel. dd. locis.* Quod nonnulli extendunt etiam ad feudum illicitè alienatum, quod etiam ad filios redire volunt, si fuerit antiquum *Gail.lib.2. obs.50.num.12.* Etiamsi filius nihil de patris hereditate haberet, quia tunc à feudo etiam illicitè alienato non excluditur *juxta Zas. & Gemmel. in locis citatis.*

7 † Feudum novum ob culpam Vasalli amissum indistinctè ad dominum revertitur, sive vasallus peccaverit in extraneum, sive in dominum, exclusis omnibus descendentibus & agnatis, *per d.§.fin. ibi: si tamen beneficium fuerit paternum. Oldend. class. 5. act. tit. de benef. act. Jacobin. de S. G. in gloss. dictique Vasalli promiserunt. numer. 58. VVesembec. d. cap.16.num.1. Zas. d. part.10. numer. 93. 100. & sequ.* praecedente tamen sententia declaratoria.

8 Et notabis † quod casus nonnulli apud interpretes reperiantur, in quibus feudum propter

propter delictum in personam Domini cōmissum ad Dominum non revertatur.

I. Si Vasallus commiserit delictum in personam domini ipso Domino consentiente, nam tunc feudum ad dominum reverti non debere concludit *Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; Vasalli promiserunt. num. 59. Schn. de feud. part. 8. cap. 2. num. 7. Zas. d. par. 10. nu. 101.*

II. Si fortè collusisset Vasallus cum Domino, ut agnati feudò fraudarentur. Nam tunc Dominus ex tali dolo lucrari non debet *arg. l. ult. π. de eo per quem fact. L. dudum. C. de repud. Fichard. vol. 1. consil 18. num. 32.*

III. Si investitura aliud exigeret, quia fortè feudum concessum esset, ut de uno ad alium transiret, vel omnibus principaliter concederetur, vel propter plurium merita: quia tunc propter offensam Vasalli feudum non ad dominum, sed ad eos, qui proprium in investitura jus prætenderent, revertetur *Jacobin. d. lo. Schneid. d. part. 8. capitul. 2. num. 9. & sequ. Zas. de feud. part. 3. num. 102.*

Vasallus Vasalli si Dominum Domini sui offenderit, & feudo suo privetur, feudū ad Dominum suum, à quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere majori Domino, quem

offenderit. *tex. in c.1.§.illud.quoq; de probib. feud.alien.per Frider.2.F.55.& ibi Baro à Tautemb.num.1 Jacobin, de S.G.in d.gl.dictiq; Vasalli.num.11.Schneid. d.part.8.cap.2.num.24. Zas.d.part.10.num.58.*

CAP. XXVII.

DE REMISSIONE CULPÆ.

1 Culpam sive feloniam à Vasallo commissam Dominum feudi, si sit secularis remittere posse, certum est: At prælatus Ecclesiarum in feudo Ecclesiastico idem facere non debet nec potest cum jus Ecclesiæ quæsitum alienare nequeat: sed benè cũ collegio culpam Vasallo remittere potest. *Zas.in Epit.Feud.part.10. num.77. Gemmel.in compend.feud.part.10 num.77.Obrecht. de feu. cap.4.num.83.* Quod tamen verum est, quando administratio sive renovatio investituræ ad Prælatum simul cũ Capitulo spectat, vel toti Ecclesiæ injuria facta sit *Gail.in tractat.de pignor.capitul.7.in fin.* Et fit remissio culpæ vel expressè vel tacitè. *L. Sabinus. 9. π. de in diem addict. L. 2.π.de L.commissor. Oldend. class. 5. acti. titul. de benefic. act.*

†Et

† Et tacitè quidem pluribus modis, Puta si Dominus vasallum vivum ob culpam commissam non conveniat. Nam filio vasalli nec ipse nec eius successores feudum eripere possunt *juxta doctrinam Alvaroti in c. Imperialem. § insuper de prohib. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55. Fichard. volum. 2. consil. 13. num. 8. & consil. 128 num. 16. Zasius dict. part. 10. num. 75. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæstio. 5. num. 16. Wesembec. de feud. cap. 15. num. 10.* 2

† Actio enim ad vindictam & pœnam non transit ad hæredes. *L. si eum. 10. qui injuriarum. 2. π. si quis caution. L. pen. de in jus voc. l. 1. π. de privat. delict. & l. 1. C. ne ex delict. defunct.* Et peccata suos teneant authores. *L. sancimus. 22. C. de pœn.* neque debet quis alterius odio pregravari *secundum vulgatam regulam juris. c. non debet. de regulis juris in 6.* & propterea delictum patris non nocebit filio. *L. crimen 26. π. de pœn.* nec authoris delictum nocet hæredi. *L. eius qui delatorem. 29. π. de jure fisc. Fichard. d. consil. 128. n. 16.* 3

Quæ tamen doctrina fallit primò. † Si Dominus ignorasset feloniam à vasallo commissam fuisse, quo casu filius vasalli etiam defuncti cōveniri potest, maximè cum is feudum teneat, & nemo jus quod ignorat 4

remittere presumatur. *Carol.Tap.in repet.L. ult.ff.de constit.princip.part.2.cap.7.num.20. Zas.d.part.10.num.76. Schneid. de feud.parte 5. numer 33. Gemmel. dicta parte 10. de feud. privat.*

2. Fallit, si Dominus præparasset querelam, & interim vasallus mortuus esset. *Zas.& Gem.dd.locis.*

3. Fall. Quando feudum aut ex pacto apposito aut ex gravitate delicti revocaretur ipso jure; tunc enim querela etiam non præparata transit ad hæredem *secundum gloss.& Doctores in d.cap.Imperialem.§. insuper.Tap.d.cap.7.num.23.Wesemb.d.cap.15. in fin.*

4. Fall. Quando Dominus recipit servitium à vasallo post annum cum protestatione, quod velit recipere servitium à vasallo, sed salvo jure suo. *Schneid.de feud.part. 5.num.34.Schrad.volum.1.cons.1.num.347. ubi & alij.*

5 Secundò † Dominus tacitè videtur remisisse culpam vasallo, si ipse vivus non queratur de iniuria vasalli. Nam hæredi eius agere non licebit, sive ipso jure sive non feudum amissum sit. *Pet.de Greg.de concess.feud.part.8.quæst.5.num.14. & quæst.16. vers.tertium decimum.num.4. Zas.d.part:10.*

num.

num.76. vers. è diverso. Obrecht. d.c.4. num.85. *Quod commune essert Wesembec. in tract. feud. cap 15. n.10.* nisi Dominus commissum ignorasset. Nam quem defunctus ultus non est, nec ulcisci voluit, id eius successor tamquam remissum persequi non potest. *L. ult. C. de revoc. donat.*

Tertiò † Dominus tacitè videtur remisisse feloniam, quotiens sciens à vasallo ingrato servitia recepit. *Jacobin. de S. Georg. in gloss. qui quidem investiti. num.38.* Frideric. *de process. cap.27. num.6. Oldendorp. class.5. act. tit. de benef. act. Borch. de feud. cap.8. num 24. Schneid. in Epito. feud. c.5. num.32. & num.99. Fichard. vol.2. cons.13. num.9. Sonsbec. de feud. part. 11. num.22. vers. fallit sextò. Petr. de Gregor. dict. tract. part. 8. q.5. num.12. Schrad. volum.1. cons.3. num.83. Commune ait Clarus in §. feudum. quæst.49. num.10.* Sic quando Dominus vasallo petenti post tempus investituram confert, jam est remissa culpa. *Jacobin. de S. Georg. in gloss. qui quidem investiti. num.42. Zasius dicta parte 10. num.16. Schneid. dicta parte 8. cap.1. num.11. Schrad. dicto cons. 3. num.83. & ibi alij.* Nam ex hoc deprehenditur, quod non vult Vasallum privatum esse feudo: Nam non solum verbis, sed etiam factis declaratur voluntas. G

text.

text.in l.reprehendenda. C. de investit.& subst. L.post diem.π.de L.commiss. Gemmel. d.part. 10. Fichard.vol.2.cons.128.n.19.

7 † Effectus remissionis feudi hîc est, quod feudum ita relictum apud vasallum antiquum maneat nec novum fiat, nisi ipso jure amissum fuerit. *gloss.& Dd.in d.c.Imperialem.§.insuper. Jacobin.de S.Georg.in gloss.dictiq; vasalli promiserunt.num.64. Tyraquell.in repet.L.si unquam.gloss.revertatur.num.12.C. de revoc.donat. Zasius de feud.part.3.num.2. Gemmel. in compendio feud.parte 3. Schneid. dicta parte 5.num.19. Oldendorp.class.5.act.tit. de benef.act.*

DE FRUCTIBUS FEUDI.

CAPUT XXVIII.

1 QVOD si vasallus decedat sine hærede masculo, & contingat feudum ad Dominum reverti, de fructibus relictis sic distinguitur, quod si ante Martium decedat, omnes fructus illius anni ex fundo provenientes ad Dominum pertinebunt. Si verò post Calendas Martij usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad hæredes vasalli pertineant. Si verò

verò pòst Augustum omnes fructus anni percipiet Dominus. *Ita textus est in c.1. §.his consequenter. hic fin. lex. 2. F. 28. Petr. de Ferrar. form. libel. ad revoc. feud. verb. nec superstitib. num. 16. Schneid. de feud. part. princ. 6 part. 2. cap. 4. num. 26. & sequent.* Eadem distinctio servanda est eo casu, quo vasallo vita functo feudum ad Agnatos devolvitur. *Schneidevvin. d. tract. feud. part. 2. num. 33. Borcholt. de feud. cap. 7. mod. 2. in fine.* licet alij velint servandam esse distinctionem. *L. divortio. 7. ubi Alex. & Jason. π. solut. matrim. Wesemb. de feud. cap. 9 num. 5.* Et quando de fructibus feudorum controversia est inter filios & filias vasalli defuncti, tunc prædicta distinctio quoque servanda est ita tamen, ut filij etiam ad fructus, quod attinet, quatenus sunt hæredes patris unà cum filiabus in portionem vocentur, neque sanè injuria, cum filij non solum sint successores in feudo, sed & simul hæredes, atque adeò duplicem personam sustineant. Nam regulariter quotiescumque plura jura in una & eadem persona concurrunt, tum illa diversis respectibus plurium personarum vicem gerit. *L. Tutorem. 22. π. de his quibus ut indign. §. si Tutor. 4. Instit. de inoffic. testam. H. Pistor. q. feud. 24. n. 52. Schneid. & Borch. dd. locis.*

De

2 † De jure Saxonico non attenditur ista distinctio an infra vel post Martium vasallus decedat, Dann was die Ege bestrichen hat/das folget dem Erbe. *Schneid. part. feud. 2. num. 34.* Ideò statim filia unà cum fratribus ad successionem fructuum etiam pendentium & immaturorum admittitur. *Wesemb. d. cap. 9. num. 5. Schneid. d. part. 2. num. 34. Joachim. à Beust in tract. de matrim. part. 3. c. 11.* Quam tamen distinctionem de industrialibus saltem fructibus non de naturalibus accipiendam esse existimat *Wesemb. d. cap. 9. num. 5.*

3 † Feudum si culpâ amittitur, omnes fructus à tempore offensæ factæ; & multò magis à tempore sententiæ ei cui apertum est feudum à vasallo restituentur. *arg. L. eius qui 29. a princ. π. de jure fisc. L. qui scit. 25. §. fin. π. de usur. L. bonæ fidei. 48. π. de acquir. rer. dom. Zas. de feud. part. 10. num. 74.* Et ratio est, quia hisce casibus Dominus vel Agnati recipiunt quod suum est, meritò cum fructibus recipient. *arg. l. videamus. §. fi. π. de usur. Zas. d. loc. Gemmel. dict. part. 10. vide dissentientem Schrad. vol. 1. cons. 10. n. 28.*

4 † Comprehenduntur autem nomine fructuum, fructus pendentes, qui ad corpus, non ad alias res referuntur. *cap. 1. §. his conse-*

consequenter.hic fin:lex.2.F.28. non verò usuræ, pensiones, vel aliæ obventiones, quæ à fructibus distinguuntur. *L. usura. 121. π. de verb. signif. L. ancillarum. 27. π. de petit. hæred. L. cum servus. 39. fructus π. de legat. 1. l. cum de donatione 11. π. de donation. Ferrar. Montan. lib. 2. feud. cap. 3. in fine. Eschin. libro 7. controv. cap. 96.* nec fructus percepti & separati à solo qui inter mobilia computantur. *L. ult. π. de requir. reis.* nec dicuntur amplius res feudales. *Schneid. de feud. part. 2. n. 33. Schrad. d. cons. 3. n. 409.*

† Et circa prædicta quæri potest, quid si dicendum sit de rebus inventis in prædio feudali, ut si lapicidinæ, salinæ, venæ auri & argenti &c. inventæ sunt? Et ut ait *Wesemb. de feud. cap. 12. num. 4.* communis tenet opinio Dd. illas ad vasallum non ad Dominum pertinere. *Schneid. in Epitome feud. part. 4. num. fin. Mynf. dec. 4. cons. 39. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 10. num. 5.* quoniam lucra etiam fortuita ad fructus referuntur, & ad utile dominium pertinent. *L. Divortio 7. § si vir. in fundo. π. solut. matrim. Jacobin. de S. Georg. in gloss. cum argenti fodinis.* Quod tamen ad fodinas auri vel argenti repertas attinet, quia hæ inter Regalia referuntur. *cap. unic. quæ sint regal. & ibi Borcholt, num. 87.*

Ideò

Ideò quamquam utiliter ad vasallum pertineant, tamen in recognitionem regaliorum decima pars obventionum, non proximo Domino feudi, sed illi penes quem sunt Regalia, est pensitanda. *L. placet. & t.t. C. de metall. lib. 11. Henning. cons. 1. 23. de argent. fod. Wesemb. dict. cap. 12. num. 4.*

DE MELIORATIONE ET SUMPTIBUS IN REM feudalem factis.

CAPUT XXIX.

REGULARE hoc est; quod vasallus conditionem feudi semper meliorem facere possit etiam sine consensu Domini; deteriorem verò numquam. *Text. in c. 1. §. econtrario. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. Pison. Soac. in prælud. feud. cap. 24. num. 2.*

1 † Et si in feudo aliquod beneficium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit; & contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat: Dominus aut patiatur ædificium ab hæredibus vasalli (ad quos tamen feudi successionem pertinet) auferri, aut solvat precium meliorationis: *Textus in c. 1. §. si vasallus. & ibi Hottom. hic finit. lex. 2. F. 28. fac. l. in fundo alieno. 38. π. de rei vindic.*

Petr.

Petr. de Ferrar. form. libel. ad revoc. feud. gloss. nec superstitib. num. 15. Duaren. de feud. cap. 17. num. 5. Fichard. volum. 1. cons. 5. num. 2. & seq. & cons. 20. num. 1. Wesemb de feud cap. 9 num. 6. & cap. 13. Schneid. in Epitome feud. part. 4. num. 81. Sonsbec. de feud. cap. 15 nu. 71. Obrecht. cap 4. feud. num. 93. Mynsing. d. cad. 8. cons. 80. num. 7. & 8. Schrad. vol. 1. cons. 3. nu. 412. & seq. Et ita frequentioribus suffragiis obtinuisse refert *Forster. de success. 3. cap. 20. num. 7.* Idem est, si vasallus precio servitutem fundo feudali acquirit. *d. §. si vasallus.* Illudque æquitatem habet, ne dominus ditescat cum aliena jactura, habeatque vasalli substantiam sine culpa ulla. *Joan. Gars. in tract. de expens. & melior. cap. 12. num. ult. Fichard. dict. cons. 5. num. 1. Sonsbec. de feud. dicta part. 15. num. 73.*

† Sub ædificij vocabulo in *d. §. si vasallus.* 2
comprehenditur omnis fabricæ species, sive sit insita solo, ut arx vel domus, sive solo superstructa; ut torcular vinarium, mola, & similia, ut dicit *Baro. à Tautemb. post Isern. & Alvar. in d. §. si vasallus Fichard. vol. 1. cons. 5. num. 1.*

† Et hæredes vasalli demortui feudi re- 3
tentione uti poterunt, donec vel sumtus refundantur, vel oblatio materiæ concedatur. *Pison-Senc. in dicto cap. 24. nu. 2. Fichard.*

vol.1.conf.13 num.4.& conf.20.num.1. Proinde si Dominus interim feudum repetat, per exceptionem doli mali repelletur. §. *certè, Instit.de rer.divis.Baro à Tautemb.in dict.§. si vasallus.* Et quæ de Domino hîc dicta sunt, etiam obtinent in agnatis. *Fichar.vol.1.conf. 13.num.4.& conf.20.num.1.Forster.dict.cap.20. num.9.*

4 † Non solum ædificij æstimatio, sed impensæ quoque quibus vel antiquæ domus (si quæ fuit) vel ipsius feudi melior facta sit conditio, vasalli hæredibus debentur. *Garz.in d.tract.de expens.& meliorat.cap. 12.num.85.* Modicæ tamen & consuetæ refectionis domus vel villæ ratio non habetur. *Baro in d.§.si vasallus,nu.5.Fichard.vol.1. conf.13.n.4.*

Quod si meliorationis sumtus non sint liquidi, Dominus constituto fidejussore de liquidatione & solutione feudum nihilominus vindicabit, quoniam satisfactio, quæ vel pignoribus fit, vel fidejussoribus instar solutionis est. *L.satisfactio 52.π.de solution.L.si mandata.59.in fine.ff. mandat. L. promissor.21 §.fina.π.de constit.pecun.Schrad. in comment.feud.part.2.princ.part.9.num.16.* Et hîc sciendum, prædicta ita demum procedere, si feudum propter defectum ge-

ratio-

herationis seu familiæ vasalli ad Dominum revertatur; secus si propter delictum.

† Nam quando feudum ob culpam vel defectum ad Dominum revertitur, communiter omnes FF. nemine discrepante; uti inquit *Fichard. d.cons.5. num.2.* volunt; nullam fieri restitutionem impensarum factarum à vasallo sed cedere lucro Domini: *Baro à Tautemb. in dicto §. si vasallus. num. fin. Petr. de Ferrar. in d. glos. nec superstitibus. num. 15. arg. l. 2. C. de jur. Emphyt. Rosenthal. de feud. cap. 10. conclus. 121. Vulteius libro 1. feud. cap. 11. num. 114.* 5

† Incrementum factum rei feudali per alluvionem accrescit, & acquiritur regulariter Domino; non verò vasallo vel eius hæredibus. *c. 1. §. si quis de manso. & §. rursus. & ibi Alvar. & Jacob. de Belvis. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. Pet. de Ferrar. in form. libell. ad revocat. feud. gloss. cum omnibus. num. 3. Sichard in l. 1. num. 14. C. quæ sit long. consuet. Zasius de feud. part. 6. num. 47. & sequent. Euerhard. in Topic. loc. à rat. leg. larg. num. 77. Schneid. in Epit. feud. part. 4. num. 81. Gemmel. in compendio feud. part. 6. in fine, vers. octavus. Sonsbec. de feud. part. decimoquinto, num. 64. & seqq.* 6

7 Illud etiam meminisse oportebit, † Dominum feudi non posse vasallum cogere, ut ipsi meliorationes illas (omni jure sibi soli, eiusque hæredibus attinentes) infeudet; hoc est, appropriet; cum nemo cogi debeat dominium suum invitus in alium transferre. *L. invictum. C. de contrah. emt.* maximè si hoc gratis petatur, nulla oblata compensatione. Et propterea traditur cautela *monito Eichardi vol. 1. cons. 5. num. 7.* quod vasallus bona sua propria numquam patiatur adscribi feudalibus nec eâdem servitute & conditione afficiantur de quo *Matth. de Afflict. in c. 1. §. è contrario. 2. F. 8.*

DE AFFINIBUS CONTRACTIBUS FEUDO.

CAPUT XXX.

AFFINES feudo obligationes & contractus multi sunt. † Primò feudum
1 magnam habet adfinitatem cum contractu Emphyteutico, quo Dominus prædium utendum fruendum Emphyteuticario concedit, eâ lege ut id melius & cultius reddat, & certam annuam pensionem præstet. *Jacob Cuiac. in c. 1. qui success. ten. Wesemb. in rt. ff. si ager. vectigal. Petr. num. 2. Berch. de feud.* cap.

cap. 13. num. 2. quemadmodum prolixè & eleganter ostendit *Euerhard. in Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyt.* Unde argumentum à feudo ad Emphyteusim seu à contractu feudali ad Emphyteuticum sumtum, quod Euerhard. *in dicto loco à feud. ad Emphyt. & rursus in loc. ab Emphyteusi ad feudum* uberius exponit probabile, utilissimum, & frequentissimum est. *Mynsing. decad. 3. resp. 28. num. 21. Menoch. volum. 1. cons. 111. num. 59. Euerhard. in d. loco à feud. ad Emphyt. num 1.*

† Sunt enim eiusdem naturæ, & iisdem 2
rationibus procedunt *secundum speculat. tit. de feud. §. quoniam. Wesembec. de feud. cap. 14. num. 3. Vincent. Caroc. tract. de excuss. bonor. 3. quæst. 10. qu. princ. num. 2.* Et feuda iisdem regulis censeri, quibus Emphyteusis commune dicit *Eman. Suarez. in thesaur. com. opin. lit. F. n. 87.*

† Differunt tamen feudum & Emphy- 3
teusis in quibusdam.

1. Emphyteusis datur propter annuam præstationem census seu pensionis. *t. t. ff. si ag. vect. pet.* At feudum conceditur gratis, hoc est, ex amore & honore Domini propter obsequia personalia. *c. 1. de feud. dat. in vic L. commiss. reprob. 1. F. 27. Joan. Saison in consuetud. Turon. tit. 12. art. 1. Oldendorp. class. 5.*

act.tit.de benef.act.& in tab.act.verb.feudum. Wesemb.d.cap.14.n.3.& seqq. Schneid.de feud. part.1.n.23.

4 † II. In feudis, vasalli ad fidelitatem compelluntur, & plures hæredes unius vasalli omnes subire juramentum coguntur: In bonis Emphyteuticis secus est, nec coguntur ibi hæredes novam investituram petere aut fidelitatem præstare. quia contractus hi non consistunt in fidelitate, sed in præstatione census. *Jason in l. ult.num.41. C.de jure Emphyt. Wesemb.de feud.cap.8.num. 24.& d.c.14.n.4.& seq.*

5 † III. Vasallus requisitus tantummodò offert debita servitia, nec illa annuatim præstare cogitur. *c.1.§ licet si de feud.def.cont. fuer.int.dom.& agn.vas.def.2. F.26.* Ast Emphyteuta cogitur singulis annis offerre canonem. & dies interpellat pro homine: ita quod si per triennium cesset solvere pensionem, possit expelli. *L.2.C.de jure Emphyt. & ibi Dd.* & quando Ecclesiastica est Emphyteusis, amittit eam, quando intra biennium non solvit Canonē. *Schneid.d.p.1.n.23.*

6 † IV. Feudum regulariter tantum est transitorium ad filios masculos hæredes, non ad fœminas. Unde appellatione hæredis in materia feudali veniunt masculi.

text.

text. in c.1. § etsi clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. Emphyteusis verò etiam ad filias & heredes extraneos transit, *ut not. in l. 3. C. de jur. Emph. Schneid. de feud. part. 1. n. 23. Borch. d. c. 3. n. 14. & seq.*

† V. Sunt multæ causæ ex quibus vasallus feudo privatur, de quibus supra cap. 25. Ex quibus Emphyteuta à jure suo non cadit. *Schneid. d. part. 1. n. 23.* 7

VI. Jus beneficiarium principaliter ad militiam pertinet, ut defeudamur, de quo supra *cap 1.* At jus Emphyteuticum circa culturam agrorum versatur, ut alamur. *Oldendorp. in tab. act. verb. feudum.*

† Deinde feudo affinis est obligatio liberti erga patronum, quemadmodum uberius declarat *Euerhar. in Topic. loc. à libert. ad vasall.* Unde in toto jure Dd. argumenta de liberto ad vasallum sumunt. *Jason in l. filiusfam. §. Divi. in 2. lect. num. 31. ff. de legat. 1. Specul. tit. de feud. §. quoniam. nu. 33. Cæsar de Ursill. in addit. ad decis. Afflict. decis. 265. nu 30. Wesemb. de feud. c. 14. n. 2. Fichar. vol. 2. cons. 22. Coler. process. part. 1. c. nu. 163.* Est tamen differentia quandoquidem persona liberti obligata est ratione libertatis acceptæ, q̃ personæ cohæret: vasalli persona libera est, nec ex sese, sed ratione rei, i. e. feudi obligatur. 8

2 † De jure Saxonico non attenditur ista distinctio an infra vel post Martium vasallus decedat, Dann was die Ege bestrichen hat/das folget dem Erbe. *Schneid.part.feud.2.num.34.* Ideò statim filia unà cum fratribus ad successionem fructuum etiam pendentium & immaturorum admittitur. *Wesemb.d.cap.9.num.5. Schneid.d.part.2.num.34. Joachim. à Beust in tract. de matrim part.3.c.11.* Quam tamen distinctionem de industrialibus saltem fructibus non de naturalibus accipiendam esse existimat *Wesemb.d.cap.9.num.5.*

3 † Feudum si culpâ amittitur, omnes fructus à tempore offensæ factæ, & multò magis à tempore sententiæ ei cui apertum est feudum à vasallo restituentur. *arg. L.eius qui 29. à princ. π. de jure fisc. L.qui scit.25.§.fin. π. de usur. L. bonæ fidei.48.π. de acquir. rer. dom. Zas. de feud. part.10. num.74.* Et ratio est, quia hisce casibus Dominus vel Agnati recipiunt quod suum est, meritò cum fructibus recipient. *arg. l. videamus.§.fi.π. de usur. Zas. d. loc. Gemmel. dict. part.10. vide dissentientem Schrad. vol.1. cons.10.n.28.*

4 † Comprehenduntur autem nomine fructuum, fructus pendentes, qui ad corpus, non ad alias res referuntur. *cap.1.§.his*

conse-

consequenter. hîc fin. lex. 2. F. 28. non verò usuræ, pensiones, vel aliæ obventiones, quæ à fructibus distinguuntur. *L. usura. 121. π. de verb. signif. L. ancillarum. 27. π. de petit. hæred. L. cum servus. 39. fructus π. de legat. 1. l. cum de donatione 11. π. de donation. Ferrar. & Montan. lib. 2. feud. cap. 3. in fine. Fachin. libro 7. controv. cap. 96.* nec fructus percepti & separati à solo qui inter mobilia computantur. *L. ult. π. de requir. reis.* nec dicuntur amplius res feudales. *Schneid. de feud. part. 2. n. 33. Schrad. d. cons. 3. n. 409.*

† Et circa prædicta quæri potest, quid 8 dicendum sit de rebus inventis in prædio feudali, ut si lapicidinæ, salinæ, venæ auri & argenti &c. inventæ sunt? Et ut ait *Wesemb. de feud. cap. 12. num. 4.* communis tenet opinio Dd. illas ad vasallum non ad Dominum pertinere. *Schneid. in Epitome feud. part. 4. num. fin. Myns. dec. 4. cons. 39. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 10. num. 5.* quoniam lucra etiam fortuita ad fructus referuntur, & ad utile dominium pertinent. *L. Divortio 7. § si vir. in fundo. π. solut. matrim. Jacobin. de S. Georg. in gloss. cum argenti fodinis.* Quod tamen ad fodinas auri vel argenti repertas attinet, quia hæ inter Regalia referuntur. *cap. unic. quæ sint regal. & ibi Borcholt. num. 87.*

Ideò

Ideò quamquam utiliter ad vasallum pertineant, tamen in recognitionem regaliorum decima pars obventionum, non proximo Domino feudi, sed illi penes quem sunt Regalia, est pensitanda. *L. placet. & t.t. C. de metall. lib. 11. Henning. cons. 1. 23. de argent. fod. Wesemb. dict. cap. 12. num. 4.*

DE MELIORATIONE ET SUMPTIBUS IN REM feudalem factis.

CAPUT XXIX.

REGULARE hoc est; quod vasallus conditionem feudi semper meliorem facere possit etiam sine consensu Domini; deteriorem verò numquam. *Text. in c. 1. §. econtrario. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. Pison. Soac. in prælud. feud. cap. 24. num. 2.*

1 † Et si in feudo aliquod beneficium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit; & contigerit postea, ut vasallus sine filio masculo decedat: Dominus aut patiatur ædificium ab hæredibus vasalli (ad quos tamen feudi successionem pertinet) auferri, aut solvat precium meliorationis: *Textus in c. 1. §. si vasallus. & ibi Hottom. hic finit. lex. 2. F. 28. fac. l. in fundo alieno. 38. ff. de rei vindic.*

Petr.

Petr. de Ferrar. form. libel. ad revoc. feud. gloss. nec superstitib. num. 15. Duaren. de feud. cap. 17. num. 5. Fichard. volum. 1. cons. 5 num. 2. & seq. & cons. 20. num. 1. Wesemb de feud cap. 9 num. 6. & cap. 13. Schneid. in Epitome feud. part. 4. num. 81. Sonsbec. de feud. cap. 15 nu. 71. Obrecht. cap 4. feud. num. 93. Mynsing. decad. 8. cons. 80. num. 7. & 8. Schrad. vol. 1. cons. 3. nu. 412. & seq. Et ita frequentioribus suffragiis obtinuisse refert *Forster. de success. 3. cap. 20. num. 7.* Idem est, si vasallus precio servitutem fundo feudali acquirit. *d. §. si vasallus.* Illudque æquitatem habet, ne dominus ditescat cum aliena jactura, habeatque vasalli substantiam sine culpa ulla. *Joan. Gars. in tract. de expens. & melior. cap. 12. num. ult. Fichard. dict. cons. 5. num. 1. Sonsbec. de feud. dicta part. 15. num. 73.*

† Sub ædificij vocabulo in *d. §. si vasallus.* 2 comprehenditur omnis fabricæ species, sive sit insita solo, ut arx vel domus, sive solo superstructa, ut torcular vinarium, mola, & similia, ut dicit *Baro. à Tautemb. post Isern. & Alvar. in d. §. si vasallus Fichard. vol. 1. cons. 5. num. 1.*

† Et hæredes vasalli demortui feudi re- 3 tentione uti poterunt, donec vel sumtus refundantur, vel oblatio materiæ concedatur. *Pison-Senc. in dicto cap. 24. nu. 2. Fichard.*

vol.1.conf.13 num.4.& conf.20.num.1. Proinde si Dominus interim feudum repetat, per exceptionem doli mali repelletur. §. *certè. Instit.de rer.divis.Baro à Tautemb.in dict.§. si vasallus.* Et quæ de Domino hîc dicta sunt, etiam obtinent in agnatis. *Fichar.vol.1.conf. 13.num.4.& conf.20.num.1.Forster.dict.cap.20. num.9.*

4 † Non solum ædificij æstimatio, sed impensæ quoque quibus vel antiquæ domus (si quæ fuit) vel ipsius feudi melior facta sit conditio, vasalli hæredibus debentur. *Garz.in d.tract.de expens.& meliorat.cap. 12.num.85.* Modicæ tamen & consuetæ refectionis domus vel villæ ratio non habetur. *Baro in d.§.si vasallus.nu.5.Fichard.vol.1. conf.13.n.4.*

Quod si meliorationis sumtus non sint liquidi, Dominus constituto fidejussore de liquidatione & solutione feudum nihilominus vindicabit, quoniam satisfactio, quæ vel pignoribus fit, vel fidejussoribus instar solutionis est. *L.satisfactio 52.π.de solution.L.si mandata.59.in fine.ff. mandat. L. promissor.21 §.fina.π.de constit.pecun.Schrad. in comment.feud.part.2.princ.part.9.num.16.* Et hîc sciendum, prædicta ita demum procedere, si feudum propter defectum gene-

ratio-

berationis seu familiæ vasalli ad Dominum revertatur; secus si propter delictum.

† Nam quando feudum ob culpam vel defectum ad Dominum revertitur, communiter omnes FF. nemine discrepante; uti inquit *Fichard. d. cons. 5: num. 2:* volunt; nullam fieri restitutionem impensarum factarum à vasallo sed cedere lucro Domini: *Baro à Tautemb: in dicto §. si vasallus. num. fin: Petr. de Ferrar: in d. glos. nec superstitibus. num: 15. arg. l. 2: C: de jur. Emphyt: Rosenthal. de feud: cap. 10: conclus: 121: Vulteius libro 1. feud: cap. 11: num. 114:* 5

† Incrementum factum rei feudali per alluvionem accrescit, & acquiritur regulariter Domino; non verò vasallo vel eius hæredibus. *c. 1. §. si quis de manso. & §. rursus. & ibi Alvar. & Jacob. de Belvis. si de investit. feud: controv: fuer.* 1. F. 4. *Pet. de Ferrar. in form. libell: ad revocat. feud: gloss. cum omnibus num. 3. Sichard in l: 1. num. 14. C. quæ sit long. consuet. Zasius de feud: part. 6. num. 47. & sequent. Euerhard. in Topic: loc. à rat: leg. larg. num: 77: Schneid. in Epit. feud. part. 4. num: 81. Gemmel: in compendio feud. part, 6. in fine; vers. octavius: Sonsbec. de feud. part. decimoquinto, num. 64: & seqq.* 6

7 Illud etiam meminisse oportebit, † Dominum feudi non posse vasallum cogere, ut ipsi meliorationes illas (omni jure sibi soli, eiusque hæredibus attinentes) infeudet, hoc est, appropriet, cum nemo cogi debeat dominium suum invitus in alium transferre. *L. invictum. C. de contrah. emt.* maximè si hoc gratis petatur, nulla oblata compensatione. Et propterea traditur cautela *monito Fichardi vol. 1. cons. 5. num. 7.* quod vasallus bona sua propria numquam patiatur adscribi feudalibus nec eâdem servitute & conditione afficiantur de quo *Matth. de Afflict. in c. 1. §. è contrario. 2. F. 8.*

DE AFFINIBUS CONTRACTIBUS FEUDO.

CAPUT XXX.

AFFINES feudo obligationes & contractus multi sunt. † Primò feudum
1 magnam habet adfinitatem cum contractu Emphyteutico, quo Dominus prædium utendum fruendum Emphyteuticario concedit, eâ lege ut id melius & cultius reddat, & certam annuam pensionem præstet. *Jacob Cuiac. in c. 1. qui success. ten. Wesemb. in π. ff. si ager. vectigal. Petr. num. 2. Borch. de feud.* cap.

cap. 13. num. 2. quemadmodum prolixè & eleganter ostendit *Euerhard. in Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyt.* Unde argumentum à feudo ad Emphyteusim seu à contractu feudali ad Emphyteuticum sumtum, quod Euerhard. *in dicto loco à feud. ad Emphyt. & rursus in loc. ab Emphyteusi ad feudum* uberius exponit probabile, utilissimum, & frequentissimum est *Mynsing. decad. 3. resp. 28. num. 21. Menoch. volum. 1. cons. 111. num. 59. Euerhard. in d. loco à feud. ad Emphyt. num 1.*

† Sunt enim eiusdem naturæ, & iisdem 2
rationibus procedunt *secundum speculat. tit. de feud. §. quoniam. Wesembec. de feud. cap. 14. num. 3. Vincent. Caroc. tract. de excuss. bonor. 3. quæst. 10 qu. princ. num. 2.* Et feuda iisdem regulis censeri, quibus Emphyteusis commune dicit *Eman. Soarez. in thesaur. com. opin. lit. F. n. 87.*

† Differunt tamen feudum & Emphy- 3
teusis in quibusdam.

1. Emphyteusis datur propter annuam præstationem census seu pensionis. *t. t. ff. si ag. vect. pet.* At feudum conceditur gratis, hoc est, ex amore & honore Domini propter obsequia personalia. *c. 1. de feud. dat. in vic L. commiss. reprob. 1. F. 27. Joan. Saison in consuetud. Turon. tit. 12. art. 1. Oldendorp. class. 5.*

text. in c. 1. §. etsi clientulus. de alien. feud. 1. F. 13. Emphyteusis verò etiam ad filias & heredes extraneos transit, *ut not. in l. 3. C. de jur. Emph. Schneid. de feud. part. 1. n. 23. Borch. d. c. 3. n. 14. & seq.*

† V. Sunt multæ causæ ex quibus vasallus feudo privatur. de quibus supra cap. 25. Ex quibus Emphyteuta à jure suo non cadit. *Schneid. d. part. 1. n. 23.* 7

VI. Jus beneficiarium principaliter ad militiam pertinet, ut defeudamur, de quo supra *cap 1.* At jus Emphyteuticum circa culturam agrorum versatur, ut alamur. *Oldendorp. in tab. act. verb. feudum.*

† Deinde feudo affinis est obligatio liberti erga patronum, quemadmodum uberius declarat *Euerhar. in Topic. loc. à libert. ad vasall.* Unde in toto jure Dd. argumenta de liberto ad vasallum sumunt. *Jason in l. filiusfam. §. Divi. in 2. lect. num. 31. π. de legat. 1. Specul. tit. de feud. §. quoniam. nu. 33. Cæsar de Ursill. in addit. ad decis. Afflict. decis. 265. nu. 30. Wesemb. de feud. c. 14. n. 2. Fichar. vol. 2. cons. 22. Coler. process. part. 1. c. nu. 163.* Est tamen differentia quandoquidem persona liberti obligata est ratione libertatis acceptæ, quæ personæ cohæret: vasalli persona libera est, nec ex sese, sed ratione rei, i. e. feudi obligatur. 8

Baro à Tautemb. in cap. 1 §. si vero vasallus de milit. vasall. qui contum. est. num. 11. Schurpff. cent. 1. cons. 60. præsens num. 13 Euerh. loc. à lib. ad vasall. num. 15. Wesembec. dicto cap. 14. num. 2.

9 † Tertiò feudum æquiparatur usufructui. *c. 1 §. imprimis. in quibus caus. feud. amit. 2. F. 23 Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 14. num. 8.* & vasallus fructuario *Gars. in tract. de expens. & meliorat. cap. 12. num. 48. Hartman. Pistor. q. feud. 15. num. 9. Borcholt. de feud. cap. 1. num. 16. Wesemb. dict. cap. 14. num. 8. Fichard. vol. 1. cons. 5. num. 1.*

10 † Et conveniunt primò in eo: ut usufructuarius pro lubitu usufructu abire potest. *L. cum fructuarius paratus. 64. L. si absente 48. à princ. π. de usufruct.* Ita vasallus in manus Domini feudum refutare potest absque ipsius voluntate. *c. 1. de vasall. qui contr. Constitut. Lothar. 2. F. 38. Wesembec. de feud. cap. 11. num. 10. Duaren. de feud. capitulo duodecimo. num. 18.*

11 † II. Ut fructuarius jure suo cadit malè utendo, corrumpendoque substantiam rei. *Bald. & Castr. in auth. qui rem. num. 3. C. de SS. Eccles. per l. hoc amplius. 9 § ult. π. de damn. infect. Ita & vasallus. cap. 1. §. pen. & ibi Bald. de pac. tenend. 2. F. 27.*

III. Ut

III. Ut fructuarius fundum, cuius illi usus fructus est concessus rectè colere debet & ita versari, ut optimus paterfamil, versaretur. *Theoph. in §. sed si gregis. Instit. de rer. divis. Wesemb. in π. ff. usufruct. quemadmod. cap. num. 2.* Ita & Vasallus conditionem feudi meliorem facere debet, sed deteriorē nullo modo. *text. in c. 1. §. econtrario. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. Eichard. vol. 1. consil. 5. num. 1* Hinc Dd. communiter docent feudum usumfructum quendam esse, *dicente Borch. cap. 1. Feud. numer. 13 Gail. lib. 2. obs. 155. num. 3. & lib. 1. de pac publ. cap. 14. num. 10. Rosenth. in com. feud. cap. 1. conclus. 6.* 12

† In quibusdam tamen feudum & vasallus differunt ab usufructu & fructuario. Nam I. Vasallus habet utile dominium. *tex. in c. 1. §. rei autem de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. §. imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23* Usufructuarius non modo non habet dominium, sed ne veram quidem possessionem. *L. naturaliter 12. princip. ubi Dd. π. de acqu. possess. L. adquiruntur. 10. § fin. π. de acquir. rer. domin. VVesembec. d. capit. 14. numer. ult.* 13

2. † Feudum transit ad heredes. *ca. 1. de success. feud. 1. F. 8. d. ca. 1. §. imprimis c. 1. §. cum vero Conradus. 1. F. 1.* Ast usus fructus morte 14

extinguitur, & cum proprietate consolidatur. §. *finitur. Inst. de usufr. t. t. quib. mod. usufr. amit. Eichar. vol. 1. cons. 4. num. 1. Borch. de feu. cap. 9. num. 4. & 8. Duar. ca. 2. Feud. num. 2.*

Finis libri primi.

IVRIS FEVDALIS METHODUS PARVA.

LIBER SECUNDUS.

De processu judicii feudalis.

DE ACTIONIBUS FEUDI, QUÆ VASALLO COMPETUNT.

CAP. I.



1 Ctiones, quæ vasallo respectu feudi competunt, variæ sunt. † Prima actio est personalis, ex stipulatu scilicet si stipulatio intervenerit. *arg. l. cum mota. C. de transact.* vel actione ex alio contractu ea de re perfecto, quæ datur feudo nondum constituto pro ratione conventionis,

ventionis, quâ feudi constitutio promissa est. *l. si fundum. 114. π. de verb. oblig. l. 1. π. de act. emt. l. omnes. & l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. Oldend. class. 5. act. tit. de act. benef. Borch. de feud. cap. 9. num. 10. Hackelm in addit ad Schneid. de feud. par. 9. ca. 1. lit. a.* Sin autem nudo pacto de feudo constituendo cóvenisset, erit condictio generalis ex morib. seu consuetudinibus. *arg. l. 1. π. de condict. ex L. Schneid. de feud. part. 1. num. 27.* Hoc tamẽ casu præcisè non tenetur Dominus ad tradendum, sed præstando interesse liberatur. *Ferrar. & Montan. in Collectan. feud. lib. 1. cap. 5. Mynsing. cent. 4. obs. 61. num. 14. Borch. de feu. cap. 9. num. 12. Vult. lib. 1. Feud. cap. 10. num. 8.*

II. † Competit vasallo actio feudo cóstituto ex contractu investituræ & quidem condictio ex Lege non scripta seu ex moribus adversus Dominum veluti si dominus eum ante possessionem actualem solenniter investiverit, vel agit contra Dominum, ut tradatur possessio. *c. 1. §. fin. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. à princ. si de invest. feud. contr. fuer. 1. F. 4. Duar. de feud. cap. 18. num. 2. Borch. d. capitul. 9. num. 10.* Neque tùm Dominus præstando id quod interest liberatur ut supra cap. 11. diximus. 2

III. Si vasallus habuit propriam & ve- 3

ram

ram investituram feudi, ut quia fuit indu-ctus in possessionem rei feudalis, & si postea cadat à possessione istius feudi, poterit rem feudalem à quocumquè possidente ratione utilis dominii vendicare. *Textus est in c.1 §. rei autem. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. arg. l.1. in fin. π si ager vect. gal. Jason. in §. sed istæ, numer. 58. Inst. de actionibus. H. Hartman. tit. de feud. 54. obs. 21. Borch. d. cap. 9. num. 1. Schnei. d. part. 1. num. 27. Duar. de feud. cap. 18 num. 1.* Quod si uterque Vasallus scilicet & Dominus concurrunt ad vendicationem feudi à tertio possessore præfertur Vasallus Domino. & ita utilis actio præfertur directæ. *L. in causæ 27. in fin. π. de procurat. Martin. Laudens. in cap. 1. num. 18. de invest. de re alien. fact. H. Hartm. d. obs. 12. num. 3. & sequ. Schneid. & Borch. dd. locis.*

4 IV. † Qui accepit rem alienam ignorās in feudum existimans propriam esse investientis agit, ut ea res aut alia ejusdem bonitatis ei præstetur. *c. 1. à princ. de invest. de re alien. fact. 2. F 8. c. 1. an apud jud. vel cur. dom. 2. F. 26.* In hanc actionem præter æstimationem rei evictæ veniunt etiam impensæ à Vasallo judicio evictionis factæ, modo res sine judicis injuria sit evicta *Laud. in c. 1. nu. 18. 2. F. 8.* Agit autem actione præscriptis

verbis

verbis, ut Jacobo Cujacio videtur *in d.tit.8.* propterea; quod contractui feudali nulla lex proprium nomen dedit. *Borch. d. cap. 9. num. 14.* Simile est, si vasallum super feudo interpellatum Dominus nolit defendere, & sic feudum evincatur, hoc est, per sententiam judicis fuerit ablatum cogetur Dominus restituere Vasallo aliud ejusdem æstimationis, cujus prius fuit tempore rei judicatæ *c. 1. si vasall. ab aliq. interpell. fuer. 2. F. 25.* dummodo constet, eum à Domino investitum fuisse. *Zas. de feud. part. 6. num. 38. Duar. Borch. dictis locis. Schneid. in comp. feud. part. 4. num. 68.* Et quando Vasallus conventus actione reali, vel mixta nominat Dominum in judicio, non evitat per hanc nominationem judicium, sed nihilominus in causa procedere tenetur, etiamsi super tota re simpliciter, & in solidum conveniatur, & non solum super jure suo. *Mynsing. cent. 2. obs. 58. num. 1. ubi ait, ita in Camera Imperiali judicatum fuisse.*

V. † Datur condictio ex L. Vasallo adversus Dominum proprietatis nomine sibi in feudo acquisitæ. Dominus enim ex iisdem causis proprietate feudi privandus est, ex quibus Vasallus feudo. Petet ergò vasallus hac actione, se declarari immunem ab omni 5

offi-

officio atq; obsequio, ad quod propter feudum tenebatur: *Duar.d:ca:18.num 7.Oldend: in tab:act.verb.feudum:*

6 VI. † Vasallo, qui in possessione feudi turbatus aut feudo spoliatus est, datur interdictum unde vi: *gl.& Dd. in l. vn. C.uti possid: arg.l:1.§.interdictum hoc 43.l:neq; 13 π.de vi & vi arm: Borch.de feud.cap:num.17.* Quamvis tutius & civilius sit, ut actione in factum agat *arg.l:licet.7. π.de obsequ:* Nam & curia Dominum adire eumque salva reverentia competenter cogere debet ut vel possessionem restituat & acquiescat vel judicio Curiæ se committat. *c.1.§.si verò Vasallus. de vasall. qui contum.est 2. F. 22.* sed & interdicta possessoria contra extraneum competunt vasallo, & quando vasallus cum domino concurrit, ille huic præfertur, illius enim magis interest ob fructuum perceptionē ab invasore interruptam, quam Domini, qui hoc tantum allegare potest, quod ob avocatam possessionem vasallus consueta servitia præstare non queat *Rosenth:in com.feud: cap: 10.concl.5.*

7 Illud hîc meminisse oportebit, non opus esse, † ut in primordio litis à vasallo venia de in jus vocādo dominum petatur (ut permultis Dd. visum est) nam istis ambagibus in

in jure Feudali locus non est *secundum gl. in verb. reverentia. de milit. Vasal. qui contum.* quæ etiam communis est opinio ut testatur Alexand *in l. generaliter. nu. 7. π. de in jus voc. & sequ. Clarus in §. feudum. qu. 20.* & ibi concludit quod semper viderit ita servari, quẽadmodũ *Myns.* quoq; attestatur, ita in Camera judicii imperialis observari, *cent. 4. obs. 92. Wesemb. de feud. cap. 9. num. 16. & Fichard. vol. 2. consil. 22. num. 6.* Tutius tamen faciet vasallus ad evitandas illas disputationes, ut impetret veniam, veluti monet *Schneid. in Epit. Feud. part. 5. num. 116.*

DE ACTIONIBUS FEUDI NOMINE DOMINO COMPETENTIBUS.

CAP. II.

Circa Actiones, quæ competunt Domino feudi ita solet distingui † Aut Dominus vult agere contra vasallum ut præstet servitia debita, & tunc agit actione ex stipulatu si stipulatio intervenerit, vel cõdictione ex moribus & consuetudinibus feudalibus, si stipulata servitia nõ sunt juxta. *Zas. in prælud. feu. nu. 36. Duar. de feud. c. 19. n. 1.* Quod verũ est quãdo in investiturâ servitia sunt expressa, daß er die Lehen verdienen 1

nen soll / aliâs non: quia tunc censetur feudum Francum concessum absquè servitio, *Ferrar. Mont. in collectan. Feud. l. b. 1. c. 5. S. bn. in Epit. feud part. 1. num. 28.*

2 II. † Aut Dominus vult agere ad repetitionem feudi: quia servitium per Vasallum non est præstitum: vel aliud quiddam commisit Vasallus propter quod feudo venit privandus; & tunc secundum communem conclusionem Dd. *in ca. 1. § sed nec alia quæ fuit prim. cauf. benef. 2. F. 24.* directa rei vendicatio ei competit ratione directi dominii; quod semper penes ipsum mansit. *text. in c. 1 §. ult. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. § imprimis. in quib. cauf. feud. amit. 2. F. 23* nec Vasallus de utili dominio excipere poterit quia replicabitur de ipsius culpa, & in hunc modum privabitur jure suo. *Borch. d. cap. 9. num. 21.* Habet quoque Dominus feudi condictionem causâ datâ causâ non secutâ, atque ita expressè traditum est in *c. 1. ibi tunc condictio. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. Oldend. in tab. act. verb. feudum. Borch. d. cap. 9. num. 22.* Petit autem Dominus in libello declarari judicis autoritate feudum ob culpam Vasalli apertum sibi jam acquisitum esse. *Duar. de feud. cap. 19. num. 2.*

3 III. † Aut Dominus vult agere contra eum,

eum: qui emit rem feudalem à Vasallo, illamque possidet; & sine dubio Domino feudi vendicatio competit, quando putat se posse probare dominiũ suum directum; *per d. c.1. & quæ ibi notantur à Dd. 1. F. 21.* Sed quia difficilis est probatio dominii; & consiliũ Icti *in l. is qui destinavit: 24. π. de rei vind:* est experiri aliquo interdicto possessorio; vel cõdictione, ex quâ solâ possessio avocetur, ideo glossa & *Andr. de Isern: in d: c: 1: de cõt: int: dom. & emt. feud.* tradiderunt plura remẽdia, inter quæ illud melius videtur esse pro domino, ut agat cõdictione ex morib. ex usu Feudorum, vel potius condictione *ex ca: Imperialem. de probib: feud: alien. per Feder. 2. F. 55.* per quam condictionem tamẽ solummodò possessio avocatur; cùm aliàs nemo rẽ suam condicere possit; præterquam à fure: *Guid: Pap: decis. 453. Fichard. vol. 1: consil. 15. n: 16.* Nã quando in Lege novâ non est expressum quo genere actionis agatur, tunc est agendum condictione ex illa lege *L: 1. π. de condict. ex Lege: Schneid: d. num: 28: Oldend: class. 5. act. tit: de benefic. action:*

Illud hic omittendum non est† quod Actiones, quæ Domino in Vasallo competũt; & econtra Vasallo in dominum tribuuntur esse bonæ fidei non stricti juris *prout tenet Duar: de feu. c. 14. nu: 4:* 4

An

CORAM QUO JUDICE JUDICIUM FEUDALE INSTITUENDUM SIT.

CAP. III.

1 JUrisdictionem feudalem, quæ Domino feudi & paribus Curiæ competit, esse ordinariam probat textus *in capitul. Imperialem. §. præterea si inter. de prohib. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55. & in c. ceterum. & ibi Cling. num. 2. de for. compet. Zas. de feud. part. 11. num. 18.* Lex etenim illam confert *dd. textib. Innocent. in c. cum ab Ecclesiarum. c. quanto. de offic. Ordin.* Adeò quod ordinarius loci, hoc est, is in cuius territorio res feudalis sita est, non possit sese intromittere, sed pertinet eius cognitio & discussio ad solum dominum feudi. *c. 1. apud quem vel quos controv. feud. 1. F. 18. c. 1. de invest. in mar. fact. 2. F. 15. d. ca. 1. § præterea.* Licet verò judex in causa feudali dicatur ordinarius, dicitur tamen judex ordinarius particularis. Jurisdictio enim, quam jure Feudorum obtinent Dominus feudi & Pares Curiæ non est generalis, sed inter paucos nempe vasallos, & ad controversias tantùm feudales, quæ inter

ter dominum & vasallum vel inter vasallos occasione feudorum in cōtroversiam incidunt est limitata. *Mynſ. cent. 1. obſ. 99. num. 5. Sonsbec. de feu. part. 14. num. 42. Fichard. vol. 2. conſil. 128. num. 9. Zas. de feud. part. 11. num. 18.*

Est autem in causa feudali Competens judex, aut Dominus feudi, aut Pares Curiæ, interdum & judex ordinarius, & arbiter.

† Dominus feudi judex est. I. Quando inter duos Vasallos de feudo Regali, ut Principatu Ducatu vel Comitatu Fürstenthumb/Hertzogthumb/oder Graffschafften belangend/ contentio fuerit quorum uterque à Rege se investitum fuisse dicit; tunc solus cognoscit Imper. vel Rex, nec distinguitur, an controversiam habeant de ipso feudo; an de re aliqua alia. *Text. in c. 1. apud quem vel quos controv. fuer. 1. F. 18. & ibi FF. & in cap. 1. à prin. de L. Corrad. 2. F. 34. Ordin. Cam. Imper. part. 2. tit. 7. §. 1. Duar. de feud. c. 20. num. 5. Zas. part. 11. Feud. num. 9. Sonsb. in tract. feud. part. 14. nu. 19. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 31. & obſ. 29. n. 1. Petr. de Ferrar. in form. libel. ad revoc. feud. gl. nec ſuperſtitibus. num. 28.* Etiamsi ex consequentia judicii, quia forte de evictione tenebitur, causa ipsū Imp. vel Regē cōcernat. *Rosent. in co. feu. c. 12. concl. 12.* Magnæ enim causæ, ma- 2

jores requirunt judices. *L. non distinguemus 32. §. de liberali. 7. π. de recept. arb. L. placet. 2. in fin. C. de pedan jud.* Nec eo casu, quo Controversia ad Imperatorem spectat, ut si sit de feudis Regalibus die vom Heiligen Reich zu Lehen rüren/ & vulgò dicũtur Fahnen Lehen/ Camera Imperialis cognoscere potest, sed est jurisdictio solis imperatoris *Ordin. Cam. d. part. 2. titul. 7. Schvvan in obs. 4. Cam. Imp. num. 6. & obs. 11. num. 2 Fride. in proces. c. 19. num. 18. Gail. lib. 1 obs. 29. nu. 7.* Et ita unus hic est casus de casibus exceptis de concurrentia jurisdictionis Imperatoris & Cameræ imperialis. In reliquis verò imperii feudis ut si contentio sit inter duos Comites vel Barones super feudo imperii Cameræ jurisdictio per præventionẽ fundari potest. Eò quod illa per modum contractus ex ordinatione Cameræ cum Cæsare concurrentem jurisdictionem habeat. *Gai. d. obs. 29. n. 3. Schvva. d. obs. 4. n. 6. Meur. in process. Cam. part. 1 fol. 2. H. Hartm. tit. de feud. 54. obs. 42.*

3 II. † Si inter alios Vasallos, sive majores, sive minores sint valvasores, super toto feudo vel parte, lis oriatur, & litigantes sint veri Vasalli (id est, si à Domino alia etiam feuda, quàm de quib lis vertitur, habeant: hi namq; veri dicuntur vasalli, ceteri q. à Do-

a Domino alia feuda non prætendunt, quá de quib. eſt quæſtio, aſſerti vel ambigui dicuntur vaſalli Zaſ de feu. par. *11.* nu. *5.*) tunc Dominus Curiæ ſine Paribus judex eſt. *c. 1. §. prætereà ſi inter. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. ca. 1. apud quem vel quos controv. feud. 1. F. 18. c. ceterum. de judic. Zaſ. d. part. 11. num. 6. & ſeq. Mynſ. decad. 3. conſ. 23. n. 9. Sonsbec. de feud. part. 14. nu. 6. & num. 20. Schnei. in Epit. feud. part. 9. cap. 1. nu. 9.* Ut ſi duo vaſalli ſe mutuò agnoſcunt, ut Pares Curiæ, ſed diſceptant de qualitate feudi, videlicet de finibus vel an ſit paternum vel maternum, an ad filios tranſire debeat vel non &c. Hoc caſu firma ſtat jurisdictio Domini, ſi cauſa Dominum non concernat, hoc eſt talis ſit, ex qua ad ipſum nec damnum, nec lucrum ſpectat *text. in c. 1, §. ult. ſi de feud. defun. cont. ſit int. dom. & agn. vaſal. def. 2. F. 26. Duar. d. c. 20. num. 2. Schvvan. d. obſer. 11. num. 3. Weſemb. de feud. cap. 17. num. 4.*

† Etenim ubicunque Domini præjudicium verſatur aut agitur de ejus commodo, vel incommodo, regulariter Dominus non erit judex competens, ſed firma ſtabit Parium jurisdictio, ſi ſint. *cap. 1. an apud jud. vel Cur. Dom. 2. F. 46. capit. 1. de inveſtit. in marit. fact. 2. F. 15. Ameda. à Ponte in quæſt. quis ſit* 4

judex in causa feud. num. 34. Sonsb. d. part. 14. num. 7. Hottom. d. sp. feud. cap. 39. Wesemb. d. capit. 17. num. 4. Schneid. d. part. 9. cap. 1. nume. 10. Quod si Vasalli invicem litem movent nō tangentem feudum seu ex natura ipsius feudi promanantem, Dominus inter eos judex non est. Sed ordinarius. *Abbas in c. ceterum num. 13. de judic. Fichard. vol. 2. consil. 128 numer. 9. ubi consuluit, causam reluitionis feudi pignoratitii ad ordinarium judicem pertinere. Sonsbecc. d. part. 14. num. 11.*

5 † In feudo Ligio solus Dominus feudi est judex in causa feudi *Curt. de feud. part. 1. qu. 8. nu. 26. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 5. quæst. 8. num. 3.* Et superior ista conclusio

6 procedit, † etiamsi Dominus feudi Ecclesiastica sit persona & Vasalli seculares. *c. ceterum. de judic. & ibi Panorm.* vel è diverso judex secularis & vasalli clerici essent. *c. ex transmissa. de for. compet.* & hoc propter naturam rerum feudalium & qualitatem. *Duar. d. cap. 20. num. 6. Gail. 1. obs. 30. num. 20. & obs. 37. num. 3. Schvvan. d. obs. 11. num. 4.*

7 † Ad hoc autem ut causa feudalis, quæ vertitur inter vasallos possit tractari coram Domino feudi oportet ut agens vel supplicans specialiter, & principaliter narret, rem esse feudalem, & super hoc invitetur,

pro-

prout expresse tradit *Fichard. vol. 2. consil. 140. num. 2.* Et potest Dominus feudi nulli nisi Pari Curiæ causam feudalem delegare. *Ita Henning. Gœd. cons. 39. numer. 32. & Emer à Rosb. in process. titul. 6. numer. 18.* Nec Vasalli in causa feudali jurisdictionem alterius sine licentia Domini vel invito Domino prorogare possunt. *Text. in c. transmissa. de form. compet. Jacobin. de S. G. in sua investit. in gloss. & dicti Vasalli pro dictis rebus numer. 32. Gail. lib. 1. obs. 40. numer. 6. Duar. d. cap. 20. numer. ult. Wurmbs. titul. 1. obs. 12. num. 3 Sonsbec. d. cap. 14. num. 36. Cling. in c. 1. numer. 46 & in c. ceterum. num 7. de judic.* Ita communis & recepta est Dd sententia. *Schrad. vol. 1. cons. 13. numer. 15. & Gemmel. in compend. feu. par. 11. mihi fo. 133.* Secus si de alia re, quàm feudali Vasallus litigaret, tunc enim non esset necessarius consensus Domini in prorogatione. *Wurmbs. d. obs. 12. num. 5.*

Et notabis † quod si Dominus feudi qui immediatè feudi judex est, justitiam facere recuset, tria remedia dat Vasallo *Franciscus Curtius parte 7. Feudor. à princip.* Aut imploret auxilium superioris ad cogendum Dominum ad participandam justitiã: Aut protestatione factâ dene- 8

officio atq; obsequio, ad quod propter feudum tenebatur: *Duar. d: ca: 18. num 7. Oldend: in tab: act. verb. feudum:*

6 VI. † Vasallo, qui in possessione feudi turbatus aut feudo spoliatus est, datur interdictum unde vi: *gl. & Dd. in l. un. C. uti possid: arg. l: 1. §: interdictum hoc 43. l: neq; 13 π. de vi & vi arm: Borch. de feud. cap: num. 17.* Quamvis tutius & civilius sit, ut actione in factum agat *arg. l: licet. 7. π. de obsequ:* Nam & curia Dominum adire eumque salva reverentia competenter cogere debet ut vel possessionem restituat & acquiescat vel judicio Curiæ se committat. *c. 1. § si verò Vasallus. de vasall. qui contum. est 2. F. 22.* sed & interdicta possessoria contra extraneum competunt vasallo, & quando vasallus cum domino concurrit, ille huic præfertur, illius enim magis interest ob fructuum perceptionẽ ab invasore interruptam, quam Domini, qui hoc tantum allegare potest, quod ob avocatam possessionem vasallus consueta servitia præstare non queat *Rosenth. in com. feud: cap: 10. concl. 5.*

7 Illud hîc meminisse oportebit, non opus esse, † ut in primordio litis à vasallo venia de in jus vocãdo dominum petatur (ut permultis Dd. visum est) nam istis ambagibus

in

in jure Feudali locus non est *secundum gl: in verb. reverentia: de milit. Vasal: qui contum:* quæ etiam communis est opinio ut testatur Alexand *in l. generaliter: nu. 7. ff. de in jus voc: & sequ. Clarus in §. feudum: qu: 20.* & ibi concludit quod semper viderit ita servari, quẽadmodũ *Myns.* quoq; attestatur, ita in Camera judicii imperialis obsetvari, *cent. 4. obs. 92. Wesemb. de feud: cap. 9. num. 16: & Fichard: vol: 2. consil. 22. num. 6.* Tutius tamen faciet vasallus ad evitandas illas disputationes, ut impetret veniam, veluti monet *Schneid. in Epit. Feud. part. 5. num. 116.*

DE ACTIONIBUS FEUDI NOMINE DOMINO COMPETENTIBUS.

CAP. II.

Circa Actiones, quæ competunt Domino feudi ita solet distingui † Aut Dominus vult agere contra vasallum ut præstet servitia debita, & tunc agit actione ex stipulatu si stipulatio intervenerit, vel cõdictione ex moribus & consuetudinibus feudalibus, si stipulata servitia nõ sunt juxta. *Zas: in prælud. feu. nu. 36. Duar. de feud. c: 19. n. 1.* Quod verũ est quãdo in investiturâ servitia sunt expressa, daß er die Lehen verdie- 1
nen

nen sesse / aliâs non: quia tunc censetur feudum Francum concessum absquè servitio. *Ferrar. Mont. in collectan. Feud. l. b. 1. c. 5. S. bri. in Epit. feud part. 1. num. 28.*

2 II. † Aut Dominus vult agere ad repetitionem feudi: quia servitium per Vasallum non est præstitum: vel aliud quiddam commisit Vasallus propter quod feudo venit privandus; & tunc secundum communem conclusionem Dd. *in ca. 1. § sed nec alia quæ fuit prim. caus. benef. 2. F. 24.* directa rei vendicatio ei competit ratione directi dominii; quod semper penes ipsum mansit. *text. in c. 1 §. ult. de investit. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. § imprimis. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23* nec Vasallus de utili dominio excipere poterit quia replicabitur de ipsius culpa, & in hunc modum privabitur jure suo. *Borch. d. cap. 9. num. 21.* Habet quoque Dominus feudi condictionem causâ datâ causâ non secutâ; atque ita expressè traditum est in *c. 1. ibi tunc condictio. de feud. sin. culp. non amit. 1. F. 21. Oldend. in tab. act. verb. feudum. Borch. d. cap. 9. num. 22.* Petit autem Dominus in libello declarari judicis autoritate feudum ob culpam Vasalli apertum sibi jam acquisitum esse. *Duar. de feud. cap. 19. num. 2.*

3 III. † Aut Dominus vult agere contra

eum,

eum: qui emit rem feudalem à Vasallo, illamque possidet; & sine dubio Domino feudi vendicatio competit; quando putat se posse probare dominiũ suum directum; *per d. c.1. & quæ ibi notantur à Dd. i. F. 21.* Sed quia difficilis est probatio dominii; & consiliũ Icti *in l. is qui destinavit. 24. π. de rei vind.* est experiri aliquo interdicto possessorio; vel cõdictione, ex quâ solâ possessio avocetur, ideo glossa *& Andr. de Isern. in d. c. 1. de cõt. int. dom. & emt. feud.* tradiderunt plura remedia, inter quæ illud melius videtur esse pro domino, ut agat cõdictione ex morib. ex usu Feudorum, vel potius condictione *ex cap. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder. 2. F. 55.* per quam condictionem tamẽ solummodò possessio avocatur; cùm aliàs nemo rẽ suam condicere possit; præterquam à fure: *Guid. Pap. decis. 453. Fichard. vol. 1. consil. 15. n. 16.* Nã quando in Lege novâ non est expressum quo genere actionis agatur, tunc est agendum condictione ex illa lege *L. 1. π. de condict. ex Lege. Schneid. d. num. 28. Oldend. class. 5. act. tit. de benefic. action.*

Illud hic omittendum non est† quod Actiones, quæ Domino in Vasallo competũt; & econtra Vasallo in dominum tribuuntur esse bonæ fidei non stricti juris *prout tenet Dúar. de feu. c. 14. nu. 4.* 4

An

CORAM QUO JUDICE JUDICIUM FEUDALE INSTITUENDUM SIT.

CAP. III.

1 JUrisdictionem feudalem, quæ Domino feudi & paribus Curiæ competit, esse ordinariam probat textus *in capitul. Imperialem. §. præterea si inter, de prohib. feud. alien. per Frideric. 2. F. 55. & in c. ceterum. & ibi Cling. num. 2. de for. compet. Zas. de feud. part. 11. num. 18.* Lex etenim illam confert *dd. textib. Innocent. in c. cum ab Ecclesiarum, c. quanto, de offic. Ordin.* Adeò quod ordinarius loci, hoc est, is in cuius territorio res feudalis sita est, non possit sese intromittere, sed pertinet eius cognitio & discussio ad solum dominum feudi. *c. 1. apud quem vel quos controv. feud. 1. F. 18. c. 1. de invest. in mar. fact. 2. F. 15. d. ca. 1. § præterea.* Licet verò judex in causa feudali dicatur ordinarius, dicitur tamen judex ordinarius particularis. Jurisdictio enim, quam jure Feudorum obtinent Dominus feudi & Pares Curiæ non est generalis, sed inter paucos nempe vasallos, & ad controversias tantùm feudales, quæ inter

ter dominum & vaſallum vel inter vaſallos occaſione feudorum in cõtroverſiam incidunt eſt limitata. *Mynſ. cent. 1. obſ. 99. num. 5. Sonsbec. de feu. part. 14. num. 42 Fichard. vol. 2. conſil. 128. num. 9. Zas. de feud. part. 11. num. 18.*

Eſt autem in cauſa feudali Competens Judex, aut Dominus feudi, aut Pares Curiæ, interdum & judex ordinarius, & arbiter.

† Dominus feudi, judex eſt. I. Quando inter duos Vaſallos de feudo Regali, ut Principatu Ducatu vel Comitatu Fürſtenthumb/Hertzogthumb/oder Graffſchafften belangend/ contentio fuerit quorum uterque à Rege ſe inveſtitum fuiſſe dicit; tunc ſolus cognoſcit Imper. vel Rex, nec diſtinguitur; an controverſiam habeant de ipſo feudo; an de re aliqua alia. *Text. in c. 1. apud quem vel quos controv. fuer. 1. F. 18. & ibi FF. & in cap. 1. à prin. de L. Corrad. 2. F. 34. Ordin. Cam. Imper. part. 2. tit. 7. §. 1. Duar. de feud. c. 20. num. 5. Zas. part. 11. Feud. num. 9. Sonsb. in tract. feud. part. 14. nu. 19. Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 31. & obſ. 29. n. 1. Petr. de Ferrar. in form. libel. ad revoc. feud. gl. nec ſuperſtitibus. num. 28.* Etiamſi ex conſequentia judicii, quia fortè de evictione tenebitur, cauſa ipſũ Imp. vel Regẽ cõcernat. *Roſent. in 90 feu. c. 12. concl. 12.* Magnæ enim cauſæ, ma-

jores requirunt judices. *L. non distinguemus.32.§.de liberali.7.π.de recept. arb. L. placet:2.in fin.C.depedan jud.* Nec eo casu, quo Controversia ad Imperatorem spectat, ut si sit de feudis Regalibus die vom Heiligen Reich zu Lehen rüren/ & vulgò dicũtur Fahnen Lehen/ Camera Imperialis cognoscere potest, sed est jurisdictio solis imperatoris *Ordin.Cam:d.part:2.titul.7.Schvvan in obs.4. Cam.Imp.num.6.&obs.11:num:2 Fride.in process.c.19.num:18.Gail:lib.1 obs.29.nu.7.* Et ita unus hic est casus de casibus exceptis de concurrentia jurisdictionis Imperatoris & Cameræ imperialis. In reliquis verò imperii feudis ut si contentio sit inter duos Comites vel Barones super feudo imperii Cameræ jurisdictio per præventionẽ fundari potest. Eò quod illa per modum contractus ex ordinatione Cameræ cum Cæsare concurrentem jurisdictionem habeat. *Gai.d.obs.29. n.3.Schvva.d.obs.4.n.6.Meur:in process:Cam: part.1 fol:2.H.Hartm:tit.de feud.54:obs.42.*

3 II. † Si inter alios Vasallos, sive majores, sive minores sint valvasores, super toto feudo vel parte, lis oriatur, & litigantes sint veri Vasalli (id est, si à Domino alia etiam feuda, quàm de quib lis vertitur, habeant: hi namq; veri dicuntur vasalli, ceteri q

à Do-

à Domino alia feuda non prætendunt, quā de quib. est quæstio, asserti vel ambigui dicuntur vasalli Zas de feu. par. *11*. nu. *5*.) tunc Dominus Curiæ sine Paribus judex est. *c.* 1. *§. præterea si inter. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. ca 1. apud quem vel quos controv. feud. 1. F. 18. c. ceterum. de judic. Zas. d. part. 11. num. 6. & seq. Myns. decad. 3. cons. 23. n. 9. Sonsbec. de feud. part. 14. nu. 6. & num. 20. Schnei. in Epit. feud. part. 9. cap. 1. nu. 9.* Ut si duo vasalli se mutuò agnoscunt, ut Pares Curiæ, sed disceptant de qualitate fendi, videlicet de finibus vel an sit paternum vel maternum, an ad filios transire debeat vel non &c. Hoc casu firma stat jurisdictio Domini, si causa Dominum non concernat, hoc est, talis sit, ex qua ad ipsum nec damnum, nec lucrum spectat. *text. in c. 1, §. ult. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vasal. def. 2. F. 26. Duar. d. c. 20. num. 2. Schvvan. d. obser. 11. num. 3. Wesemb. de feud. cap. 17. num. 4.*

† Etenim ubicunque Domini præjudicium versatur aut agitur de ejus commodo, vel incommodo, regulariter Dominus non erit judex competens, sed firma stabit Parium jurisdictio, si sint. *cap. 1. an apud jud. vel Cur. Dom. 2. F. 46. capit. 1. de investit. in marit. fact. 2. F. 15. Ameda, à Ponte in quæst. quis sit* 4

judex in causa feud. num. 34. Sonsb. d. part. 14. num. 7. Hottom. d. sp. feud. cap. 39. Wesemb. d. cap. 1. 17. num. 4. Schneid. d. part. 9. cap. 1. nume. 10. Quod si Vasalli invicem litem movent nō tangentem feudum seu ex natura ipsius feudi promanantem, Dominus inter eos judex non est. Sed ordinarius. *Abbas in c. ceterum. num 13. de judic. Fichard. vol. 2. consil. 128 numer. 9. ubi consuluit, causam reluitionis feudi pignoratitii ad ordinarium judicem pertinere. Sonsbecc. d. part. 14. num. 11.*

5 † In feudo Ligio solus Dominus feudi est judex in causa feudi *Curt. d. feud part. 1. qu. 8. nu. 26. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 5. quæst. 8. num. 3.* Et superior ista conclusio

6 procedit, † etiamsi Dominus feudi Ecclesiastica sit persona & Vasalli seculares. *c. ceterum. de judic. & ibi Panorm.* vel è diverso judex secularis & vasalli clerici essent. *c. ex transmissa. de for. compet.* & hoc propter naturam rerum feudalium & qualitatem. *Duar. d. cap. 20. num. 6. Gail. 1. obs. 30. num. 20. & obs. 37. num. 3. Schvvan. d. obs. 11. num. 4.*

7 † Ad hoc autem ut causa feudalis, quæ vertitur inter vasallos possit tractari coram Domino feudi oportet ut agens vel supplicans specialiter, & principaliter narret, rem esse feudalem, & super hoc invitetur,

pro-

prout expressè tradit *Fichard. vol. 2. consil. 140. num. 2.* Et potest Dominus feudi nulli nisi Pari Curiæ causam feudalem delegare. *Ita Henning. Gœd. cons. 39. numer. 32. & Emer à Rosb. in processi. titul. 6. numer. 18.* Nec Vasalli in causa feudali jurisdictionem alterius sine licentia Domini vel invito Domino prorogare possunt. *Text. in c. transmissa. de form. compet. Jacobin. de S. G. in sua investit. in gloss. & dicti Vasalli pro dictis rebus numer. 32. Gail. lib. 1. obs. 40. numer. 6. Duar. d. cap. 20. numer. ult. Wurmbs. titul. 1. obs. 12. num. 3 Sonsbec. d. cap. 14. num. 36. Cling. in c. 1. numer. 46. & in c. ceterum. num 7. de judic.* Ita communis & recepta est Dd sententia. *Schrad. vol. 1. cons. 13. numer. 15. & Gemmel. in compend. feu. par. 11. mihi fo. 133.* Secus si de alia re, quàm feudali Vasallus litigaret, tunc enim non esset necessarius consensus Domini in prorogatione. *Wurmbs. d. obs. 12. num. 5.*

Et notabis † quod si Dominus feudi qui immediatè feudi judex est, justitiam facere recuset, tria remedia dat Vasallo *Franciscus Curtius parte 7. Feudor. à princip.* Aut imploret auxilium superioris ad cogendum Dominum ad participandam justitiã: Aut protestatione factâ dene- 8

gatæ justitiæ adversarium coram ordinario judice ipsius rei conveniat juxta regulam, qua docetur, actorem forum rei sequi debere. Aut recurrat in defectu justitiæ ad proximum superiorem, à quo Dominus ille inferior hoc feudũ habet. *Cling. in c. ex transmissa. num. 1. de for. compet. Gemmel. d. part. 11. fol. mihi. 130.*

Parium jurisdictio.

3 Pares Curiæ in causis feudalibus esse cõpetentes, & ordinarios judices dubium est nullum. *Dd. in c. 1. de controv. feud. apud Par. term.* & dicuntur illi vasalli ejusdem domini qui feuda in eodem territorio & in eâdẽ Curiâ habent. *text. in c. 1. à prin. junct. §. si quis si de invest. int. dom. & vasallis oriat. 1. F. 26. c. 1. §. si enim quid sit investit. 2. F. 2. VVesembec. de feu. cap. 17. num 3. Sonsbec. d. part. 14. n. 2. Mynsi. cent 4. obs. 89. num. 12. Jacobin. de S. G. in gl. & dicti vasalli pro dictis rebus. num. 15. Oldend. class. 5. act. tit. de action. benef. in fin. Schvvan. in obser. Cam. Imp. obs. 11. n. 16. Schn. de feu. part. 9. ca. 1. nu. 5.* Ideò dicti Pares, quod pariter & æquali jure feuda à Domino teneant in eâdẽ Curiâ. Nã si dispares sint Curiæ, etiãsi unus existat Dominus, Pares Curiæ censeri non debent.

debent. *Wesemb.d.c.17.nu.3. Sonsbec.de feud. part.14 nu.3.& 4.* Nec requiritur ad hoc, ut Pares dicantur, an eiusdem qualitatis & dignitatis sint, hoc est, an sint Comites, Barones, vel Nobiles, sed sufficit, ut feudum ab eodem Domino teneant. *c.1.§.testes.si de investit.int.dom.& vasal.lis oriat.1.F.26.Mynsing.cent.4.observ.89.num.3.* Fichard.*volum.1. cons.18.num.36. & volum.2. cons.13. num.22.* Quinimò etsi vasallus Clericus sit & Pares Laici, nihilominus judices erunt. *Mynsing. d.obs.89.n.4.*

† Est autem lis feudalis coram Paribus 10
Curiæ decidenda, quando orta controversia inter Dominum & vasallum occasione feudi, veluti de investitura, felonia, vel simili casu. *text.in c.1.§.præterea si inter.de prohibit. feud.alien.per Frider. 2. F.55. ubi dicitur, si inter Dominum & vasallum lis oriatur, per Pares Curiæ à Domino sub fidelitatis debito coniuratos terminetur. & cap.1.de controvers. feud.apud Par.term.2.F.16.c.1.de controv.int. vasal.& Episc.c.1.§.1.de alienat.feud.patern.2. F.39.c.1.de content.int.dom. & fidel.de investit. feud.à princ.1.F.10.ubi dicitur, si contentio fuerit inter dominum & fidelem de investitura feudi, per pares Curiæ determinetur. & cap.1.de content.inter domin. & vasall.de investit.feud.*

Werden die Mitlehensgenossen zum Mans-gericht erwehlet vnd nidergesetzet. *Gail.1.obs.1. num.54. H. Hartman.tit.54.observ.21.num.1. Schuuan.d.obser.11.num.13. Mynsing.cent.1. obs.99.num.1.& seqq. & cent.5.obs.75.num.1.& cent.6.observ.19.num.1. Fichard.vol.1.cons.14. num.18.& cons.18.num.35. & volum.2.cons.13. num.20.& cons.22.num.12. Zasius in Epitome feud.part.11.num.11. Sonsbecc. dicta parte decimoquarto, numero duodecimo, & sequent. & num.30.*

Quæ conclusio quoque procedit etiamsi Dominus sit Dux Comes, vel alia dignitate Regali dedecoratus. *d.c.1.de contro.feud. ap.Par.determ.c.1.§.pen.& ibi Dd.de prohib. feud.alien.per Frider.2.F.55. Schrad.volum.1. cons.13.num.17. Petr.Frider.in process.cap.19. num.19.* Imò licet ipse Papa vel Imperator sit, nihilominus Parium judicium subeundum est. Idque propter contractum, & quod jura feudalia illos non minùs ac alios ligent. *cap.1.in fin.de probib.feud.alien.per Feder.2.F.55.cap.1.de controvers.feud.apud Par. termin. Blanc.libro 4. Feud.titulo de controv. feud. à principio.* Idque obtinet etiam sive vasallus Dominum, sive Dominus vasallum convenire velit. *Mynsing.cent.5.obs.75. num.2.*

II. Si

† II. Si uterque contendat, se vasallum 11
esse, tunc Domini non est cognitio. *c. caeterum. de judic.* sed Pares Curiæ vel judex Curtis, id est, cui subest Curia, judicabit, *Duaren. cap. feud. 20. num 3. Wesembec dicto cap. 17. numero quarto. Sonsbecc. dicta parte 14. num 7.*

† III. Pares Curiæ judices erunt, si in- 12
ter Duos super feudo toto vel parte controversia sit, quorum alter verus, alter assertus existat vasallus, zwischen einem wissentlichen Lehenmann unnd einem berümpten Vasall. *cap 1. à princip. de L. Corrad. 2. F. 34. Dd. in cap. 1. apud quem vel quos controv. feud. Zasius dicta parte undecimo, numero octavo. Schuuan. dicta observ. 11. num 7. Fichard. vol. 2. cons. 2. num. 8. Schneidevv. dict. part. 9. cap. 1. num. 4.*

† IV. Si suspicio erga Dominum ca- 13
dere potest, tunc si Pares Curię sunt cognoscent. *cap. 1. an apud jud. Cur. dom. 2. F. 46. Fichard. volum. 2. cons. 2. num. 8. Wesemb. c. 17. num. 4. Schneid. d. part. 9. cap. 1. nu. 20. Sonsbec. d. part. 14. num. 27. Mynsing. decad. 3. resp. 23. num. 11.*

† IV. Defúcto domino feudi, si vasall⁹ inve- 14
stituræ renovationé petat, & literas investituræ à defúcto habitas ostédat, licet domini

successor

successor feudum neget, judicio tamen Parium investituram saltem verbalem, id est, abusivam, vasallo dare compellendus est, ut ita Parium jurisdictio fundetur. Juramétum autem fidelitatis, quousque de causa principali cognoscatur, differendum est, *Zas.d.part.11.n.27.& sequ.*

15 Cæterum † Pares Curiæ eliguntur ab ipsis partibus litigantibus, hoc est Domino & vasallo pari numero. *Tex.in c.1.de controv. feud.apud Par.termin.2.F.16. Cling.in c.cæterum.num.23.de judic. Mynsing.cent.4.obser. 89.num.1.Wesemb.de feud.cap.17.num.5.Zasius d.part.11.num.*12. Si verò dissentiant, tunc quid faciendum sit quæritur, sed prævaluit eorum sententia, qui dixerunt Dominum debere eligere prius quem aut quos voluerit: & vasallus similiter hoc faciat secundum numerum à Domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem Domino non juravit: Domino vel vasallo dissentiente pro pari non est eligendus. *d.c.*1.*2.F. 16.c.*1.*§.præterea si inter.de prohib.feud.alien. per Frider.2.F.55. Mynsing.d.observ.89.num.5. H.Hartm.tit.54.obs.22.num.*1.*& 2. Schuuan. d.obs.11.num.17. Fichard.vol.*1.*cons.18.num.38. & vol.2.cons.13.num.23. Schneid.de feud.part. 9.cap.1.nu.23.* Hæc tamen, ut refert *Gemmel.*

in

in Compend.feud.part.11.fol.129 à Curiis recesserunt per usum contrarium, cum solius Domini judicum Ordinatio sit, quæ consuetudo non solum juri feudali contraria, sed etiam jure civili reprobatur. *L.observandum 47.π.de judic.* cum Paritas in judiciis sit servanda, ut vitetur confusio. *arg.c.si quisquam.2.q.1.Gail.lib.2.obs.34. Zas.d.part.11.n.14.& seq. Schuuan.obs.Cam.Imper.observ.11.num.fin. Fichard.vol.1.cons.18.num.37.*

† Nec Pares Curiæ novo juramento onerandi sunt *Jacobin.de S.Georg in gl.& dicti vasalli pro dictis rebus.num.12. Mynsing.dict.obs.89.num.8. Baro à Tautemb.in c.1.§.final.de prohib.feud.alien.per Frider.* sed primum fidelitatis jusiurandum sufficit. Et scribit *Zas.d.part.11.num.20.* quod in Germania ex communi juramenti fidelitatis & investiturarum stylo soleant jurare vasalli, se ad Domini requisitionem judicare, & justitiã velle administrare. Idque refert *H.Hartm.tit.54.obs.22.num.fin.& Schuuan.d.obs.11.n.10. quod probat Fichard.vol.1.cons.18.n.39.* 16

† Et si vasallus in Paribus eligendis subterfugia quærat, electi à Domino, causam cognoscent, siquidem malitiis hominum est occurrendum. *L.in fundo 38.π.de rei vind. Schneid.de feud.d.part.9.cap.1.nu.31. Sonsbec.* 17

d.part.

d.part.14.num:32. Mynsing.d.obser.89.num:18. Et Pares Curiæ si nolint esse judices inter Dominum & vasallum, cogi possunt ad suscipiendum judicium. *H.Hartm.tit.54.obs. 22.num.8 Jacobin.de S.Georg.in gl.& dicti vasalli pro dictis rebus.num.14.Zas.d.part.11.num: 20.*licet alij contradicant *Baro à Tautemb.in c.1.num.4.an apud jud.vel Cur.dom.2.F.46 & ibi Jacob.de Belvis. & Alvarot.* qui volunt, parib. nolentibus inter vasallos cognoscere, vel judicem ordinarium loci, vel arbitrum communi consensu electum, causam definire debere.

18 Memineris tamen, † quod Pares Curiæ, ut alij judices acta litigantium ad consilium Sapientum mittere non teneantur. *Pet. de Ferrar.form.appellat.à sentent.definit gl.pares.num.5.circa fin. Cagnol.in l.consilij.47.num: 13. Vant.in tract. de nullitat. rubric.ex defect. ordin.num.147.& sequen. Ita in specie consuluit Lud. Schrad.vol.1.cons.2.*

19 Amplius, † cuius impensis Pares Curiæ sint instituendi, cuiuslibet Curiæ consuetudo attendenda & observanda est. In Curia Bambergensi, uti refert *Joan.Fichard.vol. 1.cons.18.num.37.* id observari solet ut cum Dominus aliquem ex suis vasallis in causa feudali convenire velit, solus ipse Pares con-

constituat suis sumtibus. Quod si de illa consuetudine non constaret, satis tunc ipsæ partes litigantes quarum nimirum res agitur expensas suppeditare debent quamdiu controversia feudalis coram illis disceptatur. Ita æquissimum credit. *Fichard. dict. cons. 18. n. 41.*

20 † Nec oblivione tegendum est, quod quemadmodum vasalli Domini judicium vel Curiæ prorogare nequeunt, Ita & Dominus invitis vasallis non potest prorogare jurisdictionem vasallorum. *Garz. Mastril. in addit. ad Pet. de Gregor. de concess. feud. part. 7. q. 2. lit. B.*

Ordinarius Judex.

21 † Supra diximus, in causa feudali non semper cognoscere Dominum feudi, neque Pares Curiæ, sed nonnunquam etiam Ordinarium judicem ipsius Rei conventi, vel Arbitrum. Et quidem primò, quando Reus conventus negat causam feudalem esse, ordinarius Rei prius cognoscet, an causa in libello deducta sit feudalis nec ne: & siquidé causa cognita pronunciaverit feudalē esse, ad dominum feudi sive Pares Curiæ, sin minus ad ordinarium Rei remittenda est.

Zas.

Zaf.vol.1.conf.13.nu 36. & *ita judicatum fuisse in Camera Imperiali notat Gail.libro 2.obf.156. num.2.H.Hart.tit.54 obf.21.nu.9. Schuuan d. obf.11.nu.14.Frider.in processib.cap.19.num.20. Mynf.cent.5.obf.75.n.5.*

22 † II. Si inter assertos vasallos (hoc est, qui alia extra controversiam feuda à Domino Curiæ non possident) quæstio sit, distinguendum est, quia aut alter antiquum, alter novum asserit: Et siquidem is, qui novum dicit causam à Domino adducit quod partem feudi per pecuniam Domino datam susceperit; judex ordinarius competens est. Dominus enim de evictione tenetur, & Pares Curiæ propter Dominum suspecti sunt ideoque judicare non poterunt. Sin autem pecunia in feudi novi partem accepta non fuerit, Pares absente tamen Domino, qui factum proprium tueri præsumitur, judicabunt.*c.1.§.sin autem.de L.Corrad.2.F. 34.cap.1.§ si duo.* & *§.sequen. de pac.tenen.2.F. 27.* Quod si uterque ex assertis vasallis feudum antiquum asseveret, Dominus cum Paribus cognoscat.*c.1.de invest.in marit.fact. Zaf.d.part.11.num.8.concl.4. Schneid.in Epit. feud.part.9.cap.1.num.8.Schuuan.d.obf.11.n.6. Fichard.vol.2.conf.140.n.3.*

23 † III. Si inter vasallum & extraneum non

non vasallum quæstio vertatur, activè & passivè coram ordinario judice ventilanda erit, sive extraneus agat, sive possideat. *c. 1. de controvers. inter vasallum & alium. 2. F. 43. ubi deciditur vasallum posse utiliter agere vel excipere contra alios etiam Domino absente & ignorante; si ei quædam controversia ab alio de feudo moveatur. Schneid. d. part. 9. cap. 1. num. 19. Zasius d. part. 11. num. 9. Sonsbec. de feud. part. 14. n. 40. Schuuan. d. obs. 11. n. 11.*

† IV. Si contentio inter Dominū & Tertium ratione feudi, ad judicem ordinarium recurrendum est, fortè super finibus feudi seu pignoratione, & si quæ aliæ occurrerent qualitates disceptandæ. Per regulam, qua traditur, actorem rei forum sequi debere. *Wesemb. de feud. cap. 17. num. 6. Sonsbec. d. part. 14. num. ult. Zas. d. part. 11. num. 19. & ita Doctores communiter tenere scribit Mynsing. cent. 2. obs. 99. n. 4.* 24

† V. Si inter Dominum & assertum vasallum, qui nullum aliud feudum habeat, nisi controversum, contentio sit, eo casu ad ordinarium recurrendum est. Ut quando inter Dominum & assertum vasallum agitur actione personali de feudo promisso ut ratione huius obligationis rem promissam tradat, feudum constituat, sive ille pura sive 25

conditionalis fuerit. Nam actio personalis nec facit, nec constituit feudum, sed benè investitura abusiva. Ergò si nondum est feudum, utique nec vasallus nec Dominus. *Mynsing. cent. 5. observat. 75. num. 3. & seq. Fichard. vol. 2. cons. 140. num. 1. Zas. vol. 2. cons. 22. num. 36. & sequ. Rosenthal. in com. feud. cap. 12. concl. 4. Vult. lib. 2. feud. cap. 2. num. 32. Commune ait Mynsing. centuria 1. observat. 99. num. 4.*

26 † VI. Quando inter Dominum & Agnatum defuncti contentio est de feudi qualitate, Domino dicente esse feudum novum, agnato verò asserente esse paternū, hoc litigium apud judicem ordinarium vel arbitrum determinandum est, quod tamen verum est, si Dominus feudum controversum rursus alteri concessit. *Ita est textus in c. 1. à princ. de invest. in marit. fact. 2. F. 15. & ibi Baro à Tautemb.*

27 † VII. Si nulli extant Pares Curiæ, vel sint suspecti ex rationabili aliqua causa, cognoscit judex ordinarius. *d. c. 1. 2. F. 15. Bald. in c. un. an apud jud. vel Par. Cur. Duaren. de feud. cap. 20. num. 4. H. Hartm. tit. 54. obser. 21. num. 7. Wesemb. de feud. cap. 17. nu. 6. Mynsing. cent. 6. observat. 19. num. 2. Schneidevv. de feud. part. 9. cap. 1. numero 26. Sonsbecc. d. part. 14. num.*

num 37. Pares si sint suspecti, illis adiunctum dandum esse vult. *Zasius dict. part. 11. num. 25.*

† VIII. Si Pares in testimonium producendi essent, inter Dominum & vasallum ad judicem ordinarium recurrendum est *Myns. d. obs. 19. n. 2.* 28

† IX. Si antiqua consuetudine introductum esset, ne Pares Curiæ sint judices, nam consuetudini standum erit per jura vulgata. Et hoc casu ad ordinarium recurrendum esse communiter obtinuit, ut is inter Dominum & vasallum cognoscat *juxta Myns. cent. 6. obs. 19. n. 2.* 29

† X. Si Dominus feudi non facit justitiam actori in causa feudali: tunc quoque cognoscit ordinarius. Jurisdictionem enim à se excutit is, qui denegat justitiam exhibere. *cap. licet. & c. ex Tenore. de for. compet. Cling. in c. cæterum. num. 4. de judic. & num. 13. eodem. Franciscus Curt. de feud. parte septima, à princ.* 30

† Arbiter judex est ex compromisso, aut voluntate partium. *ff. C. & extr. de arbitr.* Ut si inter duos, qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio, alter alterum invitum trahi non potest ad Dominum vel eius Curiæ judicium: Nisi Dominus cum 31

Curia vocaverit eos; quo casu nemini cort, licet illius Domini vel eius Curiæ examen declinare. *Ita est textus in c. 1. §. fin. de invest. in mar. t. fact. 2. F. 15. c. 1. an apud jud. vel Cur. 2. F. 46. c. 1. § si autem de L. Corrad. 2. F. 34. & ibi Baro à Tautemb. n. 2. Wesemb. de feud. c. 17. n. 7.*

In causa possessoria quis sit Judex.

32 † Consequenter quæritur quis sit judex in causa possessoria? De hac quæstione magna est concertatio apud Dd. *in. cæterum. de judic. & in cap. ex parte. de form. compend.* Breviter puto distinguendum hoc modo. Aut inter duos vasallos agitur possessorio judicio ad recuperandam possessionem, aut uti possidetis, & cognitio ad Dominum pertinet. *Jacobin de S. Georg in sua investit. in gloss. & dicti vasalli pro dictis rebus. num. 5. Zasius in Epitome feud. part. 11. num. 22. Cling. in c. cæterum. num. 17 de judic. Duaren. de feud. cap. 20. num. 7. Schuuan. dict. observ. 11. num. 15. confer. Fichard. vol. 2. consil. 128. num. 9. & cons. 140. num. 2.*

Aut inter Dominum & Vasallum agitatur quæstio possessoria feudi tunc Pares Curiæ debent esse judices. *cap. 1. § si vero. de salut. Vasall. qui contum. est. 2. F. 22. Jacobin. de*

de Sanct. Georg. Schuuan. & Zasius dictis locis.

Aut quæstio possessoria est inter alias personas, puta quia extraneus spoliavit vasallum possessione feudi, & tunc vasallus adire debet Ordinarium Rei, qui convenitur super Spolio per *L. ult. C. ubi in rem. act. Jacobin. d. num. 5.*

DE PROCESSU JUDICII FEUDALIS.

CAPUT IV.

ORDO judicij feudalis instituitur simili modo. quo & reliqua judicia civilia ordinantur, & ideò Citatio fit, Libellus offertur, dantur induciæ, lis cõtestatur, testes producuntur & in causa concluditur, juxta *c. quoniam contra. de probat. & textus in L. prolatam. C. de sentent. & interloc. omn. judic.* aliâs processus nullitatis argui solet. *Gail. libro 2. observ. 156. num. 1. Wesemb. de feud. cap. 17. num. 20. Duaren. in tractat. feud. capitul. 21. numero primo. Schneidevvin. dicta parte nona. cap. 1. numero 34. Sonsbecc. de feud. parte 14. num. 35.*

† Singularia tamen quædam in processu 1

feudali animadvertuntur, ut quando est quæstio inter Dominum & vasallum de calumnia non juratur. *text. in c.1 §.in quibus. de consuet. rect. feud. 2. F.33. Afflict. decis. 265. & ib. Ursill. in addit. num. 31. Wesemb. d. cap. 17. nu. 11. Schneid. d. part. 9. cap. 1. num. 32. Gemmel. in comp. feud. part. 11. tit. Processus.* Ratio est quia vasallus semel Domino fidelitatem juravit, quam non præsumitur velle violare, sed istud cessat in vasallo, cui juramentum fuit remissum, & si vasallus juraret, cogeretur etiam Dominus jurare, per tit. *ff. quod quisq. jur. in al. stat.* servanda est enim æqualitas in judiciis. *L. ult. C. de fruct. & lit. expens. Petr. de Ferrar. in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. verb. nec superstitibus. num. 30. H. Hartm. tit. 34. observatione 45. Fichard. volum. 1. consil. 18. numero 40. Wesembec. de feud. cap. nono, numer. 15.*

2 † Reconventio, ut communis est distinctio Doctorum juxta *Wesembec. dicto capitulo 17. num 9.* in judicio feudali admittitur illius causæ, quæ principalem causam contingit, ac peræquè est feudalis: Reliquæ conventiones, quæ non sunt generis eiusdem, nec cum principali causa conjunctæ rejiciuntur. *Bald. in cap. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Frider. Gisebert.*

in

in tractatu de reconvent. cap. 26. Sonsbec.in com.feud.parte 14.num.38. idque ita in Camera Imperiali decisum. *Mynsing. centuria 4. observat.90. Frider.de contin.caus.libro 3. cap.6.num.30.* Quod jure Saxonico admittendum non videtur, quoniam ibi omnis Reconventio est repudiata, *prout tradit Chilian.* König *in pract.cap.60.n.1.& Wesemb. in loco citato.*

† In probationibus quoque singulare est, quod investitura feudi novi non probetur, nisi per Pares Curiæ vel breve testatum ab iis confirmatum. *Textus in cap.primo, à princip. si de investit. inter dominum & vasallum lis oriat. 1. F. 26, cap.1, §. item si vasallus. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. cap. 1. de pign. dat.feud. quid jur. 1. F. 11. cap. 1. qui test. sint necess. ad nov. investit. prob. 2. F. 32. cap. 1. §. si verò. de feud. Quard.* 1. F. 2. *cap.1. a principio, de content. inter dominum & fidelem. 1. F. 10 capitulo primo, à principio. & §. si verò. quid sit investit. 2. F. 2. Duaren.de feud. cap. vigesimoprimo, numero primo, & sequent. Wesembec. dicto cap. 17. numero duodecimo. Schneidevvin.de feud.parte nona, capitulo secundo, numero decimoquinto. prolixè Sonsbecc. in comment. feud. parte decimaquinta.* 3

Et Pares Curiæ si negant se interfuisse, cum facta investitura fuerat, vel reminisci, tunc Domino cogente jurent, quod huius veritatem ignorent. & tunc actor aut alios producat Pares, aut juris jurandi Domino detur electio, ut proinde juret, investituram factam non esse, aut sacramentum vasallo referat; & ille aut juret, aut acquiescat. *Textus in cap. 1. §. si enim Domino. quid sit investit. 2. F. 2. Sonsbec. dicta parte 15. num. tertio.*

4 † Ecclesiastici feudi investitura per quoslibet Testes sive sint extranei sive Pares Curiæ probatur. *Textus in cap. 1. §. in clericorum. si de investit. inter dom. & vasall. lis oriat. 1. F 26. Schneid. in d. part. 9. cap. 2 num. 16.* Et ratio est quia illi sæpè clam & absconditè investiunt, extra præsentiam consociorum. *d. §. in clericorum. Sonsbec. de feud. part. 15. n. 2.*

5 † Antiqua investitura quibuscumque quoque testibus probatur & Paribus & extraneis, qui Domino nullo jurejurando, feudi ergò adstricti sunt. *cap 1. vers. de cæteri. qui test. sint necessar. ad non prob. invest. 2. F. 32. Sonsbec. d. part. 15. num. 9. Schneid. d. part. 9. c. 2. num. 19.*

6 † Conditio testium in feudis eo tempore inspi-

inſpicitur, quo teſtes adhibentur, non quo teſtimonii dicendi cauſa rogantur. Unde pares qui fuerunt, ſi jam deſierunt eſſe Pares, ad teſtimonium adhibentur lite inter Dominum & Vaſallum coorta. *text. in c. 1. an remov. deb. teſt. qui Par. Curi. 2. F. 19 Duar. de feud. cap 7. num. 3. Sonsbec. d. part. 15. numer. 3.* Teſtis autem in feudo non poteſt eſſe fæmina ſive Vaſalla ejusdem domini ſive extranea fuerit. *c. 1. in fin. qui teſt. ſint neceſſ. ad nov. inveſt proband 2. F. 32. & ibi Baro à Tautemb. num. 7 & ſequ. Gail. lib. 2. obſ. 56. num. 6.* licet in aliis cauſis jure civili ejus teſtimonium recipiatur. *Lex eo 18. π. de Teſtib. Weſemb. in π. ff. ibid. num. 3. & in tract. feud. cap. 17. num. 12. Reuber. in tract. de teſtib. fol. mihi 80. Sichard. ad rubr. C. de teſtib. num. 8. Schneid. d. part. 9. ca. 2. num. 20. Sonsb. d. part. 15. num.* 10.

7 † Felonia ſeu ingratitudo commiſſa non niſi quinque teſtibus probatur, qui ſummæ & integræ opinionis eſſe debent. *Text. in c. 1. quod teſt. ſint neceſſ. ad prob. 2. F. 57. Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; vaſalli promiſerunt. num. 55. Duar. de feud. capit. 21. num. 3. Clar. §. feudum quæſt. 60. Fichard. vol. 1. conſil. 18. num. 29. Zas. de feud. part. 10. num. 108. Sonsbec. d. par. 15. num. 74.*

Quod notandum. Nam licet regulariter

quis præsumatur bonæ opinionis & famæ, nisi contrarium probetur, non tamen præsumitur summæ & integræ opinionis, in gradu superlativo. *Gail, lib. 2. obs. 157. qui nu. 3. notat, quomodo articuli ingratitudinis, quo ad qualitatem testium concipiendi sint.*

8 † Singulare etiam est in processu feudali, quod actore non probante Reus non absolvatur, sed debeat se purgare jurejurando cum 12. Sacramentalibus propter præsumtionem & inopiam probationis. *c. 1 §. & cum datur de consuetud. rect. feud. 2. F. 33.* Et sunt Sacramentales non quidem testes, sed jurant se credere, quod juravit Dominus, verum esse *Duar. d. cap. 21, nu. 6. Sonsbec. de feud. d. part. 15. num. 28.*

9 † Sententia contra possessorem feudi lata successori feudi etiam non citato præjudicat, *ut commune essert Soarez in thesaur. comm. opin. lit. F. num. 72. Jacobin de S. Georg. de feud. verb. & dicti vasalli, num. 33.*

10 † Appellatio in causis feudalibus non minus ac in aliis conceditur, siquidem cum jure Feudorum non reperiatur prohibita, jure communi autem sit concessa, ea ipso jure etiã feudali concessa esse intelligitur. Quæ conclusio communis est, & fundatur in

In c 1. §. fin. ibi: *ad nostram veniat præsentiam quo temp. mil. invest. pet. 1. F. 22. & ibi Baro à Tautemb. Petr. de Ferrar. in d. gl. nec superstitibus. num. 26.* Instituenda autem est appellatio gradatim ad superiorem, si fortè talis existat. *L. Imperatores. 21. π. de appellat. CC. in c. ceterum. de judic. Gail. lib. 1. obs. 1. numer. 56. & lib. 1. obs. 156. num. ult. H. Hartm. tit. de feud. 15. observ. 25. Mynsing. cent. 5. obs. 5. Fichard. vol. 2. consil. 13 num 25. Wesemb. de feud. cap. 17. nu. 15.* Ex quibus alia sequitur decisio, licet Pares vel alius vicarius deputetur ad causam feudalem specialem, & contingat appellari, quod appelletur ad deputantem vel delegantem. *Mynsi. cent. 5. obs. 90. nu. 4.* Et in interponenda appellatione jus commune observatur, ut fieri debeat intra decendium. *Gail. d. obs. 1. n. 56. Mynsing. d. obs. 5. num. fin. Jacobin. de S. G. in gl. & dicti Vasalli pro dictis rebus. nu. 38.*

† De executione hoc scito quod si litigatum est super feudo, tunc sententia mandabitur executioni in illo feudo, de quo fuit litigatum. Et quando Pares sententiam tulerunt & pronunciarunt, ordinarius executioni mandabit. *Fichard. vol. 1. consil. 18. n. 40. Schneid. d. par. 9. c. 1. n. 29.* Si verò vasallus esset cōdēnatus in actione personali, & victor petat executioné sententiæ contra Vasallum, 11

conditionalis fuerit. Nam actio personalis nec facit, nec constituit feudum, sed benè investitura abusiva. Ergò si nondum est feudum, utique nec vasallus nec Dominus. *Mynsing. cent. 5. observat. 75. num. 3. & seq. Fichard. vol. 2. cons. 140. num. 1. Zas. vol. 2. cons. 22. num. 36. & sequ. Rosenthal. in com. feud. cap. 12. concl. 4. Vult. lib. 2. feud. cap. 2. num. 32. Commune ait Mynsing. centuria 1. observat. 99. num. 4.*

26 † VI. Quando inter Dominum & Agnatum defuncti contentio est de feudi qualitate, Domino dicente esse feudum novum, agnato verò asserente esse paternũ, hoc litigium apud judicem ordinarium vel arbitrum determinandum est, quod tamen verum est, si Dominus feudum controversum rursus alteri concessit. *Ita est textus in c. 1. à princ. de invest. in marit. fact. 2. F. 15. & ibi Baro à Tautemb.*

27 † VII. Si nulli extant Pares Curiæ, vel sint suspecti ex rationabili aliqua causa, cognoscit judex ordinarius. *d. c. 1. 2. F. 15. Bald. in c. un. an apud jud. vel Par. Cur. Duaren. de feud. cap. 20. num. 4. H. Hartm. tit. 54. obser. 21. num. 7. Wesemb. de feud. cap. 17. nu. 6. Mynsing. cent. 6. observat. 19. num. 2. Schneidevv. de feud. part. 9. cap. 1. numero 26. Sonsbecc. d. part. 14. num.*

num 37. Pares si sint suspecti, illis adiunctum dandum esse vult. *Zasius dict. part. 11. num. 25.*

† VIII. Si Pares in testimonium producendi essent, inter Dominum & vasallum ad judicem ordinarium recurrendum est *Myns. d. obs. 19. n. 2.* 28

† IX. Si antiqua consuetudine introductum esset, ne Pares Curiæ sint judices, nam consuetudini standum erit per jura vulgata. Et hoc casu ad ordinarium recurrendum esse communiter obtinuit, ut is inter Dominum & vasallum cognoscat *juxta Myns. cent. 6. obs. 19. n. 2.* 29

† X. Si Dominus feudi non facit justitiam actori in causa feudali: tunc quoque cognoscit ordinarius. Jurisdictionem enim à se excutit is, qui denegat justitiam exhibere. *cap. licet. & c. ex Tenore. de for. compet. Cling. in c. cæterum. num. 4. de judic. & num. 13. eodem. Franciscus Curt. de feud. parte septima, à princ.* 30

† Arbiter judex est ex compromisso, aut voluntate partium. *ff. C. & extr. de arbitr.* Ut si inter duos, qui dixerint se esse vasallos, de feudo fuerit dubitatio, alter alterum invitum trahi non potest ad Dominum vel eius Curiæ judicium: Nisi Dominus cum 31

Curia vocaverit eos; quo casu nemini cont. licet illius Domini vel eius Curiæ examen declinare. *Ita est textus in c. 1. §. fin. de invest. in mar. t. fact. 2. F. 15. c. 1. an apud jud. vel Cur. 2. F. 46. c. 1. § si autem de L. Corrad. 2. F. 34. & ibi Baro à Tautemb. n. 2. Wesemb. de feud. c. 17. n. 7.*

In causa possessoria quis sit Judex.

32 † Consequenter quæritur quis sit judex in causa possessoria? De hac quæstione magna est concertatio apud Dd. *in. ceterum. de judic. & in cap. ex parte. de form. compend.* Breviter puto distinguendum hoc modo. Aut inter duos vasallos agitur possessorio judicio ad recuperandam possessionem, aut uti possidetis, & cognitio ad Dominum pertinet. *Jacobin de S. Georg in sua investit. in gloss. & dicti vasalli pro dictis rebus. num. 5. Zasius in Epitome feud. part. 11 num. 22. Cling. in c. ceterum. num. 17 de judic. Duaren. de feud. cap. 20. num. 7. Schuuan. dict. observ. 11. num. 15. confer. Fichard. vol. 2. cons. 128. num. 9. & cons. 140. num. 2.*

Aut inter Dominum & Vasallum agitatur quæstio possessoria feudi tunc Pares Curiæ debent esse judices. *cap. 1. § si vero. de milit. Vasall. qui contum. est. 2. F. 22. Jacobin. de*

de Sanct. Georg. Schuuan. & Zasius dictis locis.

Aut quæstio possessoria est inter alias personas, puta quia extraneus spoliavit vasallum possessione feudi, & tunc vasallus adire debet Ordinarium Rei, qui convenitur super Spolio per *L.ult. C.ubi in rem. act. Jacobin. d. num. 5.*

DE PROCESSU JUDICII FEUDALIS.

CAPUT IV.

ORDO judicij feudalis instituitur simili modo, quo & reliqua judicia civilia ordinantur, & ideò Citatio fit, Libellus offertur, dantur induciæ, lis cõtestatur, testes producuntur & in causa concluditur, juxta *c. quoniam contra. de probat. & textus in L. prolatam. C. de sentent. & interloc. omn. judic.* aliâs processus nullitatis argui solet. *Gail. libro 2. observ. 156. num. 1. Wesemb. de feud. cap. 17. num. 20. Duaren. in tractat. feud. capitul. 21. numero primo. Schneidevvin. dicta parte nona. cap. 1. numero 34. Sonsbecc. de feud. parte 14. num. 35.*

† Singularia tamen quædam in processu 1

feudali animadvertuntur, ut quando est quæstio inter Dominum & vasallum de calumnia non juratur. *text. in c.1 §. in quibus, de consuet. rect. feud. 2. F. 33. Afflict. decis. 265. & ib: Ursill. in addit. num. 31. Wesemb. d. cap. 17. nu. 11. Schneid. d. part. 9. cap. 1. num. 32. Gemmel. in comp. feud. part. 11. tit. Processus.* Ratio est quia vasallus semel Domino fidelitatem juravit, quam non præsumitur velle violare, sed istud cessat in vasallo, cui juramentum fuit remissum, & si vasallus juraret, cogeretur etiam Dominus jurare, per tit. *ff. quod quisq; jur. in al. stat.* servanda est enim æqualitas in judiciis. *L. ult. C. de fruct. & lit. expens. Petr. de Ferrar. in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. verb. nec superstitibus. num. 30. H. Hartm. tit. 54. observatione 45. Fichard. volum. 1. consil. 18. numero 40. Wesembec. de feud. cap. nono, numer. 15.*

a † Reconventio, ut communis est distinctio Doctorum juxta *Wesembec. dicto capitulo 17. num 9.* in judicio feudali admittitur illius causæ, quæ principalem causam contingit, ac peræquè est feudalis: Reliquæ conventiones, quæ non sunt generis ejusdem, nec cum principali causa conjunctæ rejiciuntur. *Bald. in cap. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Frider. Gisebert.*

in

in tractatu de reconvent. cap. 26. Sonsbec.in com.feud.parte 14.num.38. idque ita in Camera Imperiali decisum. *Mynsing. centuria 4. observat.90. Frider.de contin.caus.libro 3. cap.6.num.30.* Quod jure Saxonico admittendum non videtur, quoniam ibi omnis Reconventio est repudiata, *prout tradit Chilian.* König *in pract.cap.60.n.1.& Wesemb. in loco citato.*

† In probationibus quoque singulare est, quod investitura feudi novi non probetur, nisi per Pares Curiæ vel breve testatum ab iis confirmatum. *Textus in cap.primo, à princip. si de investit. inter dominum & vasallum lis oriat.* 1. *F. 26, cap.1, §. item si vasallus. si de investit, feud. controv. fuer. 1. F. 4. cap. 1. de pign. dat.feud. quid jur. 1. F. 11. cap. 1. qui test. sint necess. ad nov. investit, prob. 2. F. 32, cap. 1. §. si verò. de feud. Quard.* 1. F. *2. cap.1. a principio, de content. inter dominum & fidelem. 1. F. 10 capitulo primo, à principio. & §. si verò. quid sit investit, 2. F. 2. Duaren.de feud. cap. vigesimoprimo, numero primo, & sequent. Wesembec. dicto cap. 17. numero duodecimo. Schneidevvin.de feud.parte nona, capitulo secundo, numero decimoquinto. prolixè Sonsbecc. in comment. feud. parte decimaquinta.* 3

inspicitur, quo testes adhibentur, non quo testimonii dicendi causa rogantur. Unde pares qui fuerunt, si jam desierunt esse Pares, ad testimonium adhibentur lite inter Dominum & Vasallum coorta. *text. in c. 1. an remov. deb. test. qui Par. Curi. 2. F. 19 Duar. de feud. cap 7. num. 3. Sonsbec. d. part. 15. numer. 3.* Testis autem in feudo non potest esse fæmina sive Vasalla ejusdem domini sive extranea fuerit. *c. 1. in fin. qui test. sint necess. ad nov. invest proband 2. F. 32. & ibi Baro à Tautemb. num. 7 & sequ. Gail. lib. 2. obs. 56. num. 6.* licet in aliis caussis jure civili ejus testimonium recipiatur. *Lex eo 18. π. de Testib. Wesemb. in π. ff. ibid. num. 3. & in tract. feud. cap. 17. num. 12. Reuber. in tract. de testib. fol. mihi 80. Sichard. ad rubr. C. de testib. num. 8. Schneid. d. part. 9. ca. 2. num. 20. Sonsb. d. part. 15. num.* 10.

† Felonia seu ingratitudo commissa non nisi quinque testibus probatur, qui summæ & integræ opinionis esse debent. 7
Text. in c. 1. quod test. sint necess. ad prob. 2. F. 57. Jacobin. de S. G. in gl. dictiq; vasalli promiserunt. num. 55. Duar. de feud. capit. 21. num. 3. Clar. §. feudum quæst. 60. Fichard. vol. 1. consil. 18. num. 29. Zas. de feud. part. 10. num. 108. Sonsbec. d. par. 15. num. 74.

Quod notandum. Nam licet regulariter

in c 1. §. fin. ibi: *ad nostram veniat præsentiam quo temp. mil. invest. pet. 1. F. 22. & ibi Baro à Tautemb. Petr. de Ferrar. in d. gl. nec superstitibus. num. 26.* Instituenda autem est appellatio gradatim ad superiorem, si fortè talis existat. *L. Imperatores. 21. π. de appellat. CC. in c. ceterum. de judic. Gail. lib. 1. obs. 1. numer. 56. & lib. 1. obs. 156. num. ult. H. Hartm. tit. de feud 15. observ. 25. Mynsing. cent. 5. obs. 5. Fichard. vol. 2. consil. 13. num 25. Wesemb. de feud. cap. 17. nu. 15.* Ex quibus alia sequitur decisio, licet Pares vel alius vicarius deputetur ad causam feudalem specialem, & contingat appellari, quod appelletur ad deputantem vel delegantem. *Myns. cent. 5. obs. 90. nu. 4.* Et in interponenda appellatione jus commune observatur, ut fieri debeat intra decendium. *Gail. d. obs. 1. n. 56. Mynsing. d. obs. 5. num. fin. Jacobin. de S. G. in gl. & dicti Vasalli pro dictis rebus. nu. 38.*

11 † De executione hoc scito quod si litigatum est super feudo, tunc sententia mandabitur executioni in illo feudo, de quo fuit litigatum. Et quando Pares sententiam tulerunt & pronunciarunt, ordinarius executioni mandabit. *Fichard. vol. 1. consil. 18. n. 40. Schneid. d. par. 9. c. 1. n. 29.* Si verò vasallus esset cōdēnatus in actione personali, & victor petat executionē sententiæ contra Vasallum,

sallum. hoc casu feudum ipsius vasalli potest capi in executione judicati, in defectu tamen aliorum bonorum, & non aliter. *argum. l. commodis, & ibi not. π. de re judic. & l. stipendia. π. de execut. rei judic.* Ast hoc jus captum in executione judicati non durabit, nisi tanto tempore, quanto durabit jus Vasalli. & non ultra, Quia resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptoris. *L. lex vectigal. l. 31. π. de pignoribus & c. 1. § rursus. si de invest. feud. controv. fuer.* nisi creditum ad quod tenebatur Vasallus erga victorem sententiæ, fuisset versum in utilitatem domini vel cognatorum; vel esset debitum ex natura feudi puta pro maritanda filia domini: Nam hoc casu licet feudum devolvatur ad dominum vel ad agnatos, tamen durabit jus creditoris missi in possessionem rerum feudalium in executione judicati. *Andr. de Isern. in ca. 1 § 1, de invest. de re alien. fact. Jacobin. de S. G. in gl. & dicti vasalli pro dictis rebus. num. fin.* Hoc autem notandum; quod quando fieret missio in possessionem in bonis feudalibus ad instantiam alicuius creditoris, cui Vasallus est obligatus, non fit missio in substantiam feudi, nec jus feudi, seu utile dominium Vasalli capitur, sed sola commoditas, hoc est, fructus & proventus feudi.

Bart.

Bart. in l. si finita. §. si de vectigalib. ff. de damn. infect.

† Illud denique hîc observandum est 12
quod recepti sit juris, in omnibus casibus in quib vel Dominum vel Pares Curiæ aut alios esse judices deciditur, consuetudinem considerandam. & secundum eam judicialiter procedendum esse prout tenet *Zas. d. part. 11. num. 8. circ. fin.*

CAUSÆ FEUDALES QUALITER DECIDI DEBEANT.

CAP. V.

Controversiæ feudales qualiter decidi 1
debeant, ostendit *Mart. Laudens. in c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. Pison. Soac. in prælud. Feud. cap. 7. Jacob. de Ardiz. in sum. jur. Feud. cap. 1. Everh. loc. à contrar. sens. num. 31. Wesembec. in tract. feud. cap. 17. num. 14. & sequ. Baro à Tautemb. in ca. 1. à princ. num. 9. & sequ. de feud. cognit. Mynsing. cent. 5. obs. 76. Schnei. in Epit. Feud. part. 1. num. 10. & seqq.*

In † discernendis autem, cognoscendis, 2
dijudicandisque Feudorum naturis & conditionibus secundum veram ac communẽ

opi-

opinionem Dd. imprimis diligenter inspiciendus est tenor investituræ, ex eoque sumendum judicium. *per c. 1. ibi propter investituræ tenorem: & ibi Bald. de duob. fratr. à Capitan. invest. 2. F. 18. c. 1. §. præterea quid sit invest. 2. F. 2. Fichard. vol. 1. consil. 19. num. 1. Hartm. Pistor. quæst. feud. 1. num. 3. & quæst. 21. num. 2. Schneid. d. part. 1. num. 10. Gail. lib. 2. obs. 50. n. 5. VVesemb. de feud. ca. 8. num. 18. Duar. de feud. c. 7. num. 2. Zas. part. ult. feud. num. 21.* Usque eo, ut ne transversum quidem unguem à verbis investituræ discedendum sit, etiamsi illa à communi Feudorum jure discrepent, siquidem tenor investituræ omni Feudorũ naturæ derogat. *d. cap. 1. in fin. de duob. fratr. à Capitan. invest. 2. F. 18. c. 1. vers. nisi facta fuerit eo pacto investitura. de fratrib. de nov. benef. invest. 2. F. 12. argu. l. 1. §. si convenit. ff. deposit. H. Pistor. d. qu. 1. num. 4. Borch. de feud. cap. 1. num. 26. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 3. qu. 1. Baro à Tautemb. in ca. 1. à princ. num. 8. & 9 de feud. cognit. Mynsing. cent. 5. obs. 76 num. 1. Gail. lib. 2. obs. 50. num. 15. Jacobin. de S. G. in gl. Marchio. num. 2.* quia vim contractus habet. *Bald. in prælud. Feud. divis. 4. Schneid. d. part. 1. num. 11. & num. 38.* Et hanc unam maximam in feudis esse dicit *Martin. Laud. in c. 1. à princ. de his qui feud. dar. poss.* Hinc consequens

sequens est, quod omnis feudi lex ex investitura sumatur. *d. cap. 1. in fin. de duob. fratr. à Capit. invest. Zas. de feud. part. 6. nu. 24.*

† Primæ verò investituræ tenor potissimum attenditur, & ultimæ nonnunquam, media autem non curatur. *Fichar. vol. 2. consil. 10. num. 1. consil. 18. num. 7. Petr. de Gregor. part. 8. quæst. 10. Borch. in com. feud. cap. 1. num. 26. Duar. de feud. cap. 7. num. ult.* Exinde Francisc. Sonsbecc. *in com. feud. part. 9. num. 26.* monet Advocatos, ut semper primam investituram inspiciant, neglecta secunda vel tertia: Ex illa enim intelliget, cujus naturæ sit feudum: quod si omittat, certè sæpè partes multis litibus & expensis magnis gravabit, non sine animæ suæ periculo. Ratio hujus doctrinę hęc est. Quia prima investitura est origo, radix & fundamentum feudi, atq; omnium sequentium investiturarum. Unde ex sententia Baldi & Dd. sequentes investituræ nihil aliud sunt, quam prioris confirmatio. 2

II. Conclusio! † Si casum emergentem tenor pactavè investituræ definire nequeât, spectanda erit specialis consuetudo loci, in quo feuda de quibus agitur, sita sunt, & Curia Domini. *capit. 1. à princ. ibi secundum diversorum locorum mores, de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. §. hoc quoq; de his qui feud. dar. poss.* 3

1. F 1. l. de quib. π de legib. arg. l. si servus plurium 50. § fin. π. de legat. 1. ubi ante omnia ipsius patrisfamil. as consuetudo. deinde Regionis, in qua conversatus est, exquirenda est. Henning. Gad. consil. 22 de simultan. invest. num. 7. Fichard. vol 1. consil. 13. num. 5 & consil. 18. num. 37. Baro à Tautemb. in c. 1. à princ. num. 10. de feud. cognit. Myrsing. d. obs. 76. num. 3. Everh. loc. à contrar. sens. num. 31. VVesemb. cap. 17. numer. 14. Adict. in tract. de jur. Protimis. §. tota hac lex. num. 31 Sonsbec. de feud. part. 14. numer. 39. Gail. lib. 2. obs. 149. num. 10. Schrad. vol. 1. cons. 3. num. 65. Ratio conclusionis hæc est: Quia consuetudo specialis loci derogat consuetudini Feudorum generali, cum regula juris dictante, generi per speciem derogetur. *Petr. de Gregor. d. part. 3. qu. 1. num. 8. Schneid. d. part. 1. num 11.*

4 *III.* † Ubi non reperitur pactum, vel specialis consuetudo loci vel Curiæ Domini; recurrimus ad generales consuetudines & usus Feudorum, & stamus naturalibus feudi, quæ feudo dato inesse præsumuntur. *Schneide. d. part. 1. num. 12. Petr. de Gregor. d. part. 3 qu. 1. num. 14. Baro à Tautemb. in d. princ. nu. 11. 2. F. 1. Myrsing. d. obs. 76. nu. 4. VVesemb. d. cap. 17. num. 14.*

5 IV. † Ubi non reperitur pactum, nec con-

consuetudo specialis nec consuetudo generalis Feudorum decidens casum emergentem ad jus Roman. commune recurrimus. *c.1. §. strenuus. de feud. cognit. 2. F. 1. Marant. in pract. part. 3. num. 86. Baro à Tautemb. d. lo. n. 12. Mynsing. d. obs. 76. num. 5. VVesemb. d. cap. 17. nu. 14. Schrad vol. 1. consil. 2. num. 7.* tàm Civile, quàm Canonicum *VVesemb. d. cap. 17. n. 14. vide Dn. Vult. de feud. lib. 1. cap. 4. num. 8. vers. non obstant. & lib. 2. cap. 3. num. 24. ubi explicat, qualiter hæc conclusio intelligenda sit.*

V. † Ubi nec lex scripta reperitur tunc recurrimus ad simile consuetudinis feudalis & illo deficiente ad simile Legis. *argum. l. non possunt. 12. ff. de legib.* ut ad jura loquentia de usufructu & Emphyteusi, arguendo de similib. ad similia. *Mynsing. d. obs. 76. num. 6. & 7. Baro à Tautemb. d. ti. 2. F. 1. nu. 13. Schn. in Epit. feud. part. 1. num. 12.* 6

VI. † Ubi non reperitur simile Legis, nec simile consuetudinis feudalis, tunc procedimus ad probabilia argumenta, & ad æquitatem. *prout tradit Schneid. & Baro à Tautem. dd. locis.* Et casu hoc posteriori, si ad causæ definitionem argumenta tum ex legibus tum ex feudalibus placitis depromta accommodent litigantes; judicis erit æstimare, utrorum vis & proprietas debeat præ- 6

ferri: secundum eum pronunciaturi qui similiora, congruentiora, & aptiora in medium protulerit rei subjectæ. *secundum Jac. de Beluis. & A.var. quos refert & sequitur Mynsing. cent. 5. observ. 76. num. ult. arg. l. ult. C. de edict. D. Adr. toll. ubi ei possessio acquiretur, qui potiora ex legitimis modis ostenderit jura.*

Finis libri secundi.



IN CLARISSIMI ET DOCTISS. DN. JOHANNIS Rudingeri J. U. D. Methodum juris Feudalis.

Rudingeriade, decus haud ignobile JURIS
Et Feudistarum fide vasalle chori;
Solis in apricum FEUDALIA JURA *repone,*
Atq; eâdem Methodo da meliore foràs,
Da meliore foràs Methodo FEUDALIA JURA,
Solis in aprico cernat ut omne solum,
Inq; foro studium tuum & arduum & indefessum,
Et Dicæ & Aonidum tollat ad astra chorus.
Nec te livor edax, nec te mala lingua fatiget:
IN TRIVIO ÆDIFICANS NON CARET INVIDIA.
Tu verò hos morsus vel honoris ad instar habeto,
Ac cæpti egregio perge labore tui.
Sic te majorem facies, Musæq; subinde
Laudibus implebunt axis utrumq; polum.
Rudingeriade, decus haud ignobile JURIS
Et Feudistarum fide vasalle chori.

Martinus Deichselmannus.
J. C.

INDEX RERVM AC VERBORUM SCITU DIGNIORUM, Quæ in hac Methodo feudali continentur, copiosissimus.

Prior numerus librum, secundus, caput, tertius numerum marginalem denotat.

Exce-

in

Filius·

G.

Gene-

L.

M.

P.

T.

V.

Laus Deo semper.

BREVE LEXICON IVRIS FEUDALIS.

EX VARIIS PROBATISSIMORUM IURISCONSULTORUM SCRIPTIS CONCINNATUM.

Per

JOHANNEM RUDINGERUM
J. U. D.



ARGENTORATI,
Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.
Anno M. DC. XII.

CLARISSIMO AC PRVDENTISSIMO VIRO

DN. MAVRITIO RVDINGERO Rotenburgi ad Tubarum, Inclytæ urbis Imperialis Senatori.

S. D.

JOHANNES RUDINGERUS
Utriusq; Juris Doctor.

Virtutis elegans decus, vir optime,
RUDINGER! istum quòd libellum cōsecro,
Ac dedico tuo clariori nomini,
Me singularis impulit tuus favor,
Humanitasq;, contulisti quam recens
In me Rotemburgi urbis Imperii sacri.
Ergò sereniore vultu Lexicon
Hoc suscipe, cepto meq; more dilige.

BREVE LEXICON JURIS FEUDALIS.

JOHANNIS RUDINGERI U. J. D.

Opera & ſtudio Collectum.

De Litera A.

ABBAS.

ABbatis mentio fit in *c.1.à princ. de his qui feud. dar. poſſ. in rubr. titul. 6. lib. 1. Feud. Epiſcop. vel Abbat. feud. dar. non poſſ. in ca. 1. §. Item ſi clericus. de Capitul. Corrad. 2. F. 40. & in cap. 1. à princip. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. 1. F. 3.* Et dicitur Abbas, qui Monachis & Cœnobiis præeſt. *Borch. de feud. cap. 5. num. 21.* Unde & Cœnobiarcha appellatur Alciato *in l. 1. verb. ſicut. C. de in jus vocand.* Eligitur à conventu, non ab aliis. *c. Abbas. c. Abbatem c. quam ſit. § defuncto. verſ. quem ſibi propria 18. q. 2. c. fin. 16. q. 7.* Eius officium quale ſit oſtendit textus *in c. nullam. 18. q. 2.*

ABBA-

ABBATISSA.

Abbatissæ meminit textus in *c.* 1. *à princ. de his qui feud. dar. poss.* 1. *F.* 1. *in c.* 1. *à princip. qui success. feud. dar. ten.* 1. *F.* 3. *& in cap.* 1. *à princip. Episc. vel Abbat.* 1. *F.* 6. Et appellatur ascetriarum sive monialium antistes. Præfici autem non debet, nisi sit sexagenaria & virgo *juxta textum in ca. juvenculas* 20. *q.* 1. Locus in quo aluntur moniales dicitur ascetrion. *Alciat. in lib.* 1. *prætermiss. verb. nosocomium. seu* asceterium. *Novell.* 5. *in fin. Borch. cap.* 5. *Feud. num.* 19.

ADVOCATIA.

Advocatiæ mentio fit in *c.* 1. §. *quicumque advocatiam. de pac. ten.* 2. *F.* 27. Et dicitur quædam dignitas urbis, aut Ecclesiæ Præpositura. *cap. Salvator.* §. *nomine vero.* 1. *qu.* 3. *cap in quibusdam. de pœn. cap. præterea. de jur. patron. Dion. Gothofr. in not add.* §. *quicumq;.* Hinc feudum Advocatiæ dicitur defensionis, ut quod ratione Ecclesiæ aut Monasteriorum in defensionis subsidinm confertur interdum Nobilibus, Baronibus, Comitibus, interdum etiam Principibus, ut

eorum

eorum sint Advocati & Tutelares. Vulgò dicuntur Schutz- oder Schirms-Herrn / de quibus Andr. Gail *lib. 2. observat. 54.* Hi enim ab Episcopis & præpositis advocatias in temporalibus monasterii negotiis in feudum habent. *Zas. in Epit. Feud. part. 10. numer. 55. vid. Dalner. in tractat. de jur. Patron. numer. 110.* Generaliter feudum Advocatiæ appellatur feudum mercedis, ob quodcumque munus sive officium constitutæ quod annale est, & finito anno auferri potest. *Martin. Laud. in capitul. 1. de feud. Quard. 1. F. 2. numer. 10. Jacobin. de Ardiz. in sum. jur. Feud. capit. 30. Zas. d. tract. part. 11. num. 10.*

AGNATI.

Agnati dicuntur, qui per virilis sexus personis cognatione juncti sunt, quasi à patre cognati veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepos vè ex eo: Item patruus, patrui filius, nepos vè ex eo. Vulgò die Schwertmagen vocatur, *§. sunt autem. 1. Institut. de legit. agn. tut. L. sunt autem agnati. 7. ff. de legit. tut.* Et habent agnati idem gentilitatis nomen, easdem imagines, eandem

dem familiam, eadem sacra *argu.l.1.ff.de rit. nupt. Mynsing. à princ. num.3. Instit. de legit. agn tut.*

At qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur agnati non sunt: sed aliàs naturali jure cognati dicuntur. Vulgò appellantur die Spielmagen. *d.§. sunt autem. Institut. de legit. agn. tut. & ibi Melch.* Cling. *num.2* Ut filia sororis est mihi cognata, quia mihi conjungitur per fœminam, nempe sororem meam. Item filius amitæ est mihi cognatus: licet enim amita sit mea agnata, quia soror patris mei, filius tamen eius cognatus meus est, quia junctus per fœminam, hoc est matrem suam.

Isti ad successionem feudi admittuntur! Hi legibus à successione feudi reponentur, nisi specialiter dictum fuerit ut ad eos feudum pertineat. *capitul.* 1. §. *hoc autem de his qui feud. dar. poss. 1.F.1. capitul.1.§. filia vero de success. feud. 1.F.8.c.1. de eo qui sib. vel hæred. suis 2.F.16.*

In bonis allodialibus jure Novellarum Imperat. Justiniani quoad successionem nulla est differentia inter agnatos & cognatos. *Auth. in successione. C. de suis & legit. hered. Novell.118. capitul.1.* Cling. *in dict. tit.*

tit.de legit. agn.tut. numer. 4. Mynsing. resp. 60.num.3. Schrad.vol.1.consil.9.numer.59. vers. Vnd ist ferner.

ALIENATIO.

Alienare est propriè rem aliquam in dominium alterius transferrè. Inde alienatio est omnis pactio per quam transfertur dominium. *c.nulli.de rebus Eccles. non alien. L.1.capitul.de fund.dot.* In materia feudali alienationis verbum etiam latissimè accipitur. & eo continetur omnis actus, per quem dominium transfertur,*d.l 1.ibi: Est autem alienatio, omnis actus per quem dominium transfertur. Mynsing. cent 6.obs.30.num. 2.& dec. 10.resp.92.numer.30. Hieron. Schurpff. cent.2. cons.70. numer 2. Duar.in tract. feud. capitul. 12.numer.6. Fabian-de Mont.in tract. de emt.vend.qu 4.pr.qu.22.numer.2.Gœdd. in l.alienationis 28.num.15.ff.de verb signif. novissimè Schvvan.consil.feud.2.num.2.vid.Meth. feud.lib.1.cap.23.num.4.*

Estque alienationis verbum hîc cum effectu accipiendum, ut tùm demum alienatio Feudi facta intelligatur, cum per traditionem ex justo titulo illud est alienatum. *Julius Clarus libr. 4. sententia. quæst.*

quæst.31. Wesemb.in tract feud. capitul.11.numer. 3. Fabian. de Mont.in tract. de emt. vendit.quæst. princip. 4. quæst. 22. numer. 1. Commune effert *Eman. Soar. in thesaur. recept.sent. lit. F.num. 71.* Unde Vasallus rem feudalem vendens , feudo non cadit nisi sequatur traditio , quia Dominia rerum transferuntur per traditionem. *textus in §.per traditionem.40. Institut. de rer. divis. L. traditionibus 20. C. de pact. L qui prædium. 13.C de distract.pign.* Et non dicitur traditio, postquam est retenta possessio. *Petrus de Ferrar.in pract. in form. lib. in act. real. verb.jure dominii.num.12.Fichard.vol.2. resp. 26.num.9.*

Illud etiam hîc notandum venit, quod generalis alienatio bonorum Vasalli non comprehendat bona feudalia. *Textus in capitul. 1. §.in generali.si de feud. defunct. contr. sit int.dom. & agn. Vas.defunct. 2.F. 26. & ibi Andr. de Isern. Bald. Alvar. Præpos. & Matth.de Afflict. Gail.lib. 2.obs.25. numer. 6.in fin. Mynsing. dec.10.cons.92.num.17. Tessaur.decis.Pedem.193.num. 2. Wesemb.de feud. capit.2.numer.ult.Duar. eod.tract.cap. 14. numer.17. Anton. Gabr. Rom. in com. opin. lib.6. de reg.jur. concl. 12. num. 15.usq; ad numer. 26. Schrad. vol.1.cons.3.num.187.& cons. 6.numer. 12.ubi*

12. ubi dicit; hanc doctrinam communiter esse receptam:

ALODIUM.

Feudo opponitur alodium, de quo agitur in titul. 54. lib. 2. Feud. Alodium vulgò nominant, quod ab omni clientela liberum ac solutum est, vel cuius causa possessor nemini fidem ac obsequium debet Ein frey Erbgutt. *cap. 1. de fil. nat. ex matrim. ad. mergam. contr. 2. F. 29. Bald. in capitul. 1. §. inter filiam. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. Vas. def. Schneid. in comp. feud. part. 1. numer. 69.*

Atqui feudum dicitur, quod ab alio recognoscitur, in quo quis habet utile dominium & dominus concedens directum. *c. 1. §. imprimis. In quibus. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. §. rei autem. de invest. de re alien. fact. 2. F. 8. c. 1. de controv. int. Vasal. & al. 2. F. 43 Bald. & Schneid. dd. locis. Borch. in com. feud. cap. 2. numer. 13.*

Et advertes, quod Oldendorpius. *in tab. act. verb. Feudum* moneat, non esse dicendũ alodium, sed potius alaudium. A laudando enim appellatio traxit originem, si quidem laudare prisca lingua significat nominare

autorem. *L. tenetur. 6. §. si tibi iter 6. ff. de act. emt.* Unde alaudialia bona dicuntur hereditaria propria, quorum autorem non sit necessarium nominare, cum plenum jus habeat ipse possessor. Cuius opinionem probare videtur Borch. *d. capitul. 2. num. 13.*

ANTIQUUM FEUDUM.

Propriè antiquum feudum dicitur, quod ab aliquo communi parente ultra quartum gradum descendit. *Text. in capit. 1. §. hoc quoq;. de success. feud. 1. F. 8.* vulgò dicitur Ein alt Stamlehen. *Zas. de feud. part. 3. numer. 1. Schurpff. cent. 1. cons. 45. numer. 2. Myns. dec. 5. cons. 44. num. 17* Et hoc quandoque vocatur paternum, *ut in ca. 1 §. his verò deficientibus. de success. frat. 2. F. 11. Duar. de feud. capitul. 4. nu. 9.* Notabis verò, quod feudum antiquum pro se & liberis acquisitum, in legitimam non venit imputandum, cum non censeatur profectitium, sed Adventicium. *Alexan. in l. pater filium si. ad L. Falcid.*

ARBITER.

Arbiter, de quo fit mentio *in capitul. 1. de inve-*

investit. in mar. fact. 1. F. 15. & in c. 1. à princ. an apud jud. vel cur. dom. 2. F. 46. dicitur, qui electus est à partibus judex ut finem sua sententia controversiis imponat. *L. Pomponius ait 13. §. recepisse. 2. ff. de recipt. arb.* aliâs compromissarius judex appellatur. *L. cum L. Julii. 41. ff. eod. L. prætor 4. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his* quod ex compromisso, i. e. ex consensu partium sit sumtus. & cognoscat ex litigantium electione *L. penult. ff. de judic. Petr. de Ferrar. in form. libell. agit. ad pæn ex comprom. gloss. tamquam. num. 1. Wesemb. in l. si quis 29. num. 16. C. de pact. Borch. de feud. capitul. 8 numer. 45.* Hujus sententia laudum vocatur, Ein Urtheil deß Willkürlichen Richters.

ARBITRATOR.

Arbitratorem Doctores nostri amicabilem compositorem appellant, qui omni prætermissio juris ordine disponit inter partes, prout sibi æquum videtur. Ein gleich oder gütlicher underhändler. *Petrus de Ferrar. in d. gloss. tamqum. numer. 3. Wesembec. in d. l. si quis. numer. 16. Chil. Regul. in pract. capit. 4.* Et differunt arbiter & arbitrator in duobus potissimum. I. in Arbitriũ fit

compromissio sub stipulatione pœnæ. *Ferrar.in d.form.l.bel.ad pœn.comprom.gl.in pœna ubi communem practicam ita habere testatur.* In arbitratore nulla pœnę stipulatio accedit. II. Arbiter cognoscit ad modum judicis, hoc est, tenetur juris ordinem servare. *L.1.ff de recept.arb.ubi gl.in verb. compromissum.L.penult §.sin autem & §. altera. C. eod.* Arbitrator verò secundum æquitatem sibi visam, juris ordine neglecto, seu solennitatis ratione nulla habita pronunciat. *Auth.si verò contigerit. gl.in verb. annotationem.C.de judic.Bart.in l.societatem.§.si arbitratorum.ff.pro soc. Marant.part.4.distinct.14. Alciat.in prax.lib.1.*

ARCHIEPISCOPUS.

Archiepiscopi mentio fit *in c.1.à princ. de his qui feud. dar. poss.1. F.1.in ca.1.à princip.qui succ.feud.dar.ten.1.F.3 & in ca. 1.à princ. de probib.feud.alien.per Lothar 2.F.52.* Et græco vocabulo dicitur, quod sit summus Episcoporum, tenet namque vicem Apostolicam, & præsidet tàm Metropolitanis quàm ceteris Episcopis. Αρχων enim Princeps, quia est super Episcopos. *Novell. 123. cap.10. L. Archigerontes.5. C.de Episc.audient.*

ent. Inde Archiepiſcopus dicitur princeps Epiſcoporum, ſicut Metropolitanus à menſura Civitatum *Text. in ca. cleros. diſtinct. 21. Lancell. in inſtit. jur. Canon. lib. 1. tit. 5. de Epiſc. Jacob. de Alvar in cap. 1. à princ. de his qui feud. dar. poſſ.*

In Germania ſeptem Archiepiſcopales ſedes ſunt conſtitutæ, in quibus juxta opinionem Bruſchii præcipuè habitarent omnium aliarum Totius Germaniæ Eccleſiarum Inſpectores.

I. Moguntia ad Rhenum principem Germaniæ fluviorum.

II. Colonia in inferiori Germania ad Rhenum ſita.

III. Treviris ad Moſellam in Lotharingiæ finibus ſita.

IV. Magdeburgum in Saxonia ad Albim ſitum.

V. Salisburgum in Bavaria ad ſalſam.

VI Bremis ſive Brema ad Viſurgin fluvium in Saxoniâ ſita.

VII. Riga in Livonia ad mare Balthicum.

Bruſch. in lib. de German. Epiſcop. tom. 1. capit. 1.

ASSALIRE.

Verbum Assalire reperitur *in c. 1. § similiter si dominum assalierit. quibus modis feud. amit. 1. F. 5. & in ca. 1. § porro si dominum. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24.* Et assalire, vel ut alii legunt, assilire, est aggredi, adoriri, infestare, vim intentare, invadere quoquo modo, & quidem tàm propè, ut manus conseri, tela projici munitiones oppugnari possint. Nec refert, sive hoc fiat pedibus vel equo, aut machinis, vel alia quacumque re assiliatur. *Alvarot. & Bare à Tautemb. in d § similiter. Zas. in Epit. Feud. part. 10. numer. 38.* Et notabis, quod propriè assaltus dicatur, quando personæ possunt se contingere si autem unus esset in una terra & alter in alia non dicitur propriè assaltus. *Ita ex Baldo tenet Jacobin. de S. Georg. in sua invest. gl. dictiq; vasalli promiserunt. num. 33.*

B.

BANNITVS.

Bannum non Latinum, sed barbarum vocabulum esse certum est. Latinè verò Bannum proscriptio est & banniti proscripti

pti dicuntur. *Coras. lib. 1. miscell. cap. 24. num. 1.* Latinè quoq; Bannitus rectè appellatur, cui aqua & igni interdicitur: & alicui aqua & igni interdicere, nihil aliud est, quàm jeum bannire, Einen in die Acht oder Bann thun/einem Wasser vnd Weyd verbieten/ oder von Gemeinschafft vnnd brauch Wassers vnd Fewers bannen/ quos ut juvenal. sat. 3. scribit.

Nemo cibo, nemo hospitio, tectoq; juvabit.

Hinc est, quod deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successerit. Et jure civili aqua & igni interdicti accipiendi sunt deportati. *not. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 1. num. 17. & sequ. Accurs. in §. relegati. verb. retinent. quibus modis jus patri. pot. solv. & ibi etiam Mynsing. & Schneid. Oldend. class. 5. action. tit. de benefic. action.* Mentio banniti fit *in c. 1. à prin. hic fin. lex incip. censu regn. 2. F. 28.*

BARO.

Baro dicitur quasi eminentis ac liberæ potestatis Ein Frey Herr Liber Dominus. *Oldend. in class. 5. action. titul. de benef. act.* Moribus Germaniæ Baro in omnibus & per omnia Comiti æquiparatur, nullumq;

est inter eos vel dignitatis, vel præeminentiæ discrimen, nisi quod de Comitatu non sit investitus Baro: qui tamen omnibus in rebus suscipiendis honoribusque administrandis haud quaquam Comite censetur inferior. Id *quod asserit expreßè Baro à Tautenb. in c.1. quis dic. dux Marck. 2. F. 10. & in capitul. 1. à princip. numer. 2. F. 34. & testatur Zas. in Epit. Feud. part. 5. numer. 29. & novissimè Schrad. vol. 1. consil. 1. numer. 251. & cons. 12. num 9. & vide eud. consil sequ. 13. num. 85. vers. similiter.*

BARONIA.

Baronia est Regio, cui Baro dominatur, & est dignitas, & quidem Regalis. *Andr. de Isern. in cap 1. num. 24. de Capitan. qui Curt. vend. Jacobin. de S. Georg. in sua invest. gl. Dux. vers. quid si rex numer. 10. Henning. Gæden. in consil. 1. numer. 6. & 7. sub rubr. de auri & argenti fodin.* Quod confirmatur etiam ex eo, quia teste Baldo, & Matth. de Afflict. Barones dicuntur quasi filii Regis. *M. de Afflict. in capitul. 1. in fin. numer. 1. & 2. de his qui feudum dar. poss.* Atque Baronum appellatio generalis est, comprehendens Duces, Marchiones

chiones & Comites. *Affl.ct. in c. 1. à princ. num. 1. de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. quis dic. Dux. March. Schrad. vol. 1. cons. 12. num. 9.* Et sunt Baroniæ res individuæ, & divisionem non recipiunt, *Schrad. tomo 1. consil. 1. num. 377.*

BREVE TESTATUM.

Breve testatum, cuius meminit textus in *c. 1 §. si quis de manso. ibi: vel Pares Curtis, vel per breve testatum probare. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. c. 1. quid sit investit. 2. F. 2.* dicitur instrumentum publicum, quod summam rei continet, testium aliquando, nedum tabellionis subscriptione confirmatum. *Oldend. in class. 5. tit. de benef. act & in tab. action. verb. feudum. Borcholt. de feud. cap. 2. num. 27.* Et dicitur ideò breve, quia brevibus fit verbis. Testatum autem dicitur, quia testes, aliquando inscribunt se instrumento, rem testificando. *Zas. de feud. part. 6. num. 5.*

C.

CAMBIUM.

Cambium est genus permutationis scilicet rei ad rem, ut *in c. 1. § si quis fecerit. quo temp. mil. investit. pet. 1. F. 22. & in cap. 1. § cum*

autem.1.F.4.si de investit.feud.contr.fuer.c.1. vers.nunc verò.si de feud.vasall.ab aliqu.interpell.fuer.2.F.25. Estque verbum Jurisconsultis antiquioribus incognitum, sed interpretum & vulgi usu receptissimum. Dicitur à Cambio, quod secundum Alciatum *lib.1. παρεργ.c.45.* id ferè significat, quod permuto.

CAMERA.

Camera Longobardorum lingua conclave est, in quo pecunia servatur, & ita vocatur Hispanis, sæpè enim applicatur pecunia Cameræ Regis. *Garz.in tract.de expens. & meliorat.c.12 n.46.*

Et dicitur feudum de Camera, quando certa summa vel quantitas pecuniæ annuatim ex Camera, hoc est, ærario Principis solvenda alicui conceditur, vulgò eiusmodi feudum dicitur Lehengeldt/Manngeldt/oder Cammerlehen/ wann ein Fürst einem jährlich etliche Gulden auß der Cammer zureichen/zu einem rechten Mannlehen verschreibet. *Martin.Laudens.in c.1. §. sciendum est.num.10.de feud.cognit.& ibi Alvar.Zas.in epit.feud.part. ult.num.31.Schneid.in tract.feud.part.1.nu.61. & part.2.num.24.*

Regulariter hoc feudum ad hæredes accipientis non transit. *Alvar.in prælud.feud. &*

& Petr. de Ferrar form. libel. qu. agit. ad revoc. feud. verb. ac nomine recti. num. 8. nisi nominatim dictum sit, vel consueverit dari ut ad hæredes transeat, de quo vide Matth. de Afflict. *in d. c. 1. § sciendum.*

Mentio huius feudi de Camerâ fit *in d. c. 1. §. sciendum, in c. 1. à princ. de not. feud 2. F. 58. & in cap. 1. §. si verò vasallus. quid sit investit. 2. Feud. 2.*

CAPITANEUS.

Capitanei in jure Feudorum tripliciter nominantur.

I. Capitanei Regni vel Regis, quales sunt Duces, Marchiones, Comites, qui feuda Regalia, ut Ducatum, Marchionatum, Comitatum ab Imperatore acceperunt. *c. 1. §. Dux Marchio. qui feud. dar. poss. 1. F. 1. cap. 1. quis dic. Dux March. 2. F. 10. c. 1. à princ. de nat. feud 1. F. 7.*

II. Capitanei dicuntur Valvasores maiores, qui à Ducibus vel Marchionibus investiti sunt *c. 1. §. Marchio & Comes. de his qui feud. dar. poss 1. F. 1. cap. 1. § si Capitanei. de feud. March. 1. F. 14.*

III. Dixeris (fortè impropriè) Capitaneos eos, qui à Principe de feudo nō Regali sunt

ſunt inveſtiti. Ita hæc nomina uſum ſervare, inquit *Zaſius in Epitome feud. parte 5. num. 24.*

CASTALDIA.

Caſtaldia gubernatio dicitur, quâ Domini res gubernantur. Caſtaldi gubernatores vel vice Domini. *Alvar. in c. 1. §. 1. de feud. Quard. Zaſ. de feud part. 12. num. 7. & ſequent.* Hinc Caſtaldiæ feudum, quod datur Caſtaldo caſtri, de quo *in c. 1. de feud. Quard. & Caſtald. 1. F. 2. in c. 1. de content. int. dom. & fidel. 1. F. 10. & in c. 1. §. inſuper. de pign. dat. feud. quid jur. 1. F. 11. Jacob. de Ardiz. in ſum. jur. feud. cap 30. Baro à Tautemb. in d. c. 1. num. 2. de feud. Quard. Schneid. in Epit. feud. part. 1. num. 59.* Unde & Caſtaldus non erat abſimilis Procuratori, cui res Domini gubernanda committebatur, cuius mentio fit in *L. ult. C. quod cum eo qui in alien. pot. Equin. Baro in c. 1. de cont. int. dom. & fidel. Joan. Garſ. tract. de expenſ. & melior. cap. 12. num. 46. Zaſ. in Epitome feud. part. ult. num. 7. Schneid. in § pœna autem. num. 13. Inſtit. de injur.*

CASTRUM.

Caſtrum numero unius dicitur quaſi caſa

casa alta, vel casa stricta, quia habitatio castri non debet esse diffusa, ne multa egeat custodia. Castra verò numero multitudinis significant locum, ubi milites territoria figunt: quo sensu accipitur apud Modestin. *in L. desertorem. 3. §. emansor. 2. ff. de re milit. Gail. lib. 2. observ 62. num. 1.* Mentio castri habetur *in cap. 1 § similiter. quibus modis feud. amitt. 1. F. 5. & in c. 1. §. Item si vasallus. si de investit. feud. controv. fuer. 1. F. 4.* Investito de castro competit jurisdictio. *l. 1. §. & urbem 4. ff. de offic. praefect. urb. Joan. Blanc. in Epit. feud. lib. 1. cap. 3. num. 54. Zasius in Epit. feud. part. 4. num. 20. Tessaur. decis. 250. num 1. & 2. & decis. 266. num. 4. & 5. Borcholt. in com. feud. cap. 6. num. 35.* & merum & mixtum Imperium cohaerens castro. *Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 7. quaest. 2. num. 1. Vide quae dixi in Meth. jur. feud. lib. 1. cap 9. num. 12. & in lib. 2. controv. feud. cap. 14. n. 5.*

CAVENA.

Cavena est cella in qua frumentum, vinum, oleum, & caetera huiusmodi reservantur. Unde feudum de cavena est annua erogatio vini, frumenti, alteriúsve annonae quae vasallo datur. *Zasius in Epito. feud. part. ult.*

ult.num.31.in fine. Schneid. in comp. Feud. part. 1. num. 62. Borch. in com. Feud. cap. 4. num. 29. Frider. Martin. de jur. cens. cap. 1. num 5. Itaq; feudum de Cavena est feudum de cella vinaria, vel frumentaria cuius meminit textus *in cap. 1. §. sciendum. de feud. cognit. in c. 1. §. si verò Vasallus quid sit investit. 2. F. 2. & in cap. 1. à princ. de vot. Feud. 2. F. 58. Gars. tract. de expens. & meliorat. c. 12. n. 46.*

CLERICUS.

Clerici sunt qui divinis officiis mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare convenit. *c. duo sunt. 12. quæst. 1. Lancellot. in Instit. jur Canon. lib. 1. tit. 4. de jur. person. Alciat. lib. 5. Parad. cap. 22. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 2.* Dicti sunt Clerici à Græco κλῆρος, id est sors. Solebant enim per sortem deligi Clerici. *c. cleros. distinct. 21.* Inde huiusmodi homines vocantur Clerici, id est, sorte electi *d. c. duo sunt. 12. quæst. 1.* In jure Feudorum crebrò fit mentio clericorum, *ut in c. 1. de cleric. qui invest. fac. 2. F. 35. c. 1. in fi. an mut. surd. vel al. imperf. 2. F. 36. in c. 1 § qui clericus. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agnat. vas. def. 2. F. 26. in c. 1 § si Clericus. de pac. ten. 2. F. 27, c. 1. de feud. fœmin. c. 2. F. 30. & alibi.*

CLIEN-

CLIENTULUS.

Cliens dicitur ille, cuius causam Advocatus tuetur & defendit. Inde clientulus diminutivum. Et clientulum de jure Feudali vocamus Vasallum, quasi colentem Dominum, ut ab eo defenderetur, & qui vicissim dignitatem Domini propter beneficium tutaretur. *Oldend. in class. 5. act. tit. de benef. act. fol. mihi 737.* Eius meminit textus *in c. de content. int. dom. & fidel. de invest. feud. 1. F. 10. in c. 1. à princ. de alienat. feud. 1. F. 13.*

COMES.

Comes de jure Feudorum dicitur, qui fuit investitus de Comitatu. *Text. in c. 1. quis dic. dux March. 2* F. *10. Jacob. de Alvar. à princip. de his qui feud. dare poss. Jacobin. de S. G. in sua invest. verb. Comes de Villaris. num.* 1. *Gail. lib. 1. obs. 30. n. 5.* Et dicitur Capitaneus Regni vel Regis. *c. 1. §. Dux Marchio. de his qui feud. dare poss. 1. F. 1.* Item Principis. *c. 1. à princip. de nat. feud. 1. F. 7.*

Origo Comitum vetustissima est. Nam, ut Corn. Tacitus in libello de German. scribit, apud priscos usu fuisse receptum, ut cuilibet Principi seu Duci exercitus duodecim Comites assignarentur: ideo dictos qui

quia comitarentur eos, & à Ducum latere non discesserint. Comitum itaque originem Germanis moribus ortam esse dictus receptissimus author testis est. Quem ita refert *Zasius in Epit. feud. part. 5. num. 7.* Sic & *Oldendorp. in class. 5. action. tit. de benef. action.* scribit. Comes nuncupatus est is qui cum Duce ad bella mittebatur, ut à latere eius non discederet, cui Beleyder / Weggesell. Deinde cum & principem ipsum comitaretur, producta est latius, & ad Maiorem dignitatem Comitis significatio: ut dicerentur Comites Palatini & diversarum regionum, sicut in libris Codicis per multos titulos. Dux autem, Princeps, & Comes communi genere leguntur, unde Landtgraff dicitur, quasi supremus Comes. Dictio enim Landt accipitur pro generali ac supremâ dignitate. *Hæc ille.*

CONSOBRINI.

Consobrini & Consobrinæ propriè dicuntur, qui quævè ex duabus sororibus propagantur, quasi consororini. *§. quarto gradu. 4. Instit. de gradib. L. 1. §. quarto gradu. 6. ff. de grad. & affin.* Obtinuit tamen & Patrueles quoque fratres, id est, ex fratribus natos

natos communi Consobrinorum nomine appellari, *vt in L.ult. §. quarto gradu. 15. vers. eodem gradu. ff. de gradibus. & in cap. 1 §. si Capitanei. de feud. March. vel Ducat. 1. F. 14.*

CONSUETUDO.

Consuetudo dicitur jus non scriptum vetustate comprobatum vel introductum moribus §. *sine scripto. 9. Instit. de jure natur. gent. & civ. c. consuetudo. distinct. 1.* tacita quasi conventione. *l. de quibus 32. ff. de legibus.* aut jus longâ consuetudine approbatum. *L. sed & ea 35. ff. eod.* sive obtentum. *L. quod non ratione 39. π. de legib.*

Advertes autem, Consuetudines Feudorum, licet in scripturam redactæ sint, jus tamen non scriptum esse non desiisse. *Jacob. de Ardiz. in sum. jur. feud. cap. 2. Oldendorp. class. 5. act. tit. de benef. act. Duar. de feud. cap. 1. num. 3. Schneid. in Epitome feud. part. 1. num. 7. Wesembec. in tractat. feud. in proœm. num. 6. & cap. 3. num. 2.* Per rationem, quia scriptura non animo faciendi jus consuetudinibus illis accessit, sed ut memoria earum esset expeditior *per L. contrahitur 4. ff. de pignor. & l. cum te. 5. C. de transact. quibus in locis dicitur, scripturā saltem probationē rei gestæ continere.*

CUCURBITARE.

Cucurbitare barbarum est vocabulum, cuius fit mentio *in c.1.§. Item si fidelis, quibus modis feud.amit.1.F.5.* Nominat autem textus feudalis cucurbitare, quando vasallus domini uxorem adulteraret vel ad crimen istud saltem sollicitaret, turpiter tentaret, amplecteretur: Item, filiam neptem, nurú, sororem pollueret. *d §.item si fidelis. Zasius in epitome feud.part.10.nu.24.* Mariti cucurbitati solent duci Parisiis per civitatem ab uxore retrogradi super asinum præcone clamante: Qui sic faciet sic accipiet *Ita testatur Schard. in Lexic.jur.in dict. cucurbitare.*

CULPA.

Culpa in usibus Feudorum vocatur delictum, seu felonia propter quam commissam vasallus feudo cadit, *vt in tit.de feud.sin. culp.non amit.1.F.21.c.1.a princ.de nat.feud. 1. F.7.c.1.§. Domino committente feloniam.si de feud.defunct.cont.sit int.dom.& agnat.vasall. defunct.2.F.26.& passim.* Et sumitur pro dolo *per d.c.1.1.F.1.Equin.Baro in c.Imperialem. vers.quoniam.de prohib.feud.alien.per Frider. Fichard.*

Fichard.vol.1.conf.18.num.25.& vol.2. conf.13. num.5.

Aliâs culpa eſt læſio per imprudentiam alteri illata, quæ alioquin humanitus evitari potuiſſet. De qua benè diſſerit Oldendorp *in præfat. act. tit. de culpa.*

CURIA SEU CURTIS.

Curia de jure civili & Senatorum & Decutionum dicitur. *L.nulli.3.π quod cuiusq; univerſ.nom. ag. l. ſi quis aliquid 38. §. judices. 10. ff. de pœn.* Hinc Curiales dicuntur eiusdem Curiæ homines. Hoc modo accipitur tit. *C. de curial. urbis Rom. libro undecimo, tit. decimotertio: & tit. C. ſi Curial. relict. civit. jus habit. mal.*

De jure Feudorum Curia, quæ modò Curtis dicitur, *ut in c. 1. §. ſi enim Domino. quid ſit inveſt. 2. F. 2. in c. 1. à princ. de Capitan. qui Cur. vend. 2. F. 51. in c. 1. §. ſi quis de manſo. ſi de inveſtit. feud. controv. fuer. 1. F. 4. in c. 1. §. ult. quibus modis feud. amitt. 1. F. 5.* ſignificat domum, & ædificium Domini, ut *in d. c. 1. §. ſi quis de manſo. ibi: ſi Dominus reſervaverit ſibi aliquid in ipſa curte, ubi curtis pro domo eſt, & ædificio.* Aliquando curtis pro toto territorio ſumitur, *ut in cap. primo, à princip. de*

Capitan.qui Cur.vend.2.F.51.& in c.1.§.ult.de bis qui feudum dare poss.1.F.1.Garz. in tractat. de expens.& meliorat.capitulo duodecimo, numero 23.

Hinc dicimus, feudum aliud in Curte Domini aliud extra Curtem.*cap.1.§.fin. quibus modis feud.1.F.5.& ibi Baro à Tautemberg. Schneidevvin. in Epitome feud. parte prima, numero 60. Gemmel.in Compend. feud. à principio,cap,11.Obrecht.de feud.cap.5.num.1.& sequent.*

DECANIA.

Decaniæ, vel ut alij legunt Dicaniæ, meminit textus extraordin.*in tit.81.de feud.improp.* Et ut ibi refert Dionysius Gothofred. Decanus Longobardorum & Gallorum legibus non tantum est is qui in militia decuriæ imperat : sed & qui domi judicandi munere fungitur, ut Advocatus, Centenarius, Millenarius, Quingentenarius. *conf. Alciat.in not. ad librum 12.Cod.tit.27. de Decan.& Borcholt.in comment. feud.cap.5. num.17.*

DENARIUS.

Denarius continet decem Asses, à quo & denarius dicitur: sestertios autem nummos

mos quatuor. Nā sestertius nummus duos asses cum dimidio continet. *Duaren. ad l. lecta 40. ff. de rebus credit. Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 2.* As tamen sumitur pro integra quacumque re. *Mynsing. in §. hæreditas. num. 1. Instit. de hæred. instit* &, ut traditur in vulgatis libellis, dicitur etiam res quævis in partes duodecim divisa.

Est & liquidorum, ut Assis vini ponderum, ut libra: monetæ. Sic Assis vocatur tota hæreditas *Mynsing. in dict. §. hæreditas.* Unde locutiones sunt: Hæres ex asse, hoc est, totius patrimonij seu omnium bonorum: Hæres ex semisse, id est, dimidij patrimonij Hæres ex triente, id est, tertiæ partis, & sic deinceps juxta assis partes, de quibus in *d. §. hæreditas.* Mentio denarij habetur in *cap. 1. §. similiter. de cap. Corrad. 2. F. 40.*

D U X.

Ducem Romano vòcabulo à ducendo exercitu dictum esse asserit *Wesemb. de feud. cap. 4. num. 4. Zasius in Epit. feud. part. 5. num. 5. Oldend. class. 5. act. tit. de benef. act.* Ein Fürgänger. Ideò enim Dux dicitur, quod præcedit, & sequentem ducit. Virgil.

------ ----- *Dux fœmina facti.*

Unde Ducere bellum pro gerere idem dixit:

Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina.

De jure Feudorum Dux dicitur, qui à Principe de Ducatu investitus est, ein Hertzog/Fürst. *Text. in c. 1. quis dic. Dux March. 2. F. 10. Jacobin. de S. G. in sua invest. glo. Comes de Villaris n. 1. Gail. lib. 1. obs. 30. n. 5.*

EPISCOPUS.

Episcopi nomen extat *in c. 1. à princ. de his qui feud. dare poss. 1. F. in c. 1. à princ. qui success. feud. dare ten. 1. F. 3. & in c. 1. de controvers. int. Episc. & Vasall. 2. F. 20. & in c. 1. à princ. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 52.* Et dicitur Episcopus ab ἐπὶ, quod est supra & σκοπεῖν, quod est intendere. Inde Episcopus dicitur Superintendens, *in c. 1. qui Episcopatum. 8. q. 1.* hoc est qui gerit curam subditorum. *c. cleros. dist. 21. Azo in sum. C. de Episc. & cler. nu. 1.* Et Episcopi Græcè, Latinè Speculatores interpretantur: Etenim Speculator est Præpositus in Ecclesia dictus eò, quod speculetur & perspiciat populorum infra se positorum mores & vitam *d. c. cleros.* In Episcopum verò eligi debet is, qui 30. annum suæ ætatis implevit, & de legitimo matrimonio natus est. *Text. in c. cum in cunctis 7. de election.*

ction. Schrad. vol. 1. cons. 12. n 6. Ordo Episcoporum tripartitus est: Alij enim sunt Patriarchæ, sive Primates: Alij Archiepiscopi: Alij simpliciter Episcopi, de quib. Lancellot. *in Inst. jur. Can. lib. 1. tit. 5.*

EQUES AURATUS.

Eques auratus nuncupatur, quòd Romæ olim aureis annulis à plebe distinguerentur equites, sicut & nunc aureis calcaribus phalerisq; utuntur. Erant enim in Romana Republ. tres ordines, Senatorius, Equestris & Plebeius. Equitem autem Germani dicebant ein Dritter/ ob duos pro more adjunctos equites, nunc Ritter/ D. litera expuncta, vocamus. *Hæc Oldend. in class. 5. act. tit. de benef. act.* Et notabis! Equites auratos non gaudere privilegiis militaribus. *Jas. in L. 1. n. 7. C. de jur. & fact. ignor.*

E T

Quamvis coniunctio copulativa, Et, naturâ sui æqualiter cõiungere soleat. *L. si quis Titio. 7. π. de usufr. accresc. L. Titiæ textores 36. § nihil distat. 2. ff. de legat. 1. L. reos. 11. §. cum tabulas. 1 ff. de duob. reis. L. triplici 142. π. de verb. significat. l, arbitraria 2. §. si quis ita 4. ff. de*

ea quod cert. loc. & alibi. Tamen in *c.* 1. §. *quin etiam Episcop. vel Abbat.* 1. *F.* 6 *& in c.* 1. *§. filia de success. feud.* 1. *F.* 8. vim suam amittit & accipienda est successivè ex natura feudi; Ita ut ibi fœmina non aliter succedat, nisi omnis deficiat masculus *per text. in d. c* 1. *§ filia verò.* 1. *F.* 8. & per vulgatum juris Feudalis axioma quo docetur, quod ubicumque est actum, masculum & fœminam in feudis succedere tunc fœmina succedat non existente masculo ex eo, qui primus de feudo investituram accepit. *c.* 1. *de eo qui sibi vel hæred. suis masc. vel fœm.* 2. *F* 17. *Martin. Laudens. & Jacob. de Belvis. in dicto §. quin etiam.*

EXCOMMUNICATIO.

Excommunicatio est bannum Ecclesiæ, & dicitur quædam privatio seu separatio à quolibet actu legitimo, & à quavis alia cõmunione. *Petr. de* Ferrar. *in form. respons. rei convent. gl. tamquam. num.* 1. Hinc excommunicatos vocamus, qui censuram Ecclesiasticam patiuntur, quasi extra communionem positos. *Andreas Gail. libro* 2. *de pac. public. cap.* 1. *num.* 26. Et habet excommunicatio similitudinem cum banno. *Oldend.*

Oldend. class.5. act. tit. de benefic. action. Gail. d. tract. lib. 2. cap. 12. num. 22. In usibus Feudorum fit mentio excommunicati *in c. 1. a princip. hic finit. Lex de ind. incip. consu. regn. 2. F. 27.*

FELONIA.

Felonia barbara vox extat *in c. 1. §. Domino committente. si de feud. defunct. cont. sit. int. dom. & agn. Vas. defunct. 2. F. 26. c. 1. qual. dom. propriet. feud. priv. 2. F. 47. cap. 1. de vasall. qui cont. Constit. Lothar. 2. F. 58.* Et dicitur Felonia perfidia, ingratitudo, delictum & improbitas vasalli erga Dominum suum, à Græco φήλωσις sive φήλωμα, quod fraudem, imposturam, & deceptionem significat. Latinis scelus, Germanis Schelmenstück. Atque ita Cuiacio visum est *in c. 1. quibus modis feud. amit.* quem sequitur Borch. *de feud. cap. 2. num. 17.* Aliàs felonia astalium à Longobardis dicitur ab astu Inde quoque in Legibus Longobardorũ animo asto, id est doloso & callido. Hinc feloniam facere seu exercere est feudum amittere. *Oldendorp. in act. tab. gl. feudum.* Waltherus *lib. 2. miscell. cap. 41.* deducit nomen Feloniæ à Germanico Felbigkeit / quod caducitatem

ſignificat, quem ſi lubet, videre poteris.

FEVDVM.

Feudum à fide appellatum *c.1.§.nulla autem.per quos fiat invest.2.F.3.* eſt beneficium militare, & definitur ab Oberto hoc modo! Beneficium eſt, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat uſusfructus verò illius rei, ita ad accipientem tranſeat, ut ad eum heredeſq; ſuos maſculos ſive fæminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuum retineat: ad hoc, ut ille & ſui heredes fideliter Domino ſerviant ſive ſervitium illud nominatim quale eſſe debeat ſit expreſſum ſive indeterminatè ſit promiſſum, *c.1.§.imprimis. In quibus. cauſ.feud.amit, 2. F.23.* Sæpiſſimè verò feudum in uſibus Feudorum vocatur beneficiũ, *ut in c.1.§.& quia vidimus & §.hoc quoq; § notandum.de his qui feud.dar. poſſ.& paſſim in uſib.Feud.*

FEVDVM ACCIPERE.

Feudum accipere eſt inveſtiri de feudo, *Oldend.in tab.act.verb.feudum.*

FEV-

FEUDUM DARE.

Feudum dare est concedere. *Oldend. d. verb. feudum.*

FEUDUM CASTALDIÆ.

Feudum Castaldiæ quid sit, dictum est supr. *lit. C. verb. Castaldia.*

FEUDUM CASTRENSE.

Feudum Castrense à Ludolpho Schradero definitur illud, quod Dominus feudi eo pacto alteri concedit, ut is ratione feudi ad defendendum atque tuendum certũ suum castrum sive oppidũ tempore belli, vel alterius imminentis periculi succurrere ipsi teneatur: quo casu, is qui ejusmodi feudum habet, tantum hoc castrum vel oppidũ defendere obligatus, nec ad ulla alia servitia Domino exhibenda sive præstanda obstrictus est. *Schrad. com. feud. part. 2. cap. 4. numer. 17.* Appellatur hoc feudum etiam Burgense, Burckichen / cuiusmodi esse Keyserlicher Majestet / vnnd deß H. Reichs Burg Friedberg in Vederavia ait Ferrar. Montan. *in collect. Feud. lib. 1. capit. 6. vers. septimo*

FEU-

FEUDUM DE CAvena.

Feudum de Cavena, quid sit, vide quæ sup. lit. C. verb. Cavena. diximus.

FEUDUM CONDITIOnatum.

Feudum conditionatum est, quod certum servitium adjunctum habet. *ca. 1. § praeterea. quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. § fin. ubi gl. & Alvar. de Capitan. qui Cur. vend. 2. F. 51. c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23.* videlicet ut vasallus in mensa serviat, uxorem Domini in templum deducat diebus festivis, eam expectat, illi serviat, & similes operas præstet. *d. c. 1 § praeterea 2. F. 2. Schneidevv. in Epitom. Feud. part. 1. numer. 40. Zas. tract. feud. part. ult. nume. 13.* qui refert eiusmodi feudum conditionatum habere Nobiles de Maßmünster/ut hostilitatis tempore claves ad oppidum Enßheim/ tanquam ad Cameram Archiducalem in exterioribus provinciis retineant, portas claudant, & aperiant. Dicitur à nonnullis Seßlehen. Et notandũ hic, quod is q tale feudũ possidet, non teneatur, nisi ad ea, quæ in pactionibus expressa sunt, *per L. 1. § si convenerit. 6. ff. de pos. & l.*

& l. in traditionibus. 48. ff. de pact. nihilominus tamen est attendenda Consuetudo patriæ. *Jacobin. de S. Georg. in sua inv. sti. gl. in feudum. num. 6.*

FEUDUM GUARDIÆ.

Feudum Quardiæ quid sit, vide inf. lit. G. verb. Guardia.

FEUDUM FRANCUM.

Feudum quod ita datum est, Vasallo, ut ab omnibus servitiis immunis sit, vocatur Francum. *c. si cui militi. tit. extraord. 104. arg. L. in tradendis. 7. ff. commun. præd. Zas. de feu. part. ult. num. 36. Baro à Tautemb. in c. 1. §. imprimis. num. 13. in quib. caus. feud. amit. Borch. in comp Feud. cap. 4. num. 20.* præsertim si Dominus dixerit, concedimus in feudum liberum zu einem freyen Lehen. *Gemmel. in com. feud. part. 2. divis. 9. Jacobin. de S. G. in sua invest. in gl. & promiserunt eidem. num. 2. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 1. qu. 9. num. 3.* Ut autem feudum dicatur Francum, necesse est, ut verbum hoc, Francum in concessione exprimatur. *Carol. Tap. in repet. L. fin part. 1. cap. 1. num. 34. ff. de Constitut. Johan. Schneid. de feud. part. 5. num. 92.* Et uti refert Gemmelius

lius, eiusmodi feuda Franca sunt Curiæ Nobilium in Francia Orientali, Freye Ritterlichen/vnd Höff. Et advertes Vasallum, licet feudum francum possideat, & ab omnibus servitiis sit immunis, non tamen à denunciatione maleficiorum, & quæ sunt in fraudem Domini instructa, liberari. *Bal. in proæm. Feud. Guer. Pis. Soac. in prælud. Feud. cap. 40. numer. 31. Sonsbec. in com. feud. part. 4 num. 12.*

FEVDVM HABITATIOnum.

Feudum Habitationum est, quando alicui domus vel castri habitatio conceditur in feudum. Quod feudum ad heredes, nisi specialiter cautum sit, non transit. *ca. feuda habitationum, titul extraord. 105. Zas. de feud. part. ult. num. 30. Sonsb. in com. feud. part. 5. numer. 11.*

FEVDVM PRO MERCEDE.

Feudum pro mercede datum accipiunt, quo pro opera præstanda Domino, merces constituitur: veluti si fiat ratione advocationis, procurationis, alteriusvè officii nomine,

mine domino impendendi. *Martin Laud. in c. 1. num. 10. de feud. Quard. & ibi Baro à Tautemb. num. 4. Zas. de feud. part. ult. num. 10.*

FEVDVM PIGNORATICIVM.

Feudum pignoraticium vocatur, quando Dominus in investitura confitetur se certam summam pecuniæ accepisse, & proptereà feudum concessisse, hoc acto ut Dominus resoluta huiusmodi pecunia feudũ redimere possit, & pecunia redemta in feudum convertatur, vulgò Pfandlehen. *Fichard. vol. 2. consil. 7. numer. 5. Gemmel. in compend. feud. part. 12. Frideric. Martin. de jur. cens. capitul. 1. numer. 187.* Et hodie in hujusmodi feudis pignoraticiis etiam fæminas succedere, asserit Zasius *in Epitom. feud part. ult. num. 23.* & Gemmel. *in loc. citato.*

FEVDVM SOLDATÆ.

Feudum Soldatæ quid sit vide infra lit. S. verb. Soldata.

FIDELIS.

Fidelis in usib. Feudorum dicitur vasallus quem clientem olim dicebant. Et dicũtur

tur vaſalli fideles, quia ipſis feudum datur ſub conditione fidei ſeu fidelitatis, quę feudi conſtituendi eſt finis, conſtituti vero eſt forma. *c.1.§.nulla autem.per quos fiat inveſtit. 2.F.3.c.1.de form.fidel.2.F.7.Jacobi.de Ardiz. in ſum.jur.Feud.capit.4* Duar.*in com. Feud. cap.2.num.3.* Unde principes ſuis Vaſallis hoc modo ſcribunt: Unſern lieben Getrewen.

FILIUS.

Nomen (filius) propriè ad Nepotes non pertinet. *§.ult.inſtit.qui teſtam. tut. dar.poſſ. L.quid ſi.6.ff.de teſtam.tut.* At in conſuetudinibus Feudorum appellatio filiorum ad omnes poſteros nepotes, pronepotes & ulteriores natos & naſcituros porrigitur. *ca.1. §.etſi clientulus. de alien. feud.1.F.13. ibiq; gl. & Bald.Petr.de Gregor.de conceſſ.feud part.6. quæſt.12.num.9. Obrecht.in tract.feud. cap.3. num.99.* Idque requirit natura Feudorum, quæ vult, ut feudum perpetuò in deſcendentes transmittatur. *c.1.§.inprimis. in quib. cauſ.feud.amit.2.F.23.ca.1.§. hoc quoq; de his qui feud.dar.poſſ.1.F.1.c.1.de ſucceſſ.fratr.2.F. 11.Carol.Tap.in repet.leg.ult part.1.capitul.3. num.22.&ibi quamplurimi.ff.de Conſtit.Princip.*

FILI-

FILIUS ADOPTIVUS.

Adoptio est actus legitimus, per quem extraneus in alienam familiam, jusque filii famil. suscipitur. *Myns. & Schneid. in rubr. Institut. de adoption. Wesembecc. in π. ff. eod. numer. 1.* Hinc qui sic eligitur, dicitur adoptivus seu civilis, quia nõ moribus, sed Lege 12 tabul. efficitur filius. Non tamen in feudo succedit filius adoptivus. *tex. in c. 1. §. adoptivus. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. Vas. defunct. 2. F. 26. & ibi Allvar. & Baro à Tautemb. Joan. Blanc. lib. 3. Feud. capit. 1. numer. 13. Duar. in com feud. cap. 11. numer. 6. Jacob. Ricc. tract. de union. prol. cap. 9. num. 33. Schneid. de feud. part. princ. 6. memb. 2. cap. 2. num. 19.*

FRUCTUS.

Fructuum nomine comprehenduntur fructus pendentes, qui ad corpus, non ad alias res referuntur. *cap. 1. §. his consequenter. hic finit. Lex incip. deind. consuet. Regn.* non verò usuræ, pensiones, vel aliæ obventiones, quæ à fructibus distinguuntur. *L. usura 121. ff. de verb. signif. L. ancillarum. 27. ff. de petit. hered. L. cum. servus. 39. §. fructus. ff. de*

legat.1.l. cum de donatione.11.π. de donation. Ferrar. Montan. lib. 2. feud. cap.3. in fin. nec fructus percepti, & separati à solo, qui inter mobilia computantur. *L.ult.ff.de requir. reis.* nec dicuntur amplius res feudales. *Schneid.in Epit.feud.part.2.num.33. Schrad. vol.1. consil.3.num.409.*

GERHARDUS NIGER.

Gerhardus Niger sub Imperatore Friderico fuit consul civitatis Mediolanensis, ut ex Otthone Frisingensi refert Hottom. *in præfat.com.feud.& Hart.Pistor.quæst.feud. 34.numer.17.* Appellatur Sapiens *in c.1.si de feud.Vasal.ab aliqu.interpell.fuer.2.F.25. capitul.1.de eo qui fin. agn.2.F.49.* Huius ædes ob rem cum Friderico Imperatore non benè gestam Mediolanenses solo æquasse refert ex Gunthero Jacob. Cuiac. *lib. 1. Feud. titul.12.* & Borch. *in com. Feud. capitul.2. numer.29.* Juxta opinionem communem Feudistarum Gerhardus Niger & Obertus de Orto consuetudines feudales in scripturam redegerunt, *per princip.titul. in quibus caus.feud.amit.2.F.23. capitul.1.de feud.dat.in vic.L.Commiss.reprob.1.F.27. capit.*

pit.1.à princip.de feud.fæmin. 2.F 30. capitul.1. qui test. sunt necess. ad nov.invest.prob. 2.F.32. capitul.1.§.similiter. de Leg.Corrad. 2. F.34. capitul.1.an mutus.surd.vel al.imp. Quibus in locis Oberti & Gerhardi mentio fit. Zasius in Epist. dedic. & in ingress. tractat.feud. numer. 1. & 2. Hartm. Pistor. quæst.feud. 19. numer. 30. Commune pronunciat Franciscus Duarenus *in com.feud.cap.1.num.4.*

GUARDIA.

Guardia appellatur Tuscis & Lombardis securitas vel custodia, & Guardiani custodes: ut quibus castra & Territoria custodienda traduntur, & Guarentare pro firmare, constabilire, & defendere sumitur. *capitul.* 1. §.*si autem. de Leg. Corrad. 2.F. 34. & ibi Baro à Tautemb. Guilhelm. Roding. in man.prim.pand.jur. Cam. de jurisdiction. titul.*11.*nu.22.* Unde feudum Guardiæ dicitur, quod arcis tuendæ, aut territorii custodiendi gratia conceditur, *de quo in capitul. 1. de feudor. Quard.*1. *F.2. & ibi Alvar. & Baro à Tautemb.numer.3. & in capitul.1.§.insuper.de pign. dat.feud. 1.feud. 11. Oldend.class. 5.act.tit.de benef.act. Schneid.de feud. part. 1. num.58.*

GUERRAM FACERE.

Guerram facere est bellum movere, aut potius ad pugnam & certamen provocare. *c.1.à princ.hic fin.lex.2.F.28.& ibi Gothofred.*

HÆREDITARIUM FEUdum.

Hæreditarium feudum communis Feudistarum schola appellat, quando concessio feudi facta est pro se & suis hæredibus. Ein Erblehen oder Erbschafft Lehen: *Marant. in repetit. L. is qui potest num.38.ff.de acquir. hæred. Mynſ.cent.4.obſ. 2.num.1. Gail.lib.2.obſ. 154.num.8.*

HÆRES.

De jure Communi Romanorum nomen heredis latissimum est, ut comprehendat generaliter omnes successores, tàm venientes ab intestato, quàm ex testamento, tàm suos, quàm legitimos & extraneos, tàm fæminas, quàm masculos, nisi de mente disponentis esset ut solos descendentes comprehendat vel nisi mentio heredis fieret in materia non transmissibili ad extraneos de

quo latè Dd. *in L. Gallus ff. de lib. & posth. L. heredis appellatione 170. ff. de verb. signif. Novel. 118. tit. Inst. ff. & C. de hered. instit. Anton. Gabr. lib. 6. com. conclus. tit. de verb. sigif. concl. 2. Petr. de Gregor. de conces. feud. part. 4. quæst. 15. numer. 1.* At in jure Feudali intelligitur appellatio heredis de filio masculo tantum. *c. 1. vers. et si clientulus. de alienat. feud. 1. F. 13. capi. 1. §. Titius. fin. si de feud. defunct. cont. sit int. dom. & agn. vers. defunct. 2. F. 26. & ibi Baro à Tautemb. ca. 1. §. similiter. ibi: quod intelligi debet de solis masculis. de Leg. Corrad. 2. F. 34. c. 1. §. his consequenter. hîc finit. Lex 2. F. 28. cap. 1. §. hoc quoq; ibi: sine herede masculo. de success. feu. 1. F. 8. Wesemb. de feud. ca. 6. nu. 9. Fichard. vol. 1. cons. 19. num. 4. & vol. 2. consil. 7. n. 6.* Fæminæ enim, ut & earum filii à successione feudi removentur. *c. 1. §. hoc autem de his qui feu. dar. poss. & c. 1. de success. feud. 1. F. 8.*

HOMAGIUM.

Homagium est idem, quod fidelitas, quã Vasallus Domino suo facit. *Alvar. in præfat. com. Feud. circ. fin. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 9. à princip. Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 16. numer. 3.* In jure Canonico frequenter fit mentio Homagii. *ca. ex diligenti.*

de Simon.c.grandi.de supplend. neglig. prælat. lib.6. Ac dicitur homagium inde quod is, qui fidelitatem præstat efficitur homo eius, cui fidelitatem præstitit. *Alvar.in prælud.F. nu.24.* Ob id alii homagium hominiũ quoque appellant. *Ferrar.Montan.in collectan.F. lib.6.c.1.Cuiac.lib.8.obs.14.princ.* Et ab homagio est nostrum germanicum Huldigung. *Borch.in com.feu.ca.2.num.16.*

HOSTENDITIÆ.

Huius barbari vocabuli mentio fit in *c.1. §.similiter. de capit. Corrad.2. F.40.* ubi hostenditiæ dicuntur adjutorium, quod faciunt Dominis Romani cum Rege in hostem pergentib. Sunt ergò hostenditiæ reditus, quos Vasalli, qui cum Domino in militiam non eunt, Domino suo præstant. In Lombardia autem dimidiam partem fructuum: In Teutonica terra, tertiam partem fructuum eius anni, quo à Domino ad militiam vocabantur præstabant. *d.c.un.§.similiter.* Hæc impendia hostenditias veterũ barbaries appellavit, vocabulo ab hoste & datione ineptè confictō. *Baro à Tautemb.in d. §.similiter, à princ. Borch.de feud.capitul.2.numer.24.*

IMPERATOR.

Imperator olim dicebatur dux belli sive exercitus *§. servi autem. Inst. de jur. person. & ibi Theoph. L. 4. ff. de stat. homin.* Hodie Imperatorem eum nominamus, qui Romanis rebus præest, *Symmach. lib. 3. epist. 43.* & summus Imperii moderator est, qui Romana jura & fata moderatur in *L. ἀξίωσις 9. ff. ad L. Rhod. jact.* dicitur totius mundi Dominus. Quod intelligendum esse monuit Oldend. quantum scilicet ad justitiam pertinet conservandam, ut præcipiat omnibus honesta, vetet turpia, reos scelerum coherceat & denique omnem hominum societatem incolumem observet. In π. C. & *Inst.* imò etiam in Consuetudinibus feudalibus, Imperator Princeps dicitur. *ti. de const. princ. in ff. & C, §. sed & quod princ. Inst. de jur. nat: gent. & civ. c. un. de feu. March. Duc. & ca. 1. quis dicat. Dux March. &c.* Dicitur Imperator Princeps, quasi primum caput, secundum Isido. *lib. 9. Ethymol. ti. de reg. & milit. vocab.* vel quasi primum locum tenens, vel ab eo, quod præest, & sic Germanicum nostrũ Fürst à vorstehen nomen habet, & princeps sive ein Fürst ist/ quasi ein fürsteher, hoc est, qui præest, *Borch. in com. F. c. 5, nu. 25.*

INCURIA.

Incuria idem est, quod negligentia præsertim crassa & planè supina, cum aliàs *ca. quæsitum. de pœnit. & remiss.* tùm etiam in feudalibus culpæ annumerari solet. *c. 1. §. præterea si quis. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55.*

INVADIARE.

Verbi Invadiare meminit *c. 1 §. quicumq́ judici. de pac. tenen. 2. F. 27.* & ibi pro debere usurpatum videtur, sed ab eo, qui cavit, satisdato. Est enim Lex Curiæ, quod quisquis de ordine Principum principis sui iram incurrens, compositionem persolvere cogatur centum librarum debitor existat. *Hottom. in d. tit. 27.*

INVESTITURA.

Investitura est modus constituendi feudi unicus, sine quâ feudum constitui non potest, ut propria natura feudi potiatur, & ad heredes transeat. *Text. in capitul. 1. à princip. quibus modus feud. constit. poss. 1. F. 25.*

Dici-

Dicitur alibi investitio. *c.1.de usu Mediolan. 1.F.28.& cap.1.§.Testes.si de invest.int.dom.& vasall.lis oriat.1.F.26.* & deducitur ab investiendo, quod à vestio est eleganti tropo denotans maximi fœderis ultrò citroque contrahi negocium. in quo non sufficiat vulgare hominis officium exhibere, sed exigatur optima & animi & corporis virtus. Definitur investitura solennis feudi concessio & confirmatio. *Ferrar. Montan. lib.3.feud.cap.1. Vult.lib.1.de feud.cap.7.nu.7. & num.17.*

Aliâs investitura est vox comprehendens quamlibet speciem translationis, sive ex feudo sive ex donatione, locatione, vel aliis titulis. *Alciat.resp.5.num.56.lib.3.*

INVESTITURA ABUSIVA.

Investituræ abusivæ, quam Oldendorpius vocat Cæremonialem, meminit textus in *cap.1.à princ.quid sit investit.2.F.2.* ubi illa dicitur, quando hasta vel aliud corporeum quodlibet porrigitur à Domino feudi se investituram facere dicente; hunc in modum: Investio te hoc annulo, ense, vel hasta, aut alia re pro consuetudine loci porrecta. Idque præsentibus saltem duobus Curia-

libus, quos Pares Curiæ vocant: alioqui licet alij intersint testes, investitura minimè valet. *text. in d pr. 2. F. 2.* Hac autem abusiva investitura non traditur vera feudi possessio, sicut nec per præparatoria cuiuslibet rei fit res ipsa, sed præparatur. Veruntamen hunc habet effectum, ne Dominus pœnitentia fortè ductus, possit mutare voluntatem; sed omnibus modis teneatur possessionem rei corporalem & vacuam tradere: non audiendus, etiamsi velit solvere beneficiario id quod eius interest. *c. 1. §. si facta. si de feud. defunct. cont. sit int. dom & agnat. vas. defunct. 2. F. 26 c. 1. §. final. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. à princ. si de investit. feud. cont. fuer. 1. F. 4.*

INVESTITURA PROPRIA.

Investitura propria est, cum traditur possessio rei beneficiatæ, Wann der Lehenmann in das Lehengut geführet / vnnd eingeweiset wird. *c. 1 à princ. quid sit invest. 2. F. 2.* Idque multis fit modis: Primò, si præcedens abusiva investitura fiat in ipso feudo, vel oculis subjecto. *arg. L. clavib. 74. ff. de contrah. emt. L. quod meo. 18. §. si venditorem. ff. de acquir. possess.* II. Si Dominus impropriè investiendo, utatur verbo tradendi, potest vasallus

ſallus propriâ authoritate ingredi poſſeſſionem vacuam, ut tradit Alvarotus *in c.1. quid ſit inveſt. arg. l. prædia, ff. de acquir. poſſeſſ.* III. Si Dominus coram Paribus Curiæ, aut aliis honeſtis viris juberet vaſallum ingredi poſſeſſionem feudi: alioquin non ſolennis juſſus nihil efficeret. Sic conciliabis *c.1. à princ. de conſuet. rect. feud. & c.1. quibus modis feud. conſt.* IV. Si beneficiarius per Dominum ipſum, aut juſſu eius per alium introducatur in poſſeſſionem feudi. *Oldend. claſſ. 5. act. tit. de benef. action.*

INVESTITURAM FACERE.

Inveſtituram facere eſt feudum conferre, & juramentum fidelitatis recipere. *c. 1. §. ſi quis fecerit. quo temp. mil. inveſt. pet. 1. F. 22. c. 1. quid præced. deb. inveſtit. 2. F. 4. Oldendorp. in tit. bact. gl. feudum.*

LAICI.

Laici opponuntur iis, qui ſacris initiati ſunt. *cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare ten. 1. F. 3.* Et ſunt, quibus licet temporalia poſſidere, uxorem ducere, cauſas agere, inter virum

& vi-

& virum judicare. *cap. duo sunt. 12. quæst.1. Lancellot. in Instit. jur. Can. libro 1. tit. 4. de jur. person.* Dici etiam possunt populares, λαὸς enim Græcè est, populus Latinè. *d. cap. duo sunt.*

LAUDAMENTUM.

Laudamentum in *cap. 1. de feud. sine culpa non amit. 1. F. 21. ut in cap. 1. in fin. quo temp. mil. investit. pet. 1. F. 22.* sumitur pro judicio Parium vel Domini.

LAUDIMIA.

Laudimia dicuntur honoraria munera, quæ Domino fidem accipienti à vasallo, tribui solent. *Bodin, libro 1. de Republ. cap. 9. à principio.*

LEX COMMISSORIA.

Lex Commissoria in feudis locum non habet, utputa si debitor obligaverit rem aliquam pignori creditori eo pacto, ut si ad certũ tempus pecunia soluta non fuisset res esset creditoris, eamq; habeat ꝓ feudo, potest debitor quandocumque pecuniam solvendo, pacto non obstante, pignus recuperare.

rare.

rare. Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum est. *Ita est textus in c.1. à princ. de feud. dat. in vic. Leg. commiss. reprob. 1. F. 27 & ibi FF. omnes. Jacob. de Ardiz. in sum. jur. feud. c.35. Joan. Blanc. lib.1. c.3. nu.44. Zasius in Epit. feud. part. 9. num. 6. & parte ultim. num. 22. fac. L. 1. de pact. pign. L. quoniam 3. ff. eod. tit.*

LEX SALICA.

Leges Salicæ, quarum mentio fit *in c.1. §. donare. qual. olim pot. feud. alien.* 2. F. *9. & in c.* 1. *de fil. nat. ex matrimon. ad Morgan. contract. 2. F. 29.* latæ fuerunt sub Pharamundo primo Francorum Rege, & fuerunt responsa & judicia aulicorum, qui oriundi erant à Saliis, Alpinis populis & inde Leges Salicæ dictæ sunt: vel nomen inde habent quod Franci dicti sunt Salij, à Sala flumine: vel denique ex eo, quod Pharamundus Salius appellatus est quod Francis, qui Salij dicti fuerunt jussa dederit. *Borcholt. de feud. cap. 2. num. 23.* Latius vide de illis *Guilhelm. Ranchin. in tract. de success. ab intest. § 7. num. 2. & seqq. Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 22. Wesemb. de feud. in procem. num. 1.*

LIBEL-

LIBELLARIUS CONTRACTUS.

Libellarius contractus est, quando Emphyteuta vel vasallus dat rem emphyteuticam vel feudalẽ alteri in emphyteusin, vel feudum, de quo *in c.1. §. donarc. qual. olim pot. feud. alien. c.1. §. aut si libellario nomine. quibus mod. feud. amit. 1. F. 5. c.1. §. ult 4: prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. Jas. in auth. ingressi. C. de SS. Ecclef. Zas. de feud. part. 9. num. 1. Duar. de feud. cap. 12. num. 8. Hottom. in lex feud. verb. libellarius. Wesemb. de feud. cap. 14. nu. 6. Borch. in com. feud. cap. 3. num. 45.* Et quod Longobardi libellarem contractum nos Emphyteuticum vocamus. *vide Alvar. in præf. com. feud. circa fin.*

LIBERI.

Liberorum appellatione in usibus Feudorum intelliguntur descendentes masculi. *c.1. à princ. de success. fratr. 2. F. 12. c.1. §. si vasallus. hic fin. lex. 2. F. 28. cap. 1. à princip. de feud. success. 1. F. 8.* Filiis etenim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps per masculinum sexum descentibus cæteri removentur agnati. Ad filias verò seu neptes vel proneptes, vel ex filia nepotes seu

prone-

pronepotes ſucceſſio feudi non pertinet. Proles enim fœminei ſexus vel ex fœmineo ſexu deſcendens ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poteſt, niſi eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto acquiſitum. *dd. textib.*

LIGIUM FEUDUM.

Ligij feudi mentio fit in *tit. extraord. 99. de feud. Lig.* Et dicitur illud, quando vaſallus Domino debet fidelitatem contra omnes. *princ. d. tit. 99.* Eò ita vocatur, quod vaſallum liget & obſtringat Imperatori vel Regi ſuperiorem non recognoſcenti adverſus omnes homines. *Saiſon in conſuetud. Turon. tit. 12. art. 1. cap. 8. Duar. in com. feud. c. 4. num. 3.*

LOMBARDIA.

Lombardia, cuius meminit textus *in c. 1. §. ſimiliter. de Cap. Corrad. 2. F. 40.* eſt regio Italiæ, quæ Ciſalpina Gallia vocatur. Eius fines ſunt Apenninus & Alpes, & quicquid inter Alpes, Benatumque Mintium continetur, cuius Metropolis eſt Mediolanum.

LON-

LONGOBARDI.

Longobardi qui Insubriam occupârunt, quin Saxones fuerint dubium non esse asserit *Wesemb. in tract. feud. cap. 3. nu. 2.* Quorum sedes primò fuit à confluente flumine Albis & Salæ in ripa Albis Occidentali, quæ nunc est regio Magdeburgensis & Halberstadiensis. Postea relicta patria eam Pannoniæ oram, quæ Italiæ propior est, inhabitare cœperunt cum suis familiis, ubi manserunt annos 42. Gothis ex Italia à Narsete ope & auxilio Longobardorum expulsis, Longobardi Italiam ultrò ingressi sunt circiter annum Christi 568 cùm Imperator esset JUSTINUS II. & occuparunt eam Italiæ partem, quæ appellatur Lombardia, ibique peculiare regnum ad exemplum Romanorum instituerunt, novas Leges componendo, quas Longobardicas appellârunt novas dignitates restituendo sub nomine Ducatus, Marchionatus, Comitatus. *Chron: Carion. lib. 3. tit: de Longobard. & ibi Philip. Melanch. Guerrin. Pison. Soac. in prælud. feud. cap. 4. num. 21. Bodin. libro 1. de Republ. cap. 9.*

MAN-

M.

MANSUS VEL MANSUM.

Huius vocabuli mentio fit *in c.1. §. si quis de manso. si de invest. in feud. contr. fuer. 1. F. 4.* Et dicitur fundus vel ager, qui bobus duobus arari & coli quotannis possit *secundum glo. in verb. manso: c. 1. de censib: quam refert & sequitur Baro à Tautemb. in d. §. si quis de manso: à princ. Garſ. in tract. de expens. & meliorat. cap. 12. num. 22 & sequ: Duar. de feud. cap. 4. num. 7.* quod inde dictum existimat Zasius *in epit. feud: part. 6. num. ult.* quod Germani prata dimensa nominant Mannsmatt. Baldus verò à manendo dictum arbitrabatur, quod in eo manerent homines.

MARCHIA.

Marchiæ mentio fit *in c. 1. de feud. March. vel Ducat. 1 F. 14.* Et est provincia in limite posita, quæ traditur semel expugnata alicui custodienda. Dicta à Marcha, quia ut plurimum juxta mare est posita. *tex. in c. 1. quis dic. Dux March. 2. F. 10. à princ.* Namque illis, ut ibidem scribit Baro à Tautemb. plerumque ad arcendos Piratarum incursus præsidia collocari solebant; quibus Præfecti Mar-

Hh

chiones tandem dici cœperunt, feudum ea in regione Marchionatus titulo consecuti, veluti sollicitæ quoddam excubationis auctoramentum. Germanis & Gallis Marcha significat notam & consequenter limitem, qui notari solet, prout statuit *Wesembec. de feud. part. 4 num. 3. & Duaren. com. feud. cap 6. num. 8. Gars. d. cap. 12. num. 37. Zas. part. 5 feud. num. 9. & sequ.*

MARCHIO.

Marchio dicitur, qui de Marchia aliqua fuit investitus *c. 1. quis dic. Dux. March. 2. F. 10.* ein Marggraff/ & vocatur Regni Capitaneus. *cap. primo. §. 1. de his qui feudum dare poss. 1 Feud. 1. & ibi Alvar. & Andr. de Isern.* Aliâs Marchio dignitatem militarem significat, appellatione ab equis tracta. Marcam enim Celtæ, hoc est, Germani equam dicebant ein Merrhen. Unde hodiernum Moraviæ vocabulum Merrlandt / equorum regionem significat. Inde rursus equorum seu stabuli magistrum, Marstaller/ corruptè verò Marschalck / etiamnum appellamus. Et equorum præfectum, ein Marggraffen. *Ita tenet Oldendorp, class. 5. action. tit. de benefic. action.*

MEDIO.

MEDIOLANUM.

Mediolanum, cuius ſæpè mentio fit in uſibus Feudorum, ut in *tit. ultim. lib. 1. de uſu Mediolan. in c. 1. à princip. de cap. Corrad. 2. F. 40 & alibi*, eſt civitas Italiæ clariſſima. Et eſt Ciſalpinæ Galliæ Metropolis, populi multitudine refertiſſima.

MILES.

Miles de jure civili Romanor. appellatur, qui ex eo tẽpore jure militare incipit, quo in numeros relatus eſt, & ſacramentũ præſtitit. *L. ex eo 43. l. ex militari* 11. *ff. de teſtamen. mil. L. unic. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. mil. Weſemb. in π. ff. de re milit. num. 4.* Aſt in uſibus Feudorum militis appellatione paſſim intelligitur Vaſallus, qui à Domino beneficium accepit. *c. 1. quo temp. mil. inveſt. pet. 1. F. 22. cap. 1. ſi de feud. defunct. cont. ſit inter dominum & agnat. vaſall. defunct. 2. F. 26. & alibi.*

MINOR.

Minores dicuntur, qui ætatis annum 14. exceſſerunt, & 25. nondũ cõpleverunt, facta

computatione de mométo ad momentum. *L. 1. § 1. & l. denique. 3 § minorem. 3. ff. de minorib. l. ultim. C. qui Tut. vel Cur. ess. desier. fac. tit. extraord. 9. de invest. vet. & nov. benef. ubi dicitur, investituram feudi novi non posse fieri à minore 18. annorum. Baro à Tautemb. in c. 1. §. preterea. num. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. Borcholt in com. feud. c. 5. n. 42.*

MORGANATICA.

Vocabulum (Morganatica) quod Longobardicum est, extat *in tit. 29. lib. 2. feud. de fil. nat. ex matrim. ad Morgan. contr.* Et appellatur à quibusdam id, quod per mortem viri capitur. *Andr. de Isern. & Mart. Laud. in d. tit. 29. Jacobi. de S. Georg. in sua invest. gloss. & unus ex dictis vasallis. num. 2.* Ab aliis vocatur munus, quod apud Longobardos sponsus manè die Nuptiarum sponsam salutans ei coram propinquis & amicis ante nuptiale convivium donabat, ut ita Morganatica sit idem quasi Morgengab. Hinc Baro à Tautemb. *in dicto tit. 27.* refert, se vidisse quendam vetustissimum Codicem, qui habebat; *De filiis natis ex matrimonio ad Morgengabicum contracto*, & addit dictionem hanc, *Morgengabicum*, esse composi-

tam

gam ex Idiomate Germanorum Morgen/ quod manè seu matutinum sonat, & Gab/ quod donum significat. Morgengabicum igitur, quasi donum matutinum interpretari licebit, quâ donatio propter nuptias significatur. Inde matrimonium ad Morganaticum contractum vocatur, quod ea lege celebratum est, ut liberi ex illo matrimonio nati sint cõtenti donatione propter nuptias. *d.tit.29. Guerr.Pison.in prælud.feud. cap.2. Hottom.ad d.tit.29. Borch.de feud.cap. 2.num.21.*

N.

NATURALES FILII.

Naturales filij de quibus in ʃ *naturales. si de feud. defunct. cont. sit int. dom & agn vasall. defunct. 2.F.26.* dicuntur qui ex concubinâ nati sunt, *t.t.C. de natur. lib.* Qui verò ex stupro nascuntur, vel ex contubernio, vel ex illicito matrimonio, neque legitimi, neque naturales sunt, ut *L.1. Cod. eodem* & patrem certum non habent. Naturales patrem habent, nec tamen propriè patrem, id est non patrem civilem *Cujacius in π. C. de natur. lib.* Concubina est, quæ cum uxor non sit,

cum aliquo tamen vivit. & uxoris loco in domo est ac corpus miscet. *L. Labeo.144. π. de verb.signif.Cuiac.libr.5.obs.6. Wesemb.in π. ff.de concubin.num.2.*

NEGLIGENTIA.

Negligentia præsertim crassa & planè supina, cùm aliâs *L.Divus Marcus 14.in fine. ff.de offic.Præsid.L magna 226.ff. de verb.sign.* tum etiam in usibus Feudorum culpæ annumerari solet, ob quam vasallus feudo privatur, *vt in cap.1.§.præterea.quæ fuit prim. caus.benef.amit.2.F.24. & in c.1 § præterea.de probib.feud.alien.per Frider.2.F.55.*

NEPOS.

Nepos propriè est filius filij. §. *ult.Inst.de patr.potest.c.1.§ si quis miles.1.F.19.c 1. à princ. de success.feud.* 1*.Feud.8.* Aliquando tamen in usibus Feudorum nepos ponitur pro fratris filio, *vt in cap.1.§.si verò.& ibi Hottom.de alienat.feud. 1.Feud.13.*

OBERTUS.

O.

OBERTUS.

Obertus de Orto fuit Conſul Mediolanenſis ſub Imperatore Friderico I. qui Cõrado III ſucceſſit circiter annum Chriſti 1154. *Robert. Marant. in ſpec. prax. part. 3. num. 84. Hottom. in præfat. com. feud. Weſembec. in proœm. feud.* Appellatur ſapiens in *cap. 1. ſi de feud. vaſall. ab aliqu. interpell. fuer. 2. F. 25 & in c. 1. de eo qui fin. fec. agn. 2. F. 49* Juxta Weſemb. congeſſit Obertus de Orto conſuetudines feudales in librum unum, qui liber Feudorum appellatur, *per c. 1. ſi de feud. vaſal. ab aliqu. interpell. fuer. 2. F. 25. c. 1. à princip. de feud. cognit. cap. 1 in quibus cauſ. feud. amit. 2. F. 23. Weſembec. in d. proœm.* Feud. *num. 2.* ſed aliter ſentit communis Feudiſtarum ſchola, prout videre eſt ſupra in verb. Gerhardus litera G.

P.

PALATINI.

Palatini communi nomine dicuntur omnes habitantes in Palatio, alij quidem ſemper in domo Auguſti perſeverantes, qui

Comitatenses dicuntur. Comitatum autem locum appellant, in quo vitam ducebat Imperator. Qui verò in Provincias mittebantur dicuntur Mittendarij, à mittendo nuncio. *Ita Andreas Alciat. in l. scrinii. C. de Palatin. sacrar. largit. libro 12.* Mentio Palatinorum fit *in cap. 1. à princip. de prob. b. feud. alien. per Lothar. & per Frider. 2. F. 52. & 55.*

PARES CURIÆ.

Pares Curiæ dicuntur Vasalli eiusdem Domini qui feuda in eodem territorio & in eodem Curia habent. *Textus in c. à princip. junct. § si quis. si de invest. inter dom. & vasall. lis oriat. 1. F. 26. & in c. 1. §. si enim. quid sit invest. 2. F. 2. Jacobin. de S. Georg. in sua investit. gloss. & dicti vasalli pro dictis rebus. n. 15. Wesembec. de feud. cap. 17. num. 3. Sonsbecc. in com. feud. parte 14. num. 2. Mynsing. cent. 4. observatione 89. num. 12.* Ideò dicti Pares, quod pariter & æquali jure feuda à Domino teneant in eadem Curia. Nam si dispares sint Curiæ, etiamsi unus existat Dominus, Pares Curiæ censeri non debent. *Wesemb. & Sonsbec. dictis locis.*

PATER.

PATERNUM FEU-dum.

Paternum feudum proprie est quod à superioribus & ascendentibus usq; ad quartum gradum quæsitum est *c.1. § hoc quoq;. de success. feud. 1. F. 8.* Ein alt vätterlich Stamm Lehen. *Jacobin. de S. Georg. in tract. feud. gl. in feudum. num. 8. Zas. in Epit. feud. part. 3. num. 1.* Sed notabis, quod feudum antiquum & paternum effectu non differant, sed sub antiquo feudo plures continentur personæ, quàm sub feudo paterno. *c.1. § hoc quoq;. ubi Bald. de feud. success. ca. 1. de gradib. success. Wesemb. in tract. feud. c. 2. num. 6.*

PATRUELES FRA-tres.

Patrueles dicti à patruo, qui est frater patris. *L 2. § 1. ff. de suis & legit. l. ult. §. 3. π. de gradib. & affin.* quod duorum patruorum filii sint. Quoniam qui pater alteri est alteri est patruus. Sicut sorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipsæ fratribus genitæ Hinc fratres patrueles, quorum meminit textus in *cap. 1. §. hoc quoq;. de his qui feud.*

d. tr. poss. 1. F. 1. & in c. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50. sunt, qui ex duobus fratribus progenerantur. *L. 1. ff. de gradib. & affin.*

PEDAGIUM.

Pedagii mentio fit in *c. 1. circ. fin. h. : per eam nullum pedag ium. quis dic. Dux March. 2. F. 10.* Pedagia verò dicuntur vectigalia, quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à principe. Et capiens pedagium debet dare salvum conductum & territorium suum tenere securum, adeò, quod si aliquis spolietur, tenetur ei Dominus terræ rapinā resarcire. Alii legunt *in d. tit. 10.* Paradogium, ut Bald. & Alvarotus, alii paragium ut Cuiacius, à Paribus Curiæ sic dictum, alii pedagium à pes pedis, quod sit vectigal exigi solitum ab iis, qui pedes iter faciunt: ut Equin Baro meminit, & Borch. *in com. feud. capitul. 4. numer. 13.* Sed pedagium quasi bedagium descendere, à Germanico Bedagen putat Petr. Frider *de mand lib. 2. capit. 42. num. 10.* quod significat constituere, deputare &c. Omnibus enim seculis solus superior vectigalium jus sibi tamquam regale habuit vel cui ille contulisset, & ubi & quantum constituisset, & solvendum teloniæ ordinas-

dinaſſet, da oder an welchem ort / wie viel vnd wan er den Zoll bedaget / unde adhuc plurimis Germaniæ in locis conſtituta ruſticorū Ordinaria vel impoſita tributa Bede vocātur: Et à pede derivari non poteſt, quod profecturis & mercibus vectigalia & pedagia communiter exigantur. Et quia pedagia ſeu vectigalia & telonia inter Regalia numerantur. *c. 1. quæ. ſint regal lib. 2. F. titul. 56.* ſenſus *d. § pen.* expeditus eſt: Quod ii, qui non ab ipſo Principe, ſed ab inferiore aliquo puta Capitaneo vel Valvaſore de beneficio aliquo inveſtiti ſunt, plebei nihilominus ſint, & pedagium nobiliſque feudi uſum, qualis penes Duces Marchiones, Comites & Valvaſores eſt, non habeant. *Hæc Friderus.*

PIGNORATICIUM FEUDUM.

Vid. de hoc ſup. verb. Feudum pignoraticium.

POSSESSIO VACUA.

Poſſeſſionis vacuæ mentio fit in *c. 1. § fin. de nov. for. fidel. 2. F. 7.* & dicitur de jure civili vacās poſſeſſio variis modis, aut q̃a Domi-

nus

nus deceſſit ſine ſucceſſore, nec quiſquam omninò eius hereditatem adiit , aut quia Dominus peregrè profectus fundum vacuum reliquit, aut quia præſens nullam ejus curam habuit. §. *quod autem 7. & ibi Theophil. Mynſing. num. 6. Azo in ſum. Inſt. de uſucap. num. 1. L. ſi id quod 25. ff. de acquir vel amit. poſſ. L. fin. & ibi Dd. C. und. vi.* At de jure Feudorum poſſeſſio vacua intelligitur illa, quæ libera non alteri conceſſa, vel ab alio occupata, quam ab eo, qui abuſivè apprehendentem inveſtivit, ut ita quidem vacua ſit reſpecta aliorum, quæ eadem vacua non eſt reſpectu inveſtientis. *Argum. l. quod meo. 18. § ſi venditorem 2. ff. de acquir. poſſ. L. ſi in emtione. 2. § 1. ff. de act. emt. L. cum res 12. C. de probat. L. non iccircò. 12. C. de fid. inſtrum. Alvar. in c. 1. § inveſtitura. de nov. form. fidel. Weſemb. in repet. d. l. non iccircò & in π. ff. de eviction. numer. 2. Mynſing. cent. 4. obſ. 61. numer. 1.*

PRÆLATUS.

Prælatus Eccleſiæ, cuius meminit titul. extraordin. 91. *de inveſtit. vet. & nov. benef.* eſt procurator rerum Eccleſiaſticarum non Dominus, *c. fraternitatem 2. donat.* & rerum

Eccle-

Ecclesiasticarum conditionem meliorem facere potest, deteriorem neutiquam. *ibid, & c.1. de in integr. restitut. L. jubemus nulli. 14. C. de SS. Eccles.*

PRÆPOSITUS.

Præpositi meminit textus *in c.1. à princip. de his qui* F. *dar. poss. 1. F. 1. & in c. 1. vers. idem juris est. Episc. vel Abbat. 1. F. 6.* Et quamvis omnes, qui præsunt præpositi rite vocentur, usus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam super alios gerunt. *c. quamvis 9. de verb. signif.* In præpositum ordinandus non est, nisi presbyter vel Diaconus. *c. nullus. dist. 60.*

PRINCEPS.

Gradus Principum, præter eum, qui post Deum immortalem seipso superiorem confitetur neminem, juxta Bodinum sunt isti. Primum genus est eorum principum, qui sunt in eius clientela cuius majestatem observant, seque in eius patrocinio dare solent, ut adversus potentiorum vim tutiores sint. Secundum genus est eorum Principum, qui superiorem in fædere agno-

gnoſcunt,eique tributum dependere ſolēt, vel penſionem, ut eius auxilio ac præſidio tutiores ſint: quod certè patrocinium dici non meretur, quia mercenarium ſit: merces autem officio non debeatur: Tertium genus eſt eorum, qui à potentiore victi, pacem acceperunt, & jura Majeſtatis retinēt, iis legibus, ut victoris Majeſtatem comiter obſervent, eique tributum annuum ſolvāt, nec tamen patrocinium illis, aut auxilium à potentiori debeatur. Quartum genus eſt eorū qui Reges ſunt, & jura Majeſtatis in ſuos liberè exercent: ſed aliorum fiduciarii ſeu feudatarii ſunt, aliūde feudo accepto à principe ſeu Maiore ſeu minore *Hæc Bodin.lib 1.de Republ. capitul. 9. à princip. junge, quæ dixi ſupr. lit. I. verb. Imperator.*

REFUTARE FEUDUM.

Refutare feudum ſignificat daß Lehen auffſagen/quando ſcilicet Vaſallus profitetur ac dicit ſe Vaſallum amplius eſſe nolle, de quo *in c. 1. de vaſal. qui cont. Conſtitut. Lothar. 2. F. 38. Jacobin. de S. G. defend. in verb. & unus ex dictis vaſallis.*

REGA-

REGALIA.

Regalia sunt jura, quæ Imperatori Romano concessa sunt in præmium immensi laboris quem pro imperio sustinet, de quibus in *cap. 1. qu. sint regal. 2. F. 56. & ibi Borch.* Dicuntur Regalia ideò, quod Imperatori competant, quem Feudorum Compilatores Regem nominant. Bona Regalia pluribus modis dici possunt. 1. Dignitates Regales de quibus *in cap 1 de feud. March. Duc.* 2. Dicũtur regalia tributa seu vectigalia vel portus sive ripatica & similia, de *quibus in dict. capitul. 1. quæst. sint regal.* 3. Dicuntur regalia ea quæ Rex percipit Ecclesia vacante ex privilegio Romanorum Pontificum *ut in capitul. generali. de elect. libr. 6. Alvar. in capitul. 1. à princip. versicul. pro cujus declaratione. 1. Feud. 1. de his qui Feud. dar. poss.*

RES IMMOBILES.

Res immobiles in jure civili dicuntur, quæ in eodem loco consistunt, nec loco moventur, quæque solo cohærent, & ei inserviunt, ac destinatæ sunt. Et in usi-

ufibus Feudorum res immobiles intelligimus tàm Corporales. quàm incorporales; quæ in jure confiftunt. five fint univerfales; quæ plures fub fe alias comprehendunt; ut puta Ducatus, Marchionatus, territorium Curia & fimilia five fint fingulares; qualis eft manfus ager vel fructus. Nã in utrifque feudum conftitui poteft. *capit. 1 quis dic. Dux Marcb. 2. F.10.c. 1.§ præterea Ducatus. de probib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55 c.1.§ fi quis de manfo: fi de inveft. feud. contr. fucr. 1. F.4.*

RES SOLI.

Solum propriè dicitur terra ut ait Ulpian. in *l. qui tabernas 32. ff de contrah. emt.* Dicitur etiam omne, quod fuftinet & unicuique rei fubjacet. Icti folum appellant autẽ ream, cui ædificium fuperponitur. *L. domo pignori. 21. ff de pignorat. act. L. fi inferiorem. 2. C. de rei vind.* quod & idem partem effe ædium dicunt *l. folum 49. ff. de rei vindic.* Res a. foli, quarum mentio fit in *c. 1. § fciendum. de feud. cognit. 2. F. 1.* appellant Feudiftæ res immobiles ligende grund / ut puta funt agri, fundi, horti, prata, pafcua, fylvæ. *l. 1. §. quæ fpecialis. 1. ff. de rei vindic, L. 1. ibi: five mobiles; five*

sive soli: ff. de condict. trit: L. usufructu 7. §. rei soli: 1 ff. de usufruct.

RES SOLO COHÆRENTES.

Res solo cohærentes, quarum mentio fit *in c. 1. § sciendum: de feud. cognit. 2. F. 1.* dicuntur, quæ solo junctæ, infixæque; & quasi pars sunt soli, id est, fundi, vel ædium, ut fructus pendentes. *L. fructus pendentes 44. ff. de rei vindic: L. fin. §. fructus, 6. ff. de his: qu: in fraud: credit:*

REX.

Rex nomen generis: Imperator nomen officii. Reges enim nascuntur, Imperatores creantur. Ille in suo regno plus juris habet, quàm Imperator in Imperio: si quidem Rex regnum ad heredes proprios trãsmittit: huic verò in Imperio non nisi electione succeditur; *per cap: venerabilem; de electione:*

ROMA.

Roma, cuius textus feudales crebrò meminêre, sita est in Italia, & communis no-

ſtra patria eſt, ut ait Modeſtinus in *L. Roma 33. ff. ad Municipal.* Cuius verba Accurſius enarrans id dictum iccircò exiſtimat, quod quilibet Romæ conveniri poſſit, de quo tamen vide Alciatum *l. 2. diſpunct. capitul. 21.* Et juxta Saluſtium *de conjurat. Catil. à princ.* urbem Romam condiderunt, atque habuerunt initio Trojani qui Ænea Duce profugi ſedibus incertis vagabantur.

ROMANDIOLA.

Romandiola in uſibus Feudorum ſumitur pro Territorio Romano, *ut in cap. 1. ſ. in quibus. de conſuet. rect. feud. 2. F. 33. in c. 1. à prin. de ca. Corrad. 2. F. 40. & alibi. Matth. Weſem. in proœm. Feud. num. 2.*

RONCALIA.

Roncalia ſeu Runcalia, ut alii legunt, locus eſt Campeſtris ad Padum, haud longè à Placentia. Ejus mentio fit *in ca. 1. à princip. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Fridr. 2. F. 52. & 55.* & Alberico eſt eadem quæ hi die Romandiola vocatur, uti refert Schardius.

SACRA-

SACRAMENTUM.

Sacramentum in jure Feudorum accipitur pro jurejurando, *ut in c.1.si de investit.int. Dom.& Vasal.lis.oriat.1.F.26.ibi:possessoris sacramento.& in ca.1.qual.dom.propr.feud.priv. 2.F 47.in capit.1.§.si enim Domino quid sit investit. 2.F.2.cap.1.a princ.hic fin.lex.2.F.28. ca. 1.de controv.int.masc.& fœmin.de benefic. 2. F. 41.* Etenim veteres Sacramentum appellabant jusjurandum aut religiosam obligationem. *L.ab administratione 8. C. de legat. L. quod ait Prætor 3.§.miles.3.ff.de his qui not. infam. l.si solemnibus. 7. C. de fid.instrument. L. cum quædam 21. eod. L. ult. C.de re milit.libr. 12.* Sic & sacramenti militaris, quod milites jurare solent; meminit textus in *l.ult. C.de Veteran.libr. 12.* Aliâs Sacramentum dicitur pecunia, quam litigantes in sacro solebant deponere, ut qui vinceret, suum sacramentum reciperet, victi ad ærarium perveniret. *Ita ex Varrone refert Borch.de feu. cap.2.num.20.*

SACRAMENTALES.

Sacramentales, quorum mentio fit *in c.1.§.*

cum autem.quis dixerit.si de investit.feud.contrav.fuer.1.F.4.c.1. à princ.de content.int. dom. & fidel.1.F.10.cap.1.§ si quis se.si de investit.int. dom.& vas.lis oriat.1.F.26.c.1. de usu Mediolan.1.F.28.cap.1.§.sacramentum. de consuetud. rect.feud.2.F.33. erant qui cum litigante jurabant, se credere verum esse, quod litigans juraverit: adhibebanturq; viri numero duodecim. Quod moribus nostris receptum non est, atque ab aula etiam recessit. prout testatur Zasius *in Epit.feud.par.11.num.36.* & Borch.*in com.feud.cap.2.num.19.*

SCUTIFERA FEUDA.

De feudis Scutiferorum agit titul. *extraord.n.74* Et illa dicuntur vulgò Schildlehen/ quæ juxta Jacobinum de S.Georg anno exacto auferri possunt . sed Germaniæ mores refragantur prout testatur Zasius *in Epit.Feud.part.ult num.10.*

SENIORES.

Seniores, quorum fit mentio *in c.1. quibus mod.feud. amit.1.F.17.in c.1.§.si aliquis.1.F.18. & in cap.1.à princ.de prohib feud.alien.per Lothar.2.F.52,* intelligũtur Domini feudorum. qui

qui feuda vasallis contulerunt. Hi à quibusdam etiam patroni dicuntur. *Hottom. in com. feud. Bodin. lib. 1. de Republ cap. 9.*

SERVITIUM.

Servitium est executio fidelis eorum, quæ Vasallum Domino nomine feudi præstare oportet. *Ita Obrecht. in tract. feud capit. 2. num. 155. arg. c. 1. de form. fidel.* Estque onus reale. *Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. qu. 3.* Intelliguntur autem per servitia non tantum militaria, de quibus textus sunt in *capitul. 1. vers. & si contigerit. de nov. form. fidel. 2. F. 7. & in c. 1. à princ. hîc fin. lex 2. F. 28.* vel etiam illa duntaxat servitia, quæ in juramento fidelitatis sunt expressa *d. c. 1. 2. F. 7.* sed etiam alia quæcumque, dummodo sint honesta, juri naturali & divino non contraria, & à Vasallo citra dignitatis & conscientiæ læsionem præstari possint. *Baro à Tautemb. in c. 1. §. imprimis. num. 14. in quibus. caus. feud. amit. Zas. in Epit. feud. part. 1. n. 3. Borch. de feud. cap. 1. num. 23. Vult. lib. 1. feud. cap. 10. num. 27.*

SERVUS.

Servi dicuntur, quibus libertas arbitrio suo vivendi ademta est, itaque liberis opponuntur & ex eo appellati sunt , quod Impp. captivos vendere, ac per hoc servare nec occidere solent. *§. 1. Inst. de jur. person. & ibi Azo in sum. numer. 1. l. libertas 4. §. servitus est ff. de stat. homi. l. pupillus 239. §. servitus. ff. de verb. signif.*

SOLDATA.

Soldata, ut habet textus *in cap. 1. quis dic. Dux. March. 2. F. 10.* est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte in heredem transit, morte enim dantis vel accipientis interveniẽte finitur. Soldata verò dicitur, quia plerumq; in solidorum donatione cõsistit: quandoque autẽ in vino & annona consistit. Ut si alicui Nobili de annuâ pro alimentis præstatione sub titulo feudali (vulgò einer Pfrund oder Leibgeding) provisio fiat, (quod ut refert, Zasius *in Epitom. feud. part. ult. num. 32.* fit. quandoque nobilitate ad inopiam redacta) non tamen ex Camera vel Cavena aut vectigalibus præstaretur,

ſtaretur, hoc dicitur feudum Soldatæ. *Oldend. in claſſ. 5. act. titul. de benef. action. Johan. Blanc. in Epitom. feud. libr. 1. capitul. 1. numer. 16. Jacobin. de Ardiz. in ſum. jur. Feud. capitul. 29.*

SOLIDUS.

Solidi mentio habetur *in c. 1. in fin. quis dic. dux March. 2. F. 10. & in c. 1. §. ſi quis quinq; de pac. tenend. 2. F. 27.* Et ſolidus in Legibus Longobardorum 40. denariis æſtimatur. *l. 1. de quantit. ſolid. in Legib. Longobard.* In jure civili Romanorum ſolidum pro aureo accipi notat *Accurſ. in §. nos autem. Inſtitut. de Attilian. Tut. in § fin. Inſt. de pœn. tem. litig. Wurmbſ. pract. obſerv. titul. 50. obſ. 11. numer. 1. Weſemb. in §. fin. Inſti. de pœn. tem. litig. Gail. lib. 2. obſ. 39. numer. 1. Schneid. in §. aliæ autem. numer. 23. Inſtitut. de donat.* & hunc ita Juſtiniani tempore taxatum fuiſſe refert. *Mynſ. in d. §. nos autem. num. 3. & in §. aliæ. num. 7. fac. L. ſi conventus. 16. C. de fid. inſtrument.* Erat enim ſolidus idem quod aureus Romanus, qui pondere drachmali primùm fuit centũ numis æſtimatus & aureorum iſtorũ didrachmaliũ quatuor cõplebant unciã octo & quadraginta librã. Hinc decẽ aurei vel ſo-

lidi nostro ære valent 25. coronatis, viginti autem valent 50. & quadraginta valent centum, & sic de singulis. Centum autem aurei honorarium Advocatorum olim erat, hoc est, 250. coronati. *Mynsing. & Schneid. in locis citatis ubi plura.* Et dictus est solidus quasi integer seu certi & integri ponderis, quia eo seculo cudebantur etiam minores aurei, nempe semisses, qui erant solidi dimidiati. *Schneid. in d. §. aliæ autem.* Mentio verò solidi in jure civili fit in *§. nos autem. Instit. de Attilian. tut. in § aliæ autem Institut. de donation. & in § fin. Instit. de pœn. tem. litig. in l. si conventus. 16. à princip. C. de fid. instrum.* Aureorum mentio habetur *in l. si libertus 12. l. in eum. 25. & l. ult. ff. de in jus voc. L. si conventus 16. à princip. C. de fid. Instrum.* De consuetudine in Pænalibus solidus ad minus pro aureo Ungarico accipitur ut sic conveniat eius valor cum solido, qui tempore Justiniani fuit in usu. Ita accipiendum esse in casu *§. si quis quinq; solidos de pac. ten. 2. F. 27.* existimat Schneid. *in d. §. aliæ autem, num. 25.*

SOLUM.

Vid. supr. lit. R. verb. Res soli.

SUBINFEUDATIO.

Subinfeudare est feudum suum alteri in feudum concedere nostri dicunt, zum Affterlehen verleihen. Et vasallum subinfeudare posse, ait textus in *c.1. à princ. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. in cap. 1. vers per feudum, per quos fiat invest. 2. F. 3. in c. 1. §. similiter, de Leg. Corrad. 2. F. 34. & in cap. 1. §. beneficium. si de feud. defun. cont. sit int. dom. & agn. vas. defun. 2 F. 26. in cap. 1. §. insuper. vers. illud. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. & ibi FF. Clar. in §. feudum. qu. 32. Jacobin. de S. G. in sua invest. in verb. Ita etiam quod ipsi vasalli. n. 3. Ardiz. in sum. jur. feud. c. 16. Myns. cent. 1. obs. 62. n. 1. Fichard. vol. 1. cons. 15. n. 1. Baro à Tautemb. in c. 1. §. ult. si de invest. feud. controv. fuer. 1. F. 4. n. 1. Wesemb. de feud. c. 11. n. 9. Cagnol. in l. consilij 47. §. socij mei. nu. 2. ff. de reg. jur. Duaren. in tract. feud. c. 5. n. 3. & c. 12. n. 13. Gemmel. de feud. part. 6. in fi. vers. Nonus.*

SUBINVESTIRE.

Subinvestire est substituere aliquem in suum locum, *Oldend. in tab. act. verb. feudum.*

T.

TENOR.

Tenor in jure feudali idem est ac pactum,

ut in c.1.§.quin etiam.Episcop.vel Abbat.1.F.6. & ibi A.var.

TITULI.

Tituli, de quibus fit mentio *in c.1. Episc. vel Abbat.*1 F.*6.* sunt prædia Clerico alicui propriè & peculiariter attributa, ut ex eius nomine appellentur. *Hottom.ibid.*

VALVASINI.

Valvasini, Italico vocabulo, quasi minimi vasalli vel valvasores appellantur, & sunt qui à minorib⁹ valvasoribus feudum accipiunt, quorum tamen prædia jure feudi non solent censeri *cap.1,in fin.de his qui feud. dar.sol.1.F.1. Wesemb.in tract.de feud.cap.4.n.4.Petr.Frider.de mand.cap.42.n.13.* Et dicuntur minimi valvasores plebei pagani. *c.1.§. cæteri.2.F.10.* qui à Nobilib. feuda agnoscũt. *Obrecht.de feud.c.3.n.28.*

VALVASORES.

Valvasores maiores dicuntur propriè, qui feuda acipiunt à Duce, à Marchione, & Comite qui ꝓpriè Regis vel Regni Capitanei dicuntur: Sed isti hodie etiam Capitanei dicuntur, qui & ipsi feuda dare possunt, *c.1.§.Dux Marchio, de his qui feud.dar.*

poss.

poss.1.F.1.c.1. à princ.de nat.feud.1.F.7. Borch.in com.Feud.cap.4.n.14. ut sunt Barones, & Domini territoriorum, qui vulgò dicuntur Landtherren/ *& veteri Idiomate* Bannerherren. *Obrecht.de feud.cap.3.n.28.* Ipsi verò qui ab eis accipiunt feuda, minores valvasores dicuntur, *c.1.§. Dux Marchio.1.F.1. Wesemb. de feud.cap.4.num.3.* Dicuntur autem vasalli valvasores barbaro & illoto vocabulo quasi ad valvas Dominorum custodiæ & reverentiæ causa stantes secundum opinionem *Zasij part.5.Feud.num.20. & Sonsbec.in com. feud.part.6.num.13.* Hanc derivationem improbat *Petr.Frider.in tract.de mandat.cap.42. num.12.* Quia vocabulum (Valvasores) descendit à Germanico Wal/ id est agger, propugnaculum, munitio, & Vast/ id est firmus & Vestung/ id est, fortalitium. Hinc Valvasores quasi Walvasters/ quibus arx aliqua vel fortalitium committebatur unà cum subiecto proximo aliquo, minore tamē, quàm comitat⁹ esset, districtu & jurisdictione: antiquo vocabulo, adhuc etiam usitato, quamvis ad districtum alicuius Ecclesiæ jam nonnihil strictius accommodato eine Par/ fortè à Græco παροικία, Gallis Paroisse. Unde adhuc Baro dicitur, q huiusmodi districtū villas & ꝓpugnaculū tenet.
Ita

Ita ut hic necesse non sit Barones ἀπὸ τοῦ βάρος à gravitate derivare ut Francisc. Curt. & Baro: vel à Bannier ut Borch *de feud. c. 5. n. 39.* Minores autem Valvasores, utpote qui à maioribus feudum aliquod habebant eadem derivatione Valvasini dicebantur, vel quod minores essent, vel quod ad familiam Valvasorum pertinebant; utrumq; enim in g. particula apud Germanos ab omni antiquitate significat. *Hæc Frider.*

VASALLUS.

Vasallus vox est Longobardica. *Cuiacius lib. 8. observ. 14.* & Legibus Longobardorum *Leude* appellatur, quæ vox liberum significat. *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. à princ.* In usibus Feudorum Vasalli appellantur modò fideles. *c. 1. § & quia vidimus. de his qui feud. dare poss. 1. F. 1. c. 1. de form. fidel. 2. F. 6. c. 1. de cont. int. dom. & fidel. 1. F. 10. c. 1. quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. & passim.* sæpè milites *c. 1. de feud. sine culpa non amit. 1. F. 21. c. 1. qu. temp. mil. invest. pet. 1. F. 22.* nonnumquam Pares *c. 1 si de invest. inter dom. & vasall. lis oriat. 1. F. 26.* clientuli interdum *c. 1 § etsi clientulus. de alienat. feud. 1. F. 13. cap. 1. ibi per religionem clientuli. de content. int. dom. & fidel. de invest. feud. 1. F. 10.* à quibusdam fiduciarij seu feudatarij. *Bodin. de Rep.*

Rep lib.1.c.9.Jacobin.de S.G.verb. qui quidem investiti.num.9.Petr.de Gregor.de concess.feud. Borch.in com.feud.c.1.num.15 Item beneficiatij. *Duar.de feud.* Quod si verò interpretibus credamus, vasallus dicitur à vade, quod nomen obsidem significat, propterea quod vasallus Domino suo ad fidelitatem & servitia præstanda non minus arctè est obstrictus quàm si vades ipsi dedisset. *Alvar.in prælud.F.nu.42.vers.Quæro septimò.* Rectiùs nos dicere censet Borch. *cap.2.Feud.num.15.* nomen vasalli tractum esse à Germanico vocabulo Gesell/quod Comitem significat. Idque Cornel. Tacitus *in libr.de morib.Germaniæ* confirmare videtur. Ille enim vasallos Comites appellat: Germanis, inquiens, semper multi fuerunt Comites, hoc est, vasalli. Dicti sunt Comites sive vasalli, quod comitantur Principem belligerantem. Alij derivant vasallum à vocabulo exoleto, nec tantum incognito Väseln / quod significat itare, commeare, item proficiendo augeri, & nutriri Hinc proverbium: Unrecht Gut vaselt nicht / id est, bona iniquè parta non proficiunt. *Frider.de mand.c.42.n.14.*

ULTERIUS.

Particula, Ulterius, quæ Temporis nota est,

est, *c. si Paulus 32. q. 5. l. cum duobus 52. §. idem respondit 9. ff. pro socio.* interdum significat medium tempus. *c. literæ. de dilation.* interdum cõclusionem. *L. cum ultra hoc quod accepit. 9. C. de non numer. pecun. L. eos qui 26. C. de usur.* interdum exclusionem. *L. sicut 3. C. de præscript. 30. annor. ibi: nullius movendi ulterius facultatem cõcedimus.* Qualiter autem ista particula *Ulterius, in c. 1. §. quin etiam Episc vel Abbat.* sit accipienda, Feudistæ inter sese non conveniunt? Ego existimo, ibi vocem (*ulterius*) nõ tempore, sed numero sive ordine intelligendam esse, ita ut ultra masculum fœminæ ad successionem feudalem non admittantur. Verba ergò *in dict.* §. *Quin etiam (ulterius non admittantur)* secundum quid accipienda sunt, videlicet de non ulterius admittendo, quamdiu masculus superferit, ut ita sensus sit. Existente masculo non succedit fœmina, mortuo autem masculo fœmina succedit, *per c.* 1. §. *filia. de success. feud.* 1. F. *8. & c. 1. de eo qui sibi vel hæred. suis mascul. 2. Feud.* 17. In feudis enim regula est! quod ubicumque est actum, masculum & fœminam succedere non existente masculo & fœmina succedat. *d. c. 1. 2. F. 17.*

FINIS.



